BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE DI FIRENZE
2
3
298
Biblioteca Nazionale Centrale · Firenze

2. 3. 298

~~2.3.298~~

2 S. 13

Digitized by Google

5.268.811

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO AC CELSISSIMO

PRINCIPI,

CLEMENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

ADOLPHO FRIDERICO IV.

DVCI MEGAPOLITANO REGNANTI,

VANDALIAE, SVERINI, ET RACEBVRGI PRINCIPI,

COMITI SVERINI, ET TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE DOMINO,

REGIORVM ORDINVM PERISCELIDIS,

SERAPHINI ET AQVILAE ALBAE EQVITI,

CLEMENTISSIMO SVO DOMINO,

CVI EST,

RELIGIONEM COLERE, SACRA ORACVLA AMARE,
ET QVI REBVS INSERVIVNT SACRIS,
CLEMENTISSIME TVERI,

AVITA PIETAS, GLORIA ET DECVS;

PVB. BIBLIOTECA FIORENTINA

Digitized by Google

HANC

BIBLIOTHECAM SACRAM,

SINGVLA

QVAE

SVMMVM NVMEN

PRINCIPI PATRIAE PATRI

LARGIRI POTEST,

ARDENTISSIMIS PRECIBVS EFFLAGITANS,

ET

IN IPSO

SERENISSIMI DVCIS

DIE NATALI

FELICITER REDEVNTE

PIA VOTA NVNCVPANS,

HVMILLIME OFFERT

ANDREAS GOTTLIEB MASCH.

Neo-Strelitzii die V. Maji

A. R. S. CIↃ IↃCC LXXVIII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA SACRA

POST

CL. CL. VV.

JACOBI LE LONG

ET

C. F. BOERNERI

ITERATAS CVRAS

ORDINE DISPOSITA, EMENDATA, SVPPLETA

CONTINVATA

AB

ANDREA GOTTLIEB MASCH

SERENISS. DVCI REGN. MEGAPOL. A SACRIS ET CONSIL.
ECCLES., ET ECCLESIAR. CIRCVLI STARGARD. ET DVCATVS
RACEBVRG. SVPERATTENDENTE.

PARS I.

DE

EDITIONIBVS
TEXTVS ORIGINALIS.

HALAE,
SVMTIBVS JOANNIS JAC. GEBAVERI,
MDCCLXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Nonnulla ſunt, de quibus, opus dum praeſens, quod a nobis diu meditatum, variisque curis et haud parvo labore concinnatum eſt, publice exponimus, L. B. praemonendum eſſe judicamus. Id enim, qui, quae ſtudio et cura elaboravit, eruditorum oculis ſubjicere audet, ut Lectori de ratione inſtituti, de ſcopo et operis oeconomia rationem reddat, ſibi quilibet ipſi debet. Liceat itaque et nobis, nonnulla, ut aequus rerum arbiter eo juſtius de opere judicare poſſit, cum in finem praefari.

Siſtimus hic non Syllabum, ſeu catalogum, omnes, quotquot indagari potuerunt, librorum ſacrorum editiones enumerantem; ſed Bibliothecam ſacram, ordine diſpoſitam, in qua ſingulae ſacrorum librorum editiones, debito et juſto, ut nobis quidem videtur, ordine recenſentur, in certas claſſes diſtribuuntur, diſtinctae editiones ſeparantur, et quae ſibi cognatae ſunt, conjunguntur.

Opus aggreſſi ſumus laborioſum, difficile, multisque difficultatibus preſſum. Interim nec laboris nec impenſarum, ſi modo rei ſacrae et litterariae, et iis, qui rebus ſacris ſeſe dicarunt, aliquo modo prodeſſe nobis contigerit, nos unquam poenitebit.

Amplus certe eſt campus, qui nobis percurrendus fuit, vaſtumque ſatis ſpatium emetiendum, ſi ſingularum editionum numerum, aut diverſa illarum idiomata conſideramus. Ingens certe eſt vel integrorum Bibliorum vel ſingularum partium editionum numerus, qui fere ad octo

 millia

Digitized by Google

millia adſcendit. Jam a primis artis typographicae incunabulis ad noſtra tempora usque, typothetarum manus in eo fuere occupatae, ut quotannis plures in vulgus emitterentur ſacrarum litterarum editiones; et, ſi a primis artis typographicae annis receſſeris, nullus ſane reperitur annus, qui non unum aut plures typis expreſſum oſtendat librum ſanctum. Multae itaque editiones in iſtis antiquioribus temporibus natae ſunt, quae fere plerumque eorum, qui et anxie illas quaerunt, oculis ſeſe ſubduxerunt; plures ſunt quidem recentiores, et nihilo tamen ſecius inventu maxime difficiles et a Cll. VV. *Vogtio*, *Clementio*, *Freytagio*, *Gerdeſio*, *Bauero* aliisque rarioribus et rariſſimis adnumeratae libris. Aliae in longe remotiſſimis terrae partibus lucem adſpexerunt, et vix ac ne vix quidem in noſtris conſpiciuntur oris. In ſingulas vero inquirere editiones, fata illarum enarrare, quantae ſit curae, quantique laboris, vix ſibi, qui non experientia edoctus eſt, facile perſuadebit.

Accedunt diverſa idiomata, in quae ſacra oracula translata ſunt. Ab oriente usque ad occidentem verbum Domini in cujusvis gentis propria praedicatur lingua: et non ſolum ore praedicatur, ſed et oculis legendum typis expreſſum exhibetur. Variae ſunt gentes; variae ſacrorum librorum verſiones, earumque editiones, ex parte in remotiſſimis terrae locis exſcriptae. Interim ut et hae ſingulae in Bibliotheca ſacra recenſeantur, ratio inſtituti exigit.

Ipſas vero ſacrarum litterarum varias colligere editiones, atque Bibliothecam ſacram exſtruere, in cujus ſcriniis ſacer iſte verbi divini theſaurus reponitur, magnum eſt opus; ſed admodum arduum et difficile, majores omnino ſumptus requirens, quam quos, qui ſunt e genere privatorum hominum, operi impendere poſſunt. Celebris eſt pia Memoria Sereniſſimae Principiſſae *Eliſabethae Sophiae Mariae*, quae Brunſwigae Bibliothecam ſacram exſtruxit, quae poſt pium placidumque ejus deceſſum, Bibliothecae Auguſtae, quae eſt Guelpherbyti, inſerta eſt *a*). Haud diffi-

a) v. Bibliotheca Biblica, das iſt: Verzeichnis der Bibelſammlung, welche die Durchlauchtigſte Fürſtin und Frau, Frau *Eliſabeth Sophia Maria*, Erſt verwittwete Herzogin zu Braunſchweig und Lüneburg, Gebohrne Herzogin zu Schleswich-Holſtein etc. zum beweiſe der Ausbreitung und Verherrlichung des Nahmens Gottes in mancherley Sprachen, abſonderlich der teutſchen, durch D. Mart. Luthern geſamlet, und in Dero Bücherſchatz auf dem Grauenhofe der chriſtlichen Kirche zum beſten aufgeſtellet hat. Braunſchweig MDCCLII. 4. Numerantur in hoc catalogo Polyglotta 43. Editiones hebraeae 19. graecae N. T. 42. Verum ſi adcurate diſtinguuntur, Polyglotta non ſunt niſi 14. hebraea 23. et graeca N. T. 38. Curatius codices ipſos deſcripſit Venerandus *G. L. O. Knochius* in *Hiſtoriſch-critiſchen Nachrichten von der Braunſchweigiſchen Bibel-ſammlung*, *Erſter Band. Wolffenbüttel* 1754. 8. Opus eſt inchoatum, cujus continuatio, quamvis Cl. Auctor in multis, inprimis circa codices hebraeos, hallucinatus ſit, ſi fata ita voluiſſent, lectoribus grata et accepta fuiſſet.

Digitized by Google

diſſimili modo jamjam celebratur *Bibliotheca Chriſtiano - Erneſtina*, quae Wernigerodae eſt, cujus Celſiſſimus conditor ingentem Librorum ſacrorum numerum comparari, eumque poſteritati conſecrari juſſit [b]). Venerandus *Joſias Lorckius* Theologus et V. D. M. Hafnienſis numeroſam ſatis exſtruxit Bibliothecam ſacram, uti ex *Deſideratis*, quae anno 1773 publicavit, videre eſt [c]). Quibus accedit Venerandus *J. M. Goezius* Hamburgenſis, qui felici ſidere, et brevi quidem temporis ſpatio ingentem et quidem praeſtantiſſimarum editionum numerum collegit, theſauroſque reconditos aliis edito Catalogo aperuit [d]). Hae ſunt Bibliothecae ſacrae multo aere multiſque curis exſtructae, quarum Conditores grave aggreſſi ſunt opus. Sed Bibliothecam ſacram conſcribere, fata editionum recenſere, quae de qualibet relata ſunt, inter ſeſe conferre, repugnantia reconciliare, quae ſunt errata detegere et emendare, et ſimul errores evitare, non minus eſt opus difficillimum. Jam per plures annos, quae ejusmodi laborem circumdant, premunt, obruunt difficultates non ſolum ipſa experientia edocti perſpeximus; ſed et dum opus aggredimur ordinandum, et praelo adaptandum, eas majores experti ſumus, quam primo intuitu is, qui nunquam ejusmodi labori manum admovit, forte judicabit. Interim, quo minus nos a propoſito deterrerent, non permiſimus.

In laudem et admirationem providentiae ſummi Numinis id omnino cedere nobis perſuaſi ſumus, quando ingentem librorum ſacrorum typis evulgatorum numerum ſtudioſe reputamus. Tot millia editionum! at vero: quot millia cujusvis editionis exemplarium inter homines ſunt diſpertita, iisque tradita, quorum aeterna ſalus per verbum divinum procuranda ſacrarum litterarum auctori curae cordique fuit! Quis eſt, qui non ex toto pectore miſericordiam Dei ardentiſſimis laudibus veneretur, quod tam largam verbi ſui ſegetem emiſerit, unde certe meſſis in futuro ſeculo abundans redundabit! Latitabant oracula divina in luctu et ſqualore; in monachorum clauſtris manibus terebantur non illorum, qui ut ſe ipſos

b) Videatur, qui jam tertia vice emiſſus eſt Index Bibliorum eorumque partium in illuſtriſſima Chriſtiano-Erneſtina Bibliotheca, quae Wernigerodae eſt, ſub finem menſis Martii ᴄɪᴐɪᴐᴄᴄʟxᴠɪ exſtantium. Editio III. Halae Magdeburgicae in Orphanotropheo. 8.

c) Ex iis quae Cl. Vir deſideratis ſuis attexuit, Collectionem jam ſatis locupletem eſſe apparet, ſiquidem Polyglotti adſunt 87. Hebraea Biblia 67. Codices N. T. gr. 238. qui numerus ab anno 1773 quovis modo adauctus eſt.

d) Superbit haec Collectio potiſſimum Codicibus N. T. graecis, et editionibus germanicis, ut ex indice jam publice emiſſo apparet. Hae ſunt quae mihi innotuere Bibliothecae vere ſacrae, ſeu Bibliorum ſacrorum collectiones. Inter reculas noſtras feſtantur quidem variae cujusvis generis editiones ſacrae, verum illarum non tantus eſt numerus, ut illis Theſauris majoribus comparari poſſit.

Digitized by Google

ipſos aliosve erudirent, ſtudioſe evolverint, ſed plerumque eorum, qui cum Sanctorum Legendas et ad ultimum Evangeliaria ſcire contenti eſſent, litterarum ductus aliquid lucrandi vel tempus terendi cauſa exararent. Triſtia fata, de quibus jam ante Reformationis tempora Viri, quibus ſtatus regni Divini curae cordique fuit, publice conqueſti ſunt.

Sed quam felix eſt annuente Deo mutata facies rerum! Poſt tenebras iſtas atque caligines lucem verbi ſui de novo prodire juſſit aeternus Auctor illius. Vix nata erat ars illa celebris, typis exprimendi illa, quae antea maximo temporis et ſumptuum impendio manu pingebantur, cum illa jam ſacris libris evulgandis dicaretur. Ab anno artis hujus natali ad finem Seculi XV. Bibliorum Hebraicorum integrorum V, latinorum, quae ſolum textum habent latinum, LXVII. et cum Commentario *Lyrae* aut Ordinaria Gloſſa XVII. prodiere editiones, ut de Verſionibus germanicis, gallicis, italicis et bohemicis taceamus. Haec omnia a Summo Numine ita eſſe ordinata, ut exoptatiſſimae et Religionis et morum reformationi ſuccurrerent, non ſine grato in Deum animo obſervamus.

Sequuta ſunt tempora, in quibus una cum puriori doctrina et omni eruditionis genere, ſacrarum litterarum ſtudium renatum eſt; tempora, in quibus verbum divinum in varias, quin et pleraſque gentium linguas translatum, longe lateque eſt diſſeminatum. In tota annorum ſerie ab anno ſeculi XVI. primo ad noſtra usque tempora, nullus certe eſt annus, in quo non vel integer codex ſacer, vel ſaltem pars ejus aliqua typis evulgata ſit. Multas librorum ſacrorum editiones iis, qui caſtra Eccleſiae Romanae ſequuntur, nos debere haud negabit, qui ipſas editionum variarum recenſiones perluſtrabit. Debemus illis codices hebraeos, graecos et latinos, multo ſtudio et ſplendore procuratos. Sed longe plures ſunt, quae cura et induſtria et ſumptibus Virorum Proteſtantium ſacris addictorum in vulgus exiere. Plurimas enim hiſce ſacri codicis editiones authenticas debemus; quae poſtquam inter Romanos Vulgata latina canonicam nacta eſt auctoritatem, rarius ab illis in lucem ſunt emiſſae. Glorietur Eccleſia Romana de ea, quam ſibi anxie vindicare ſtudet, auctoritate; Proteſtantium certe, quod tantopere de evulgando verbo divino occupati fuere, major omnino laus erit.

Quod olim *Robertus Stephanus*, et qui illum ſequuti ſunt, et recentioribus temporibus *Millius*, *Kuſterus*, *Bengelius* aliique Novo Teſtamento ad antiquos Codices MStos revocando praeſtiterunt; idem quoque ut Veteri Teſtamento Hebraeo tribuatur, de eo jamjam occupati ſunt Viri Eruditi magni nominis et praeclarae eruditionis. In varietates Codicis

ſacri

Digitized by Google

ſacri hebraei inquirere, easque e variis codicibus excerptas colligere, collectas vel margini adſcribere vel ad calcem operis recenſere, non plane a conſuetudine eruditorum abhorruit. Primus omnibus praeivit *Daniel Bombergus*, qui jam primae editioni in forma quarta plures adſcripſit lectionum varietates. Sequutus eſt *Sebaſtianus Münſterus*, qui anno 1536 codici ſacro amplum variarum lectionum catalogum attexuit, et ex recentioribus *Athias*, *Clodius*, *Jablonskius*, *Hooghtius*, *Opitius* et *Michaelis* codicum varietates accurate penſitarunt. Jam vero Duce Cl. *Kennicottio* Codices V. T. et manu et typis exſcripti colliguntur, conferuntur, examinantur. Non plane itaque a communi hujus ſeculi ſtudio, ſi edita Bibliotheca ſacra noſtras ſymbolas conferre audeamus, plane abhorrere judicavimus.

Theologo, cujus eſt, verbo divino quotidie occupari, et Critico, cui ſingula juſta ἀκριβείᾳ perſcrutanda ſunt, notitia variarum ſacri codicis verſionumque ejus editionum quam maxime eſt neceſſaria. Nec editiones meliores aliisque praeferendae eligi et comparari poſſunt, niſi et aliae, quae minoris ſunt commatis, nobis notae ſint.

Fata librorum ſacrorum ſaepe ſunt triſtia. Nomen antiquorum Bibliorum, dignum certe nomen! praeſtantiſſimis editionibus haud raro interitum procuravit. Editiones rariores et rariſſimae, quae anxie quaeri et multo aere comparari ſolent, haud raro in manus incidunt, quae quantum κειμήλιον poſſideant, ignorant. Dilacerantur ſaepius exemplaria praeſtantiſſima, foediſſime inquinantur, et ſic intereunt libri, qui ab interitu vindicari poſſent, ſi, quid fatum manibus tradiderit, ipſi ſcirent poſſeſſores.

Quae ſingula ſi rite penſitantur, Bibliothecam ſacram, ſeu variarum ſacri codicis ejusque partium editionum accuratam recenſionem, publicae utilitati inſervire, varioque modo tam rei ſacrae quam litterariae prodeſſe, facile patebit. Quodſi neminem hucusque eum in ſe ſuſcepiſſe laborem, ut hiſtoriam librorum ſacrorum typis evulgatorum conderet, adfirmare auderemus, a vero omnino aberraturi eſſemus. Plures ſunt omnino viri eruditi, qui ut fata editionum ſacrarum poſteritatis memoriae conſecrarent, ſymbolas ſuas publice contulerunt, ut ſingularum hiſtoria illuſtraretur, ut *Baumgartenius*, *Knochius*, *Goezius*, *Riedererus*, *Lilienthalius*, *Vogtius*, *Freytagius*, *Gerdeſius*, *Clementius*, Viri quorum nomina et merita in republica litteraria celebrantur. Alii ſingulas hiſtoriae ſacrae litterariae partes ſeorſim illuſtrarunt, ut *Palmius*, *Goezius*, *Gieſius* et *Mayerus*. Attamen duo tantummodo ſunt volumina, quae hic potiſſimum in cenſum venire poſſunt, quorum auctores non unam aut alteram editionem

recen-

recenſere, ſed ſingulas, quotquot reperire potuerunt, deſcribere vel nominare ſtuduerunt. Alterum opus eſt *Chriſtiani Kortholti* de variis ſcripturae editionibus tractatus theologico - hiſtorico - philologicus, qui primo a. 1668. 4. et deinde locupletatior 1686. 4. in publicum exiit *e*). Qui liber quidem egregius eſt, et multa eruditione in triginta duobus capitibus hiſtoriam tum textus ſacri tum verſionum exponit, at nimia brevitate ſingula proſequitur argumenta, et jam ante centum fere annos publice eſt expoſitus. Hinc multa ipſi deſunt, quae tamen ſcitu ſunt vel jucunda vel plane neceſſaria. Alterum eſt opus Cl. dum viveret *Jacobi Le Long*, viri promovendae rei litterariae nati, cujus Bibliotheca ſacra, recenſens omnes ſacrorum Bibliorum tum textus, tum cujuslibet verſionis editiones cum notis hiſtoricis et criticis, Pariſiis 1708. prima vice prodiit *f*). Recudi opuſculum multis additamentis locupletatum fecit *Chriſtianus Fridericus Boernerus*, Lipſiae 1709. *g*) Ipſe denique *Le Long* opus ſecundis curis recognovit, emendavit, adauxit, atque ſic elaboratius poſt mortem auctoris Pariſiis 1723. fol. evulgatum eſt *h*).

Ex hoc vero tempore qui operi denuo manum admoveret, inventus eſt nemo. Utimur hoc unico opere, quod jam inter rariores referendum eſt libros. Subſtituimus ergo hanc noſtram Bibliothecam ſacram, de cujus oeconomia nunc nobis eſt dicendum.

In

e) v. *Joh. Fabricii* hiſt. biblioth. tom. 4. p. 383. *Joh. Fr. Buddei* iſagog. p. 1433. *J. G. Walchii* biblioth. exeget. p. 192. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 259. Act. Erudit. Lipſienſ. 1687. p. 210. Nouvelles de la republ. des Lettres. Juill. 1686. p. 854.

f) v. Acta Erudit. Lipſ. 1708. p. 189. Biblioth. choiſ. tom. I. p. 146. *Buddeum* l. c. *Walchium* p. 193. *Lilienthalium* p. 394.

g) *Jacobi Le Long* Pariſini, Congregat. Oratorii D. J. ſacerdotis et Bibliothecae domus Pariſ. Praefecti, Bibliotheca ſacra, ſeu ſyllabus omnium ferme ſacrae ſcripturae editionum ac verſionum, ſecundum ſeriem linguarum, quibus vulgatae ſunt, notis hiſtoricis et criticis illuſtratus, adjunctis praeſtantiſſimis Codd. Mſc. Totum opus cum additamentis ſuo loco in nova hac editione collocatis recenſuit et caſtigavit, novis praeterea editionibus, verſionibus, Codd. Mſc. notisque auxit Chriſtianus Fridericus Boernerus S. Th. D. et humanior. litterar. in Acad. Lipſ. Profeſſor. Lipſiae 1709. II. Vol. 8. v. Acta Erudit. Lipſ. 1710. p. 426. *Unſchuld. Nachrichten* 1709. p. 526. *Joh. Fabricii* hiſt. biblioth. Vol. 6. p. 159. *Lilienthalium* p. 395. *Walchium* p. 193.

h) Bibliotheca ſacra in binos ſyllabos diſtincta. Quorum prior, qui jam tertio auctior prodit, omnes ſive textus ſacri ſive verſionum ejusdem quavis lingua expreſſarum editiones; nec non praeſtantiores Mſſ. Codices, cum notis hiſtoricis et criticis continet: Poſterior vero continet omnia eorum opera, quovis idiomate conſcripta, qui huc usque in ſacram ſcripturam quidpiam ediderunt, ſimul collecta, tum ordine Auctorum alphabetico diſpoſita, tum ſerie ſacrorum librorum. Huic coronidis loco ſubjiciuntur Grammaticae et Lexica linguarum praeſertim orientalium, quae ad illuſtrandas ſacras paginas aliquid adjumenti conferre poſſunt. Labore et induſtria *Jacobi Le Long* Pariſini etc. Pariſiis 1723. II. Vol. fol. v. Acta Erudit. Lipſ. 1724. p. 193. Acta Erudit. germanica, Vol. 5. p. 638. *Gottl. Stolii* Hiſt. der theol. Gelahrth. p. 31. *Walchium* l. c.

Digitized by Google

In duas integrum opus diſtinximus partes, quarum altera editiones authenticas, altera verſionum editiones recenſet. Quae prioris partis ſit oeconomia, quis ordo, qualisve tractationis diſpoſitio, e ſciagraphia operi praemiſſa facile quivis intelliget. Alteram vero partem bono cum Deo ita diſpoſituri ſumus, ut primo verſiones orientales antiquiores et recentiores, ſecundo vero occidentales verſiones recenſeamus.

Quo vero eo facilius, quid praeſtare conati ſimus, dijudicari poſſit, quas nobis ipſi praeſcripſimus leges, hic exponendas eſſe judicamus.

I. Nullam omnino, quantum nobis quidem ſcire licuit, ſilentio praetermiſimus editionem. Sunt variae editiones ſpuriae ſeu ſuppoſititiae, errore vel ſcriptoris vel typothetae natae; aliae vero ſunt dubiae fidei et ſuſpectae notae. Utrasque vero ſtudioſe et conſulte indicavimus, priores in notis, poſteriores vero in ipſo contextu additis dubitandi rationibus: ne quis, auctoritate aliorum inductus, nos aliquam omiſiſſe editionem, incuſet. Studioſe itaque ſingula conquiſivimus, et ingenti nobis auxilio in recenſendis libris hebraicis fuit praeſtantiſſima illa *J. C. Wolfii* bibliotheca hebraica; ſicuti in recenſendis N. T. editionibus *Joh. Alb. Fabricii* bibliotheca graeca ad manus fuit. Verum utrum ex hisce ſolis omnia noſtra hauſta ſint fontibus, an vero plurimas ipſi conſuluerimus ſacri codicis editiones, judicabunt lectores.

II. Quo celebriores et praeſtantiores ſunt editiones, eo magis eo allaboravimus, ut accurata illarum inſtitueretur recenſio; quae vero minoris ſunt valoris, et nihil ſingulare habent, eas tantummodo indicaſſe nobis ſatis viſum eſt. Plerasque partium V. T. editiones tantummodo paucis indicavimus; locus vero, quem editioni adſignavimus, qualis illa ſit, manifeſtabit. In recenſendis vero Bibliis hebraicis antiquioribus, quomodo una ex altera nata ſit editio, oſtendere ſtuduimus. [i])

III. Quae *Jacobus Le Long* de ſingulis libris ſacris annotavit, ſtudioſe conſervata ſunt. Editiones ab illo recenſitae aſteriſco ſunt notatae. Quae auctor de editione annotavit, ſtatim titulo libri ſunt ſubjecta: quae vero a nobis addita ſunt, uncinulo ([) a reliquo contextu diſtincta ſunt. Duo ſunt quae immutata ſunt. Primo ſequitur *Le Long* ordinem chronologicum, et ratione temporis habita maxime diverſas ſibi invicem conjungit editiones. Alia lege ordinavimus bibliothecam noſtram, ut editiones cognatae et ſibi invicem ſimiles ſibi ad latus ponantur; non enim tempus, ſed editionum conditionem reſpeximus. Secundo in capite ſecundo plerumque,

i) De Bibliorum hebraicorum varietate vide plura in Diſſertatione praeliminari.

rumque, et quantum fieri potuit, ipſos librorum titulos, qui quid in editione praeſtitum ſit, exponunt, inſeruimus, omiſſis paucis illis verbis: *N. T. gr.*, quibus Auctor eandem indigitarat editionem. In reliquis vero accurate Verba Auctoris expreſſimus, ut opus noſtrum omni jure iterata operis *Longiani* appellari poſſit editio. Conſilio id factum eſſe, lubenter confitemur. Quam rariſſime *Le Long* de editione aliqua ipſe quidquam commentatus eſt. Sunt potius excerpta vel ex praefatione, vel ex aliis ſcriptoribus, qui accurate de editione hac vel illa egerunt. Audiamus ipſum auctorem: „Jam vero adjectae ſunt potioribus praeſertim ſacrorum „Bibliorum editionibus notae quaedam hiſtoricae et criticae, vel ex ea„rum praefationibus ut plurimum excerptae, vel ex ſcriptoribus, qui hisce „de rebus dedita opera diſſeruerunt. Et id quidem abſque ulla aſſentatio„ne aſſerere, mihique polliceri audeo, lectores ſcilicet in hoc genere re„conditarum indagatores, hujusmodi notis ſuum quodammodo poſſe ſtu„dium explere etiam cum aliqua voluptate. Etenim multa vel nova vel „in pluribus diſperſa libris, hic ſimul collecta reperient, inprimis exquiſi„tiſſimam Joannis Baptiſtae Ottii de Bibliis Tigurinorum germanicis diſ„ſertationem, non quidem integram, ſed velut in varias diſſectam laci„nias. Quod ſpectat ad notationes criticas, ſummam ſemper arbitratus „ſum in illis moderationem adhibendam: idcirco non omnes, quas variis „in lucubrationibus offendi, ſed illas tantum, quae graviores ac aequio„res mihi viſae ſunt, non inverecunde cenſui referendas. Duos potiſſi„mum celeberrimos auctores in hoc litterarum genere verſatiſſimos ſaepiſ„ſime laudavi, Richardum Simonium et Chriſtianum Kortholtum: ille „non ſolum in hiſtoriis criticis, ſed praeſertim in diſquiſitionibus de variis „Bibliorum editionibus, quae tacito auctoris nomine anno 1684. Londini „vulgatae ſunt, multa refert, quae huic operi noſtro congruebant: hic circa „antiquas verſiones Simonium plerumque deſcribit; circa germanicas vero „et alias populares quaedam peculiaria habet, quae ſuis locis inſerui. In „his ſane rebus alieno judicio uſus ſum; in quo quidem adhibendo non„nulla allegantur ex fide illorum duntaxat, qui ea ſcripſerunt. Cum enim „nullam in republica litteraria mihi adſumam auctoritatem; quid dicam, „quidve ſentiam, nullius ut ſit ponderis ac momenti, conſentio: at „doctiſſimorum hominum ſententiae, quae paſſim laudantur, vim quan„tam iis, quae ſunt a me dicta, conciliaturae ſint, lectorum erit judi„care. *)„ Ne vero tantos ab auctore collectos rei litterariae et criticae Theſauros Lectoribus negaremus, ſtudioſe excerpta illa, uti ab auctore ſunt congeſta, hic exhibemus; ita ut quilibet ipſa virorum doctorum de editio-

*) Ex praefat.

editionibus certis judicia propriis illorum verbis legere poſſit. Sequuti ſumus quoque auctorem et pleraque quae addidimus ex praefationibus aliisque ſcriptis hauſimus: interim, ne opus in nimiam excreſcat magnitudinem, non omnia, quae ſcribi potuiſſent, ſcripſimus, ſed Lectorem, qui plura ſcire ſatagit, ad Scriptores in notis laudatos ablegavimus.

IV. Singulis capitibus Auctor praemiſit recenſionem Codicum MStorum, vel Textus ſacri, vel Verſionum: quam multis lectoribus utilem et jucundam eſſe, nunquam negabimus. Verum cum iſta de MStis codicibus tractatio pauciſſimis tamen tantummodo inſerviat, nec noſtrum fuerit, ad reconditos illos in Bibliothecis regiis et publicis latentes theſauros adire, ab recenſione iſtorum codicum plane abſtinuimus. Ex parte itaque tantummodo praeſtamus, quae olim *J. C. Wolfius* deſideravit. *l*) Bibliothecam Auctoris noſtri ita communicamus, quatenus ſtudiis plurimorum inſervire poteſt: ſed quae pauciſſimis tantum uſui eſſe poſſunt, iis manent, qui praeſtantiſſimum opus ipſum conſulere volunt.

V. Omnes, quantum fieri potuit, ſacrorum librorum editiones in hanc Bibliothecam noſtram repoſuimus. Non omnes ipſi vidimus; interim nec operae nec impenſis parſimus, ut ipſas editiones conſulere poſſimus. Per triginta fere annos plurimas ipſi inſpeximus V. T. hebraei editiones; et ex integro N. T. graeci editionum numero vix centum ſunt, quae ſeſe oculis noſtris plane ſubduxerunt. Utinam Poſſeſſoribus, qui illas, quas ſicco quaſi pede tranſire coacti fuimus, in ſcriniis ſuis adſervant, eas publice deſcribere placeret!

VI. Quantum vario modo varioque tempore in deſcribendis Librorum ſacrorum editionibus erratum ſit, id probe, dum, quae vario tempore collegimus, in ordinem redegimus et praelo adaptavimus, experientia edocti cognovimus. Sed, dum de aliorum erroribus ſermonem injicimus, et nos errare potuiſſe, et fortaſſis hic illic revera erraſſe, haud negabimus. Qui vero et erroribus noſtris medelam parabit, ipſi jam hic in anteceſſum gratiam referimus. Pergratum nobis erit, ſi Viris eruditis, ut opus noſtrum ad maximum perfectionis gradum adſcendat, manum admovere benevolam placebit.

Jam vero Viris Celeberrimis, Fautoribus et Amicis aeſtumatiſſimis, quorum benevolentia in opere concinnando adjutus ſum, qui interdum e longe remotis terris, vel ipſos codices rariſſimos mecum communicarunt, vel accuratam eorum, qui transmitti haud poterant, deſcriptionem transmiſerunt, ut publice grates referam, graviſſimum mihi ex hac palaeſtra dece-

l) v. Biblioth. hebr. Vol. 4. p. 70.

decedenti eſt omnino officium. Sunt in illis Viri et eruditionis et meritorum fama longe celeberrimi, Cl. *Breitingerus*, Tigurinus Canonicus νῦν ἐν ἁγίοις, Cl. *Heſſius*, Verbi Divini Miniſter apud Tigurinos, Cl. *Tychſenius*, Orientalium Profeſſor Bützovienſis, Cl. *Schultzius*, Profeſſor Gymnaſii Joachimithalienſis, Cl. M. *C. W. Dasdorffius*, Praefectus Bibliothecae Electoralis Dresdenſis, Cl. *Dänertbus*, Profeſſor et Bibliothecarius Gryphiswaldenſis, Cl. *Rasmannus*, Praefectus Bibliothecae Chriſtiano-Erneſtinae, quae eſt Wernigerodae; Cl. *Johannes Bernbardus De-Roſſi* S. T. D. nec non Publ. Linguar. Orient. Profeſſor in Regia Parmenſi Academia, qui maxima liberalitate eruditos ſuos aperuit nobis theſauros, multaque de rariſſimis editionibus nobis ſuppeditavit: aliique, quorum benevolentiae nos multa debere, hic in grati animi teſtimonium publice confitemur.

Ultimo denique loco non incongruum ſequentia *Jacobi Le Long* verba in noſtros transferre uſus videtur: „At quorſum (dicent forſan aliqui) tam accurata nec minus operoſa tot Bibliorum variis adeo temporibus, locis linguisque editorum recenſio? et quid haec ad intelligendos „S. Scripturae ſenſus? mirum quidem in modum. Sane pace illorum dixerim, non ſatis perſpexiſſe, qui ita ſentiunt, quanta hinc utilitas ad „veram religionem illuſtrandam, ad pietatem in animis excitandam, ad „inflammandum amorem ſacrarum litterarum poſſit emanare. Inde enim „ſemper intellexere rerum divinarum ſtudioſi homines, quanta ubique „fuerit inter Chriſtianos in ſacris evolvendis paginis ſedulitas, quam ardens „ſtudium in enucleandis ſanctorum voluminum difficultatibus, quam pretioſa ex illis variantium lectionum obſervationibus copia ſententiarum, „quam denique multiplex fructuum, qui hinc colliguntur, veniat ubertas! „quae certe quibus e fontibus hauriantur ſaltem monſtrari hac noſtra collectione, imo et quid vitandum, velut noxium et dubiae fidei, in lectione „quorundam Bibliorum poſſit occurrere, nemo negaverit praemoneri.„

Quod reliquum eſt, de Conſpectu operi praemiſſo, et de indice chronologico ad calcem annexo, pauca hic dicenda habemus. Conſpectus operis ordinem et oeconomiam Bibliothecae noſtrae manifeſtabit, lectoremque, quo in loco editiones cognatae deprehendantur, docebit Index chronologicus Caput, ſectionem, paragraphum et numerum cujusvis editionis monſtrabit.

Servet nobis Jehova verbum ſuum, ut ſit lucerna pedibus noſtris, et lux in itinere noſtro ad aeterna gaudia! Scribebam Neoſtrelizii in Ducatu Megapolitano.

VITA

Digitized by Google

VITA
JACOBI LE LONG.

Reverendi Patris Jacobi le Long, Congregationis Oratorii Gallicanae Preſbyteri, eruditum Opus, cujus partem, dum adhuc in vivis ageret, publici juris jam fecerat, integrum tandem, quale paraverat, et ſuis abſolutum numeris, poſtquam is heu! naturae debitum ſolvit, in lucem edimus. Cumque non mediocrem apud Literatos omnes tam Gallos quam exteros famam exiſtimationemque ſibi comparavit libri Auctor, quo notius ejus nomen omnibus factum eſt, eo minus nobis ſit dubium, quin omnium ſit in votis, ut pauca de ejusdem moribus, ſtudiis, vitaeque inſtituto praelibemus. Ea vero qua me proſequebatur benevolentia, id a me videtur poſtulare, ut cujus ſcripta apud poſteros permanſura ſunt, ad eosdem una cum ipſis, Scriptoris effigiem nativis adumbratam coloribus, qua potero fide, in hac mea ſimplici oratione tranſmittam. Neque injucundum fore putem eruditis Europae, quotquot ſunt, ad quos tam cari viri fama pervenerit, ſi hoc meae in ipſum amicitiae, gratique animi publicum edam teſtimonium.

Jacobus Le Long Pariſiis natus eſt honeſtis parentibus Renato Le Long cive Pariſienſi et Johanna Binet ejus uxore, decimo-tertio Kalendas Maii, anno poſt Chriſtum natum ſexenteſimo ſexageſimo-quinto ſupra milleſimum. A pueris matre orbatus, cum ad ſecundas nuptias convolaſſet Jacobi pater; conſanguineo cuidam ſuo, pio quidem et non mediocriter erudito Sacerdoti, Monialium Congregationis B. Mariae Stampenſis Confeſſionibus excipiendis praefecto, educandus traditur; ibique per duos aut tres annos commoratus, cum primis Latinae linguae rudimentis prima religionis haurit elementa.

Jacobum interea Renatus, numeroſae alioqui prolis pater, fere ab incunabulis, alterum veluti Samuelem, Deo ariſque ut conſecraret, addicendum duxit Ordini Equitum Melitenſium S. Johannis Jeroſolymitani. Puer itaque Melitam miſſus eſt, ut cultui divino in celebri Melitenſium Eccleſia vacaret, ejusque Ordinis Clericis adjunctus eſt. Verum quam vana hominum ſpes et conſilia, ſeu potius quam inſcrutabilia divinae providentiae momenta et inveſtigabiles viae ejus!

Peſtis tunc temporis Melitae graſſari coepit. Ne propagaretur nimium dira lues, nullum dum non movent lapidem Equites Inſulae Domini, publico edicto ſancitum eſt, ne quis mortuos morientesve exceptis Medico et Sacerdote inviſeret: Qui morienti adſtitiſſet, aut mortui funus proſecutus fuiſſet, uti ſuſpectus contagionis haberetur, isque in poſterum domi incluſus maneret, inde nonniſi poſt feriatum ab omni hominum conſortio quadraginta dierum quoddam juſtitium proditurus in publicum. Has leges ne quis transgrederetur, domus ſuſpectae fores lapidibus ſtatim, calceque occludebantur; una ſpe victus iis qui clauſi erant, repoſita in cura et provi-

dentia Praefectorum urbis, qui per ſportas e feneſtris dimiſſas alimenta ingerebant. Triſti hoc morbo ſaeviente, dum forte pergit pius juvenis ad aedes ſacras, in mortui funus offendit, lataeque legis inſcius, et contra ignotum improvidae aetati periculum male cautus, ſeu pietatis ductu, ſive innata huic aetati quidlibet videndi cupiditate funus comitatur. Vix eo domum regreſſit, ne quis ejus commercio infici poſſit, extemplo domus occluditur. Quis non doleat indocti pueri malam ſortem? Immo quis non miretur tenerae aetatis ſaluti invigilantem ſummi numinis providentiam? Quis enim non ſine Dei optimi maximi, qui Jacobum ad majora reſervabat, conſilio factum eſſe, quod fortuitum tunc videri potuit, non ultro fateatur, qui cogitarit liberarum hinc inde domorum incolas ſubinde peſte exſtinctos, ipſum vero Jacobum, caeterosque qui eodem quaſi carcere cum ipſo clauſi tenebantur, Gallos adoleſcentes bona ſemper firmaque valetudine potitos.

Inſtitutioni Clericorum Melitenſium tunc temporis praeerat vir auſterus, aſperius ob ingenium moreſque infacetos inviſus juveni Gallo, politioribus moribus mitiſſimaque indole praedito. Taeduit tandem juvenem magiſtri; taeduit eum inſulae Melitenſis, in qua cum exulare jam tum ſibi ipſe videretur, ut cui agnatorum cognatorumque nullus occurreret, Galli pauci, iique incogniti, dulcis tandem patriae juvenem vehemens deſiderium cepit: e Melita itaque Pariſios migrare ſtatuit, et quo promptius in Patriam redeundi a Magiſtro Ordinis licentiam obtinere poſſet, morbum, ſi non finxit, quod non ſinebat animi candor abhorrens a mendacio, ſaltem inſulae coelum ipſi inſalubre eſſe ſibi primum, mox aliis perſuaſit, ac tandem votis potitus eſt. Fr. Gregorius Caraffa e Principibus Ruccellae Magiſter Ordinis literis ſuis vigeſimo-ſeptimo Januarii anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi-ſexti datis, copiam facit Pariſios repetendi, ut per ſexennium ſtudiis ſedulo vacans, Ordini deinceps et Eccleſiae toti utilior evaderet. Secundas literas anno milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo-ſecundo, vigeſimo-ſecundo Octobris datas accipit, quibus illi conceſſum ut per quatuor annos Pariſiis commoretur, quo Philoſophiae, Theologiaeque operam det.

Ingreſſus navim ventis adeo proſperis uſus eſt, ut tertio die Maſſiliam appulerit. Pariſios redux in celebri hujuſce Urbis Academia humanioribus primum literis excultus, Philoſophiae poſtmodum, dehinc Theologiae operam dedit, ac laurea Magiſterii Artium fuit decoratus.

Contigit autem tunc temporis, ut pius juvenis, ſacrarum literarum ſtudioſus, cupiduſque verbi divini, Concioni unius e noſtris intereſſet, ſtatimque captus pia dicentis eloquentia, accenſuſque ad perfectioris vitae inſtitutum, Oratorem adit, et cum Ordini Melitenſi votis nondum eſſet adſtrictus, inter Congregationis alumnos nomen dare, ſi liceret, exoptavit vehementer, utque adſcriberetur enixe rogavit. Voti compos, anno milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo-ſexto, aetatis vigeſimo-primo, Domum noſtrae Inſtitutionis, ut vocant, ingreſſus eſt. Peracto piae probationis, ſeu, ut pro more noſtro loquar, Inſtitutionis anno, in Juliacenſem noſtram Academiam, Meldenſis Dioeceſeos, ab Urbe Lutetia viginti circiter milliaribus diſtantem, ut adoleſcentes, qui tum ad pietatem, tum ad ſcientias inibi ſumma cura erudiuntur, Matheſim edoceret, Superiorum mandato proficiſcitur. Juliaci agens ad ſacros Ordines ac demum ad Sacerdotium Sabbato Pentecoſtes anni milleſimi ſexcenteſimi octogeſimi-noni, aetatis vigeſimo-quinto, ſuffragantibus omnium ejuſdem Domus Preſbyte-

ſbyterorum calculis, ut Statuto Congregationis noſtrae firmo et nunquam infringendo edictum eſt; ac Superiorum permiſſu promovetur. Dignus ſane qui ex inferiori gradu ad ſuperiorem cito aſcenderet, tantum in eo virtutis et ſcientiae Eccleſiaſticae amor elucebat.

Haud ita multo poſt, dum Pariſiis apud ſuos commoratur, in morbum incidit tam violentum, tamque diuturnum, ut pene de illius vita tunc conclamaretur: enim vero, Deo optimo maximo illum ad majora deſtinante, e mortis faucibus eripitur. Priſtinae valetudini redditus, non jam edocendae juventuti, ſed ſtudiis cum otio conjunctis homini nimium delicato vacare permittitur. Seceſſit tum in Alberti-Villam pagum a Lutetia tribus millibus diſtantem, in domum B. Mariae de Virtutibus, ob Templum Deiparae Virgini ſacrum et miraculorum frequentia celebre ita nuncupatam: qua in Domo Dioeceſis Pariſienſis Clerici ad cleritalem vitam et ſcientias Eccleſiaſticas inſtituuntur. Hic mirum quantum in divinarum, humanarumque rerum cognitione profecerit! Studium ita volupe illi erat, ut in illud vacuum ab Officiis Eccleſiaſticis et oratione tempus omne ſuum inſumeret. Mathematicae et Philoſophicae diſciplinae ejus maxime animum alliciebant. Hinc inter eum et ſui ſaeculi ornamentum ac Philoſophorum facile Principem Nicolaum Malbranche, Congregationis noſtrae Sacerdotem, tanta exorta eſt animorum conjunctio, ut etiam Malbranchii morte ſolvi non potuerit. Illic interim Bibliothecae cura eidem commendatur, quam Provinciam lubens ſuſcepit, brevique libros omnes evolvit, ordinavit, eorumque Catalogum digeſſit.

Moritur interea Pariſiis Gerardus du Bois, Auctor Hiſtoriae Eccleſiae Pariſienſis, Domusque noſtrae Bibliothecae Praefectus; quo extincto ditiſſimam hanc Bibliothecam ſolus adminiſtravit Sebaſtianus Rainsſant, celebris Medici, de quo Guido Patin, ſaepius in ſuis Epiſtolis Gallicis loquitur, filius, vir certe pius, nec indoctus, aſt tali oneri tum ob aetatem, tum ob linguarum Orientalium inſcitiam non ita par. Aptior tandem huic muneri a Praepoſitis Congregationis delectus eſt Jacobus Le Long, tum ob ſcientiam in literasque amorem, tum ob non vulgarem in re libraria notitiam cognitus, et acceptiſſimus. Hanc Bibliothecam non Galli ſolum, ſed et exteri norunt nulli Pariſienſium cedere librorum editorum qui in ea aſſervantur copia ac delectu, maxime codicum manuſcriptorum Orientalium, Hebraeorum praeſertim numero, quos Achilli Harlaeo, Congregationis Oratorii Preſbytero, poſt San-Maclovienſi Epiſcopo acceptos refert. Vix ad id muneris obeundum alium inveniſſent parem! Linguas ſiquidem plurimas callebat, Latinam, Graecam, Hebraeam, Chaldaeam ex antiquis, ex Europaeis Italam, Hiſpanam, Luſitanam et Anglicam. Quidquid vero ad Literatorum, Typographorum et Librorum hiſtoriam attinet, id omne ita memoria conditum ſervabat, ut in hac parte Litteratorum paucis, Bibliopolae certe nulli cederet. Mirum quantum Bibliothecam noſtram ditarit viginti duobus annis, quibus ei praefuit! Hanc namque tertia parte auxit, licet vix aliunde ſuppetant ſumptus, quam ex librorum, quos e noſtris quidam Teſtamento legant, auctione. Illam ſcilicet ad zelotypiam usque (ſi ita loqui fas eſt) unice deperibat; negligens rerum ſuarum, Bibliothecae autem ſuae amplificandae ſtudioſiſſimus. Hunc mirum in modum libri vel minimi angebat jactura, dumque libens cum exteris et ſumma humanitate libros communicaret, aegre tamen ferebat eos a noſtris e Bibliotheca auferri, nun-

Digitized by Google

nunquam laetior, quam cum videret referta congeſtis et coarctatis Voluminibus armaria; ſi quae forte loco mota eſſent ſuo, aut alio aſportata, pene dolens quaſi abeſſet animae dimidium ſuae. Habebat enim hoc naevi inter eximias dotes: videlicet nihil omni ex parte beatum.

Vixdum ingreſſus Domum Oratorii Pariſienſis, de ordinanda hujus Bibliotheca cogitavit ſerio; primaque de librorum Catalogis conficiendis cura hunc ſubiit, quod quanti ſit laboris, et quam longae operae nemo eſt qui non intelligat. Sed ut non parcior temporis eo quisquam fuit, ſic nec laboris patientior. Tres itaque Bibliothecae ſibi creditae Catalogos texuit. Primus Libros, uti in pluteis diſpoſiti ſunt, exhibet, habita eorum formae, ſeu magnitudinis ratione. Secundus Catalogus eosdem libros exhibet, pro variis ſcientiis et diſciplinis ad quas referri poſſunt diſtinctos. Hujus ſpecimen eximium habetur in Catalogo Bibliothecae Tellerianae. Tertius vero ordinem alphabeticum Auctorum ſequitur.

His Catalogis perficiendis vacanti in mentem venit propoſitum concinnandae Bibliothecae ſacrae, ſtatimque operi manum admovit. Interea nondum editam quam R. P. Johannes Renou Andegavenſis, Congregationis Oratorii Sacerdos, ab anno 1701. jam defunctus concinnaverat Methodum Hebraicam, ac radices Hebraicas verſibus Gallicis comprehenſas ad inſtar Radicum Graecarum, vulgavit in 8vo Pariſiis, Typis Jacobi Collombat, anno 1708.

Anno altero, Pariſiis, duobus voluminibus in 8vo apud Andream Pralard prodiit primus Jacobi noſtri foetus hoc titulo: Bibliotheca ſacra, ſeu Syllabus omnium ferme ſacrae Scripturae Editionum ac Verſionum, etc. Duo haec volumina majoris operis minorem tantum partem continebant: alteram, in qua omnes qui in ſacram Scripturam aliquid ſcripſerunt Auctores, eorumque opera recenſentur, praelo jam paratam typis mandare diſtulit, ea ſpe ſcillcet, ex Anglia, Germania, aliisque Europae partibus doctos quosque ſibi opem laturos. Nec ſpem fefellit eventus, perlecta enim prima operis parte, doctiſſimi quique Auctori applaudentes, cum eo perofficioſe ſchedas ſuas communicarunt, atque ad tantum opus perficiendum ſua ſinguli Symbola contulere. Vixdum Bibliotheca ſacra Pariſiis lucem aſpexerat, cum doctiſſimus Chriſtianus Fridericus Boernerus, ſacrae Theologiae Doctor, et humaniorum literarum in Academia Lipſienſi Profeſſor, eam denuo, additis interpretationibus Germanicis, tam editis quam manuſcriptis, quae Auctorem Gallum latuerant, Lipſiae apud Fratres Gleditſch publicavit. Hac editione intra breve tempus diſtracta, Auctor operi ſuo rurſus manum admovet, illudque iterato incudi reddit, ut tandem opus integrum omni ex parte limatum in publicum prodeat. Circa Bibliorum Polyglottorum, maxime vero Pariſienſium hiſtoriam multa ſcitu utilia varios apud Auctores nactus, ea exiſtimavit Gallis noſtris placitura. Anno itaque 1713. in 12. apud Andream Pralard, Bibliorum Polyglottorum Hiſtoriam, Gallice ſcriptam, in lucem emiſit; hanc inſcripſit: Hiſtoire des Bibles Poliglottes.

Huic ſacro dum incumbit operi, condendae Hiſtoricorum Francorum Bibliothecae conſilium ſubiit. Opus illud intra tres annos abſolvit perfecitque; quodque vix credibile eſt, tam brevi temporis ſpatio immenſae molis volumen, non ſemel aut bis, ſed ter quaterque integrum ſua manu conſcripſit. Hoc opere ſub praelo ſudante, diſſidiorum inter Bonifacium VIII. Pontificem maximum, et Philippum Pulchrum,

Fran-

Francorum Regem Chriſtianiſſimum, Hiſtoriam pii aeque ac eruditi Scriptoris Adriani Baillet ex Dioeceſi Bellovacenſi Sacerdotis opus poſthumum Typis mandavit. Ad calcem operis viginti duo, tum inſtrumenta, tum partes ex publicis monumentis excerptas adjecit, quae hiſtorici fidem adſtruunt, dictisque ejus lucem afferunt non modicam. Hoc opus Gallice ſcriptum prodiit, in 12. Pariſiis, apud Barrois, anno 1718. hac inſcriptione: Hiſtoire des demeslez du Pape Boniface VIII. avec Philippe le Bel Roy de France.

Anno autem 1719. in folio Pariſiis apud Oſmont et Martin Bibliopolas Pariſienſes in publicum emiſit Bibliothecam Scriptorum Hiſtoriae Francicae, quam inſcripſit: Bibliothèque hiſtorique de la France, contenant le Catalogue de tous les Ouvrages tant inprimez que manuſcrits, qui traitent de l'Hiſtoire de ce Royaume, ou qui y ont rapport, avec des notes critiques et hiſtoriques; id eſt, Bibliotheca Hiſtorica Franciae, exhibens indicem omnium omnino operum tum editorum tum manuſcriptorum, quae hujus Regni hiſtoriam tradunt, aut ad eam illuſtrandam quocumque modo conducere poſſunt, cum notis criticis et hiſtoricis. Eo quo dignum erat plauſu doctiſſimum opus exceptum eſt, quantamque jam apud exteros Jacobo noſtro Bibliotheca ſacra, tantam apud Populares ſuos famam exiſtimationemque haec Bibliotheca hiſtorica conciliavit.

Vixdum liber iſte in publicum prodierat, cum de edenda integra Bibliotheca ſacra ſerio cogitans, ei tandem ultimam manum admovet, primam itaque, uti et ſecundam partem multis in locis correxit, in plurimis auxit, inſertis operi, ſeu quas a viris doctis undequaque acceperat, ſeu quas labore improbo ſibi ipſe comparaverat, obſervationibus. Hanc ad optatum exitum perductam, edendam ſuſcepit Antonius Urbanus Couſtelier, Pariſienſis Typographus, qui nulli impenſae pepercit quo minus cultior prodiret in publicum, ut quilibet ultro tum chartae, tum characterum inſpectione fatebitur.

Jacobum Le Long non ita detinuit Bibliothecae ſacrae cura, quin Bibliothecae Scriptorum Hiſtoriae Francicae medicam accuratioremque identidem manum admoveret, illiusque novam editionem pararet, diribitis fere primae exemplaribus. Nullus neſcit hoc genus opera unius hominis vires longe ſuperare; proinde ad perfectionem adduci vix poſſe, niſi plurium conjunctis in unum ſtudiis. Quinam ei ſuppetias tulerint, ipſe in ſuis Praefationibus nos docet, nec noſtri eſt officii hic commemorare: Pauci ſane videbuntur, ſi operum utrorumque attendatur amplitudo, ne dicam immenſitas. Doctiſſimos quosque ea certe uti abſolutiſſima laudantes audivi; nec ullus eredo e doctis huic judicio reclamabit. Plurimas tamen in illis mendas irrepſiſſe ſi quis arguat, non eam inficias; cum res aliter, ipſo etiam fatente Auctore, fieri nequiverit, non enim omnes de quibus loquitur libros legere aut etiam habere potuerat; nec Auctorum per ſe aetatem noverat aut nomina. Affirmare certiſſime poſſum nulli hunc labori peperciſſe, quo minus uterque liber abſolutiſſimus emitteretur in publicum. Teſtis ipſe ſum ſexcenties hunc Lutetiam fere totam peragraſſe, ut annum quo quis obierat, aut unam nominis litterulam a propinquis demortui ſciſcitaretur. Teſtes erunt exteri, quoties eos eadem de re per literas interrogarit. Nec tempori ſcilicet parcebat, nec marſupio, ut in re vel minimi momenti veritatem certitudinemque aſſequeretur. Memini hunc a Reverendo Patre Nicolao Malbranche, cui

Digitized by Google

cui prae Theologia, Metaphyſica, Matheſi et Phyſica diſciplinae omnes ſordebant, ſaepius et quidem blandiuſcule irriſum fuiſſe, quod in res tam parvi momenti tempus tereret, cui noſter reponebat: Veritatem vel in minimis ſemper ſectandam, eamque tanti eſſe faciendam, ut omnes ad eam adipiſcendam vires intendere debeamus. His, quae non abſona a propoſito noſtro erant, praefatis, ad Hiſtoricam Bibliothecam redeo. Eruditi quique libri lectione permoti Auctorem de naevis, quos inter legendum deprehenderant, benevole monuerunt, eumque conſiliis ſuis adjuverunt. Quo facto, opus ſusque deque vertere, meliorem facilioremque in ordinem redigere in animum induxit: at morbo interveniente, id quod animo conceperat cum perficere non poſſet, ſaltem mihi mentem ſuam aperuit, meque uti exſequerer enixe rogavit, quod illi me praeſtiturum ultro ſum pollicitus, et, Deo juvante, poſtquam alteri operi ultimam manum admovero, pro virili mea parte praeſtare conabor.

Dum his autem inſudaret, ad maximi momenti, aſt immenſae prorſus molis opus ſe accinxit vir impiger, et vel diuturniorum laborum patientiſſimus, Hiſtoriae ſcilicet Francicae Scriptores Coaetaneos ſub praelum mittere, tresque quotannis, duos ſaltem in folio tomos edere cogitabat. Summa itaque cura ex probatis certiſſimisque Hiſtoriae noſtrae monumentis, quae nulla potuit vetuſtas abolere, Regum Francorum Chronologiam contexuit, eamque contulit cum doctiſſimorum noſtri aevi Chronologorum tabulis, Petavii ſcilicet, Cointii, Mabillonii, Franciſci Pagi, et doctiſſimi Abbatis de Longueruë, ut ad eam omnium Hiſtoricorum noſtratium calculi referrentur, nec ullus eſſet in eis legendis errori locus, cum ea veluti fax quaedam toti deinceps operi praeluceret. Hanc Regum noſtrorum Chronologiam ſecundae parti Bibliothecae Hiſtoriae Francicae in altera illius editione praemittam. Hoc opus Chronologicum quantum quantum ſit, paucos intra dies, ſequens vero, quod ibidem etiam, Deo dante, publicabimus, aliquot menſibus abſolvit. Quae ſuperſunt, ſcilicet Hiſtoriae Francicae Coaetaneorum Scriptorum monumenta, ſingula Regum, Principum, Epiſcoporum etc. diplomata, Epiſtolas, chartasve, quae noſtrae Hiſtoriae illuſtrandae inſervire poterant, omnia denique quae opere in tanto locanda erant inſtrumenta undequaque collegit; ſerie chronologica ſingulis locum ſuum aſſignavit, ut non alius in poſterum ſibi, et his qui ei adjumento futuri erant ſupereſſet labor, niſi ut ad manuſcriptos codices, jam edita monumenta conferrent atque reſarcirent, et inedita publicarent; ſingula notis criticis, chronologicis, geographicisque illuſtrarent. Qui tantae eruditionis opus intra paucos menſes abſolutum fuiſſe perpendet, ſagacitatem induſtriamque Scriptoris mirabitur, et ad laborem certe perhorreſcet, maxime enim reputabit Jacobum Le Long, eodem ſimul tempore Bibliothecam ſacram edidiſſe, Hiſtoricae denuo edendae, uti praefatus ſum, invigilaſſe; Bibliothecae Oratorii Pariſienſis praepoſitum eum fuiſſe, ac per ſeſe eam ſemper adminiſtraſſe; praeterea cum omnibus fere doctis commercium epiſtolicum ab aliquot annis initum, ut ab eis in ſuis ſtudiis juvaretur, eosque viciſſim juvaret, tunc temporis ſtudioſius foviſſe. Haud abs re erit praecipuos hic commemorare.

Apud exteros in Germania inter alios cum clariſſimo Guillelmo Leibnitio, et multiplicis illius doctrinae aemulo Eccardo: Tiguri apud Helvetios cum Johanne Ottio patre, et erudito ejus filio, qui nunc Bibliothecae Lambethanae in Anglia praeeſt: In Majori Britannia, cum Doctore Wilkins et Domino Chamberlayne, Anglis, et

DD.

Digitized by Google

DD. Maittaire et Deſmaizeaux, Gallis: In Suecia, cum Erico Benzelio Upſalienſi Archiepiſcopo, et Theophilo Unger: In Italia, Romae, cum Domino Lama, nunc Graecae linguae in Taurinenſi Academia Regio Profeſſore, aliiſque quos aegre praetermitto, ut ad noſtrates ſermonem convertam. In provincia Provinciae, cum illuſtriſſimis viris DD. de Mazaugues, Ruffi et aliis, inprimis cum R. P. de Bougerel, noſtrae Congregationis Sacerdote: In Burgundia cum cultiſſimae literaturae viro Domino Bohier, ſupremae Curiae Divionenſis Praeſide integerrimo et Doctiſſimo D. Papillon, Collegiatae Eccleſiae Capellae Divitum Canonico: Autiſſiodori, cum Domino le Boeuf, Eccleſiae Cathedralis Subcantore: Bituricis, Senoniſque, cum illuſtriſſimis Metropolitanarum Eccleſiarum Decanis: Aureliani, cum D. Clerico, celeberrimi Sculptoris Pictoriſque filio, tunc Aurelianenſis Seminarii Theologo, et aliis permultis celeberrimiſque viris, cum e noſtris, tum ex exteris, quorum nomina memoria exciderunt. Pariſiis, viri quocumque ſcientiarum genere inſignes eum inviſebant conſulebantque. Hos nominare non eſt animus, ne, ſi quos ſilentio praeterirem, ſe contemptos ſuſpicarentur. Exteri Lutetiae agentes non tam Bibliothecae quam illius cauſa ad eum ventitabant, magnum nempe, ſeu doctrina, ſeu comitate affabilitateque ſua apud cunctos nomen ſibi pepererat.

Si tempus curandis rebus domeſticis, ſomno, neceſſariiſque naturae officiis, et fovendo cum doctis, ſeu coram, ſeu per Epiſtolas commercio tritum exceperis, omne fere reliquum in oratione et ſtudio inſumebat, ita ut ne minimo quidem momento illum otioſum quiſquam invenerit. Per tres aut quatuor menſes quotannis noctes ducebat inſomnes: huic morbo nullum unquam remedium adhibuit, gaudebat e contra quod non dies tantum ſtudiis, ſed et noctes tranſigeret. Prandium aut coena vix quartam horae partem abſumebant; cibos vorare potius, quam guſtare ſolitus, e menſa in libros advolabat: hinc maxima ſtomachi nata debilitas, ac tandem mors conſecuta. Ruſticabatur quam rariſſime, nec niſi ad paucos dies, ne ſua ſtudia interrumperentur; raro etiam apud ſuos epulabatur. Sero pane tantum et pomis aut crudis aut coctis coenabat. Pauciſſimo vino ſemper uſus eſt, nullis autem unquam delicioſis liquoribus, nec ipſius fabae Arabicae potu, quem literati fere omnes tanti aeſtimant, et etiam ad ſtudia promovenda quam maxime idoneum judicant. Qui in promptu erat cibus, is ei pretioſior, quod ad famem ſedandam non ad voluptatem ederet. Eundem ſemper vitae modum tenuit. Ab Officiis divinis raro abſuit, licet multiplicibus ſtudiis intentus, curiſque aliis diſtractus. Illi pietas ſincera abſque fuco, abſque oſtentatione; ſermo, habitus, inceſſus, ad modeſtiam, pietatemque compoſitus. Alios plurimi, ſeipſum flocci faciebat. Ingenium illi ſagax, judicium acre, vis imaginationis, quam vocant, aut mediocris, aut nulla. Poetae omnes, Virgilius, Homerus, illi ſordebant: ad Gallorum carminum recitationem dormitabat. Solebatque artem Rhetoricam mendaciorum artem vocare. Hinc non mirum illius ſermonem rudem eſſe et incomptum, cum elegantias omnes floſculoſque ſermonis uti vitia reſecaret, ab eiſque refugeret. Erga pauperes largus, ſibi maxime parcus erat, ſeu quod ita natura comparatus eſſet, ſeu quod modico primum patrimonio uſus, paucis contentus eſſe a teneris aſſueverit, ſeu potius vitae auſterioris amore et pietatis in egenos, quidquid non ad neceſſitatem, ſed ad voluptatem erat comparatum, id omne reſpueret. Ut ut ſit, cum a fratre et avunculis magna illi haereditas obveniſſet, nihilo quam antea fuit ſumptuoſior. Beneficia,

c 2 hono-

Digitized by Google

honores, divitias adeo non ambiebat, ut obvias reſpueret. Alterius avunculi haereditatem paulo intricatiorem neglexit, ne a ſtudiis abſtraheretur. Duo etiam indulta, ut vocant, quibus certo ad Beneficia pervenire potuiſſet, a conſanguineis oblata aſpernatus. En illius, quem mortuum deflemus, mores atque ingenium. Nunc paucis ultima vitae momenta percurro.

Ex aſſiduo nimioque labore, uti praemonui, ſtomachum ſibi pectusque debilitavit, hinc nata tuſſis, mox [illegible]oris, quae interiora ſenſim depaſcebatur. Nec ſtudia remiſit ex morbo: illi ſcilicet una voluptas ſtudium et meditatio aſſidua. Hinc ingraveſcere morbus coepit, nec ulla deinceps remedia fracti extenuatique corporis vires reſtituere potuerunt. Ex Medicorum conſilio lacti aſinino addictum Domina Ogier, illius ex ſorore conſanguinea, ac ſupremi Cleri Gallicani Aerarii Quaeſtoris uxor, cum rus abduxit, ſi forte aëris commutatione, ſtudiorum juſtitio ſuo ſuorumque famulorum miniſterio aeger brevi poſſet ſanitatem recuperare; ſed, proh dolor, morbo in dies invaleſcente, avunculum reduxit Pariſios, neque permiſit eum domo ſua excedere, et in domum Oratorii Pariſienſem redire. Aeger tune temporis ſerio ad mortem ſe accinxit. Annos aeternos, quos ſemper in mente habuerat, tunc meditabatur attentius; jugi oratione, coeleſtium meditatione, aeternae felicitatis gaudia, ad quae totus anhelabat, praevenire nitebatur. Saepius mihi faſſus eſt mortem ſe non expaveſcere, et peritura nihili facere. Quid, inquiebat, homini dulcius contingere poteſt, quam ad Deum, ad quem et a quo creatus eſt, reverti? Sacramenta Eccleſiae quanto cum fervore, amore, pietate atque humilitate ſuſceperit, dici vix poteſt. Tandem annos natus quinquaginta ſex, cum tribus menſibus, poſt diuturnum gravemque morbum decimo tertio Auguſti anni milleſimi ſeptingenteſimi vigeſimi primi, hora diei ſeptima, animam efflavit. Poſtridie corpus ad Baſilicam Sancti Ludovici in Inſula Sanctae Mariae delatum eſt, atque inde, uti teſtamento juſſerat, ad Oratorium Congregationis ſuae, ubi inter Confratrum et Parentum ſuſpiria precesque conditum fuit.

DE-

DE

CODICVM HEBRAICORVM
DIVERSITATIBVS
DISSERTATIO PRAELIMINARIS.

§. I.

Cum ſingulorum codicum hebraicorum, qui ab initio artis typographicae uſque ad haec noſtra in vulgus exiere tempora, hic quantum fieri potuit, accuratam inſtituimus recenſionem, de diverſitatibus illorum diſſertationem aliquam praeliminarem praemittere, lectoribus non ingratum fore judicamus. Multa quidem de hoc argumento diſputata ſunt a *Buxtorfio*, *Carpzovio*, *Hillero*, *Hottingero*, *Leusdeno*, *Capello*, *Waltono* aliisque, quae ſingula hic recenſere, aut ab aliis jam examinata iterum ſub examen vocare ſcopo noſtro parum conſentiret, qui duplici perſuaſioni obviam ire tantummodo decrevimus. Non deſunt, qui, ut textui ſacro vim inferre, integritatemque ejus vel in dubium vocare, aut per conjecturas et litterarum punctorumve immutationes reſtituere liceat, variorum codicum diverſitates nimis exaggerant. Adſunt vero ex altera parte, qui omnes ſacri codicis editiones, inprimis poſt R. *ben Chajim* tempora, ſibi ipſis in omnibus conſentire contendunt. Quo quidem, uti plerumque fieri ſolet, ab utroque latere a vero aberratur.

§. II.

Quodſi ad natalia Librorum veteris foederis ſacrorum recurrere tempora, ipſaque ſanctorum virorum autographa, quae non ſine perpetuo uſque ad noſtra ſervari potuiſſent ſecula miraculo, conſulere poſſemus: nullas in illis ſcribendi aut legendi varietates deprehenſuri eſſemus. Scripſerunt Viri divino inflati Spiritu, et ita certe ſcripſerunt, uti legi et intelligi voluerunt. Abfuerunt a codicibus iſtis autographis, quibus poſteriores tum manu ſcripti tum ſtanno expreſſi codices ornantur vel onerantur, formulae: *Legitur et non ſcribitur:* vel: *ſcribitur et non legitur.* Verum poſt tot et tanta annorum intervalla nihil aliud, quam codices iſtos, qui diverſis vicibus, diverſisque temporibus deſcripti, et varias temporum viciſſitudines et calamitates experti ſunt, aliquo modo a ſe invicem differre, exſpectandum eſt: et ſolum quo minus id fieret, perpetuum divinum miraculum impedire potuiſſet. Varietates itaque a codicibus hebraeis penitus abeſſe, nunquam ſibi quiſquam perſuadere poteſt. Habent graeci, habent latini ſuas diverſitates codices, et idem de hebraeis ſtatuendum eſt, qui itidem per diverſas diverſorum ſcribentium ad noſtra ſecula tranſiere.

§. III.

Jam vero ex ingenti varietatum numero quantum emolumenti exſpectent, qui de codicis ſacri integritate dubia movent, vel eam ſollicitant, et depravatum adul-

teratumque eſſe textum, eumque integritati ſuae reſtituendum ſtatuunt, *Capellus*, *Morinus*, *Whiſtonus*, aliique, qui et hodie horum anteſignanorum caſtra ſequuntur, ſatis notum eſt. Quodſi hiſce viris credendum eſſet, ſacer textus hebraeus adeo eſſet corruptus, ut „graviſſimi in chronologicis errores, in hiſtoricis manifeſtae contradi„ctiones, horrendae numerorum exaggerationes, vocum, litterarum, nominum, ſen„tentiarum et periodorum integrarum omiſſiones, additiones, transpoſitiones, detor„ſiones et quae alia ad hoc genus referenda ſunt,„ in illo deprehenderentur *a*). Ipſae vero varietates, ſi juſte conſiderantur, Criticos iſtos, qui non de eo, quid ſacri ſcriptores ſcripſerint, ſed quid ex eorum ſententia ſcribere debuiſſent, ſunt ſolliciti, et ut ipſis textui ſacro vim inferre liceret, tam acerbe in eum invehunt, dum in certamen deducuntur, deſerunt. Multae quidem ſunt in textu ſacro varietates, ſed ſi in ſuas diſtribuuntur claſſes, perpaucae ſunt, quae ſub variarum lectionum nomine venire poſſunt. Plurimae varietates ſenſum non mutant, adeo ut operae pretium non ſit, ad illas in tam gravi de textus ſacri integritate diſputatione provocare. Plurimas quamvis non omnes Textus hebraei varietates ex editionibus antiquioribus ad antiquiſſimas formatis ad calcem hujus Diſſertationis exhibemus; et quid ex iis contra textus integritatem concludi poſſit, cuique facile patebit. Quid inde, ſi vox modo plenarie modo defective ſcribatur? vel ſi fulcrum aliquod adſit, aut deſideretur?

§. IV.

Verum in illam a Viris doctis, *Buxtorfio*, *Carpzovio* aliisque ſatis diſcuſſam et fere exhauſtam de textus ſacri hebraei integritate diſputationem jamjam ingredi, noſtrum non eſt, qui potius ad alterum progredimur, quod nuper Cl. *Kennicottio* viſum eſt, nimirum usque ad aliquot annos ante communem fuiſſe opinionem, omnes codices hebraeos invicem ita conſentire, ut omnes easdem fere habeant lectiones, adeoque huc usque ignoratum eſſe, inter editiones ipſas dari diſſenſum, aliamque alias habere editionem lectiones. Lubentes concedimus Viro Cl. criticos in colligendis codicum Textus graeci Novi Teſtamenti diverſitatibus, quam in recenſendis hebraei Textus Veteris Teſtamenti varietatibus, longe fuiſſe ſolertiores. Fauſto ſidere id negotium arduum et difficile orſus eſt, qui primus N. T. graecum evulgavit, *Deſiderius Eraſmus Roterodamus*, qui quoties de novo codicem graecum praelo ſubmiſit, lectiones alias aliis ſubſtituit, ſicuti MSta, quae conſuluit, ſibi ſvaſerunt. Sequuti ſunt Viri et fama et meritis celebres, *Robertus* et *Henricus Stephani*, *Boeclerus*, *Curcellaeus*, *Fellus*, *Millius*, *Bengelius* et denique *Wetſtenius*, qui toti in eo fuerunt, ut quantum fieri potuit, omnes e variis codicibus lectionum varietates colligerentur. De Codice hebraeo vero non adeo ſolertes fuere eruditi, interim, qui ejus varietates annotarint, non penitus defuerunt. *Bombergus* ille Venetorum typographus ſat celebris, jam primae codicis ſacri editioni anno 1518 emiſſae in margine varias adſcripſit diverſitates, quae in Maſoretharum ſchedis annotatae erant, et ſub nomine *Keri* et *Ketibh* venire ſolent. Quae a *Bombergo* adjuvante *Felice Pratenſi* inchoata erant, emendata et locupletata reddidit *R. ben Chajim*, qui ſecundam Bibliorum Rabbinicorum procuravit editionem. Succeſſit *Sebaſtianus Munſterus*, qui editioni primae anni 1534 et tertiae anni 1546 rarius *Keri* in margine adſcripſit, ſecundae vero editioni anni 1536 amplum diverſitatum catalogum attexuit. Taceo de reliquis, qui

a) v. J. A. Starckii Davidis aliorumque Poetarum Hebraeorum carmina, Vol. I. p. 7.

Digitized by Google

qui poſteriori tempore non tam diverſitates collegerunt, ſed ipſas modo in margine annotarunt, modo textui aliam inſeruerunt lectionem. Ad calcem Bibliorum Polyglottorum Londinenſium, item ad calcem Bibliorum Clodio-Majanorum, nec non *Hooghtii* integer exſtat diverſitatum catalogus; *Joh. Henricus Michaelis* vero ſingulis paginis varias ſubjecit lectiones. Hinc ſi qui ſunt, qui omnes Bibliorum hebraicorum editiones ſibi prorſus eſſe abſimiles, ſibi perſuaſerunt, id ſine jure fecerunt, et ipſe Cl. *Kennicottius*, ſi recentiores conſuluiſſet editiones, experientia edoctus ſecus procul dubio pronunciaſſet.

§. V.

Ut vero ea, quae de codicis hebraei diverſitatibus obſervanda ſunt, diſtinctius pertractari poſſint, ipſae diverſitates in ſuas claſſes diſtinguendae ſunt. Ad primam claſſem referimus eas, quae per abuſum lectiones variae nominantur, quippe quae ſenſum non mutant, ſed tantummodo in diverſo unam eandemque vocem ſcribendi modo conſiſtunt, eamque ob cauſam plurimae illarum, aberrationes orthographicae nominari poſſint. Hujus generis ſunt diverſitates vocum, diverſitates litterarum, et denique diverſitates punctorum. Alteri vero claſſi adjudicamus omnes diverſitates, quae ſenſum aliquo modo mutant, ſignificationem vocis aut adaugent aut minuunt, aut alteram alteri vocem ſubſtituunt, quae verae ſunt variantes lectiones.

§. VI.

Diverſitates vocum et diverſitates litterarum ſub nomine *Keri* et *Ketibh* venire ſolent; ex quo duplex originem traxit lectio, textualis ſ. *Kethibh* et marginalis ſeu *Keri.* b) Frequens eſt duplex lectio in editionibus Textus hebraei; ſed ipſae editiones a ſe invicem multoties recedunt; et ubi in hac duplex eſt lectio, in alia non niſi unica exſtat in textu. Hinc numerus hujusmodi variantium minime certo definiri poteſt. Vocum vero integrarum diverſitates ad ſequentia capita revocari poſſunt: I. Voces honeſtiores iis, quae pro obſcoenis habitae ſunt, ſubſtituuntur. II. Voces diſtinctae, ut unam conſtituant vocem, conjunguntur. III. Vox, quae non niſi unica eſt, in ſyllabas diſtinguitur. IV. Voces leguntur, ſed non ſcribuntur, dum puncta vocalia ſine litteris in textu exprimi cernuntur, litterae vero ad marginem rejectae ſunt. V. Voces ſcribuntur et non leguntur, redundansque vox ſine punctis ex expreſſa. In hiſce omnibus plerique codices impreſſi inprimis recentiores potiſſimum et maxima ex parte conſentiunt. Editiones vero antiquiores rarius habent lectionem marginalem, quamvis e variis ſpeciminibus certo concludi poſſit, Typothetam illas tantummodo omiſiſſe.

§. VII.

Litterarum diverſitas varia eſt. Si ipſam litterarum formam ſpectas, ſunt vel majores, vel reliquis minores, vel unica littera in aliis editionibus eſt diſſecta, in aliis minor formata. Si vero poſitum conſideras, ſunt vel ſuſpenſae vel inverſae. Praeterea facile permutantur litterae, quae vel unius ſunt organi, vel auditu in pronunci-

b) Conf. *J. G. Carpzovii* critica ſacr. Part. I. c. VII p. 347. *Wolfii* Biblioth. hebr. Vol. 2. lib. III. p. 507 etc. ubi ſingulae de K. et C. Doctorum ſententiae recenſentur et examinantur. *Job. Leusdenii* philolog. hebr. Diſſ. 23. p. 273 etc. *Jablonskii* praefat. ad B. H. majora §. XIII.

Digitized by Google

nunciando diſtingui nequeunt, vel denique externa forma ſibi invicem tam proxime accedunt, ut altera alteri, ſi non accurate litterarum criteria examinantur, ſubſtitui poſſit. Sunt denique litterae ſuperfluae vel deficientes.

§. VIII.

Variis in locis ſacri codicis litterae majuſculae, quae magnitudine inter alias eminent, expreſſae ſunt. Magna ſunt, quae in litterarum eminentia abſcondita olim fuiſſe myſteria dicuntur, tunc temporis ſapientiſſimis viris ſatis nota, quae vero adeo oblivioni tradita ſunt, ut litterae majores hodie nil niſi priſtinae ſapientiae ſint monumenta. Hinc in plurimis editionibus adhuc cernuntur litterae reliquis eminentiores, ab aliis vero editionibus ſunt remotae, et litterae unius ejusdemque magnitudinis lineam adimplent. *Bombergus* in editione prima anni 1518. litteras majuſculas minuſculasque ſuis locis expreſſit. *Munſterus* in editione utraque majori, quam ad editionem anni 1488 formavit, ab uſu litterarum majuſculárum et minuſcularum penitus abſtinuit. In ſecunda vero editione variis in locis litteras eminentes cernimus, attamen non tam frequenter, quam in recentioribus editionibus. Septem litteras majuſculas tantummodo in legendo obſervavimus. א. 1 Paral. I, 1. אדם. ד. Deut. VI, 4. אחד. ה. Deut. XXXII, 6. הליהוה. כ. Pſ. LXXX, 16. יכנה. נ. Exod. XXXIV, 7. נצר. ע. Deut. VI, 4. שמע. ת. Deut. XVIII, 13. תמים. *Münſteri* editionem primam imitatus eſt *Nathan Baylay*, Anglus, qui ex editione hebraeo-anglicana litteras majuſculas omnes eliminavit.

§. IX.

Litterae minuſculae, quae itidem aliquid myſterii continere dicuntur, quamvis, in quonam conſiſtat, omnes fugiat, in multis editionibus ſunt obviae, in *Munſteri* majoribus nullae, in minori vero ſequentes: ב. Prov. XXX, 15. הב. נ. non tam minuſculum, quam circello notatum Job. VII, 5. ונגש. נ. Thren. IV, 14. נעו. *Nun* inverſum cernitur Num. X, 35. et XI, 1. *Vav* vero diſſectum Num. XXV, 12. in minuſculum eſt transformatum.

§. X.

Permutantur litterae inter ſeſe vario modo. Locum interdum unius vocis litterae ita mutant, ut altera in alterius locum ſuccedat, ut Cohel. IX, 4. יבחר pro יחבר. Modo litterae, quarum ductus ſibi ſunt haud valde diſſimiles, inter ſeſe permutantur; ut ב et כ. ב et נ. ד et ר. ה et ח. ח et ת. ז et ן. ס et ם. ש et ש. Simili modo permutantur litterae, quae in pronunciando aut non audiuntur, aut audita diſtingui nequeunt, quarum pronunciatio cognata eſt; ut א et ה. ש et ס. Exempla hujusmodi permutationis ſuppeditat *J. G. Carpzovius* [c]), et Cl. *J. A. Starckius* [d]), qui tamen ejusmodi permutationes factas eſſe ex antiquis verſionibus colligit, adeoque interpretes non erraſſe praeſupponit. Accedit hiſce diverſitas quae ex redundantia vel defectu unius litterae originem trahit. Adhaerent vocibus interdum litterae otioſae, ut ה; et י ante ſuffixum ךָ; itidem ו ab initio ſine punctis praemiſſum; et י ad calcem vocis את et in ſecunda perſona praeteriti. Deſunt vero ſaepius litterae, quae ſpatio vacuo ſubjecto puncto vocali indicantur. Deſunt quoque quam frequentiſſime fulcra

ta

c) l. c. p. 349. d) l. c. p. 22.

tu Cholem et Chireck, et י in ſuffixo pluralium יו: hinc magna oritur varias inter editiones diverſitas. In *Munſterianis* Bibliis ו et י ſaepe deſiderantur, eum in aliis editionibus expreſſa ſunt; et viee verſa multas voces plenarie ſeripſit, quae in aliis defective expreſſae ſunt. Varia hujus generis exempla infra exhibebimus; ſed non omnia; nullius enim uſus foret, e. g. vocem הוליד, quae in *Munſteri* ſecunda editione in Cataſtris genealogicis modo plenarie, modo defective expreſſa eſt, toties exſcribère, quoties ab *Hooghtiana* editione differt. Referantur denique ad hanc claſſem diverſitates Codicum orientalium et occidentalium, quarum catalogum *Felix Pratenſis* primae Bibliorum Rabbinicorum editioni attexuit *e*).

§. XI.

Puncta hic conſideranda varii ſunt generis. 1. Puncta vocalia, quae in variis codicibus vel voci diverſimode adjiciuntur, e. g. loco Schureck Kübbutz et v. v., loco Patach Kametz et v. v., loco Schva ſimplicis compoſitum et v. v., loco Chireck Tſere et v. v. quorſum pertinent diſſenſiones inter *Ben Aſcher* et *Ben Naphthali f*), vel litteris in textu ſubſcribuntur, cum quibus non conſentiunt, rejectis propriis illorum ad marginem litteris. 2. Puncta diacritica, quorſum Dageſch referimus extraordinarium, quod vel ab initio vocis, vel poſt vocalem longam, vel litteris, quae alias Dageſch non admittunt, impreſſum eſt. 3. Puncta tonica ſeu accentus, quorum maxima eſt, ſi plures inter ſe conferuntur editiones, diverſitas, uti ex appendice ad editionem *Hooghtianam*, et appendice Bibliorum *Clodio-Majanorum*, nec non ex Praefatione Bibliorum *Jablonskianorum* majorum apparet. 4. Puncta extraordinaria, quae quibusdam in locis vocibus ſeu litteris imponuntur.

§. XII.

Quae quidem diverſitates hactenus recenſitae, variiſque in eodicibus obviae haud adcurate ad claſſem Variantium Lectionum referuntur. Perinde enim eſt, nec ſenſum mutat, ſi vox vel majuſcula vel minuſeula littera ſcribatur, Cholem et Chireck plenarie vel defective ſit expreſſum, vel litterae ſuperne ſint punetatae vel non punctatae. Quin et litterarum permutatione textus ſacer minime deturbatur, dum in margine ex antiquis codicibus vera lectio notatur. Majoris vero ponderis ſunt illae varietates, quae ſenſum aliquo modo mutant. Referuntur huc 1. loca illa, ubi vox aliqua eſt omiſſa, quae aliis exemplaribus inſerta legitur: 2. loea, ubi voces ejusdem fere ſignificatus permutantur, e g. אדני et יהוה: 3. loea, ubi eadem quidem vox exſtat, ſed diverſimode punctata, et utraque punctatio verum et genuinum ſiſtit ſenſum, nec ab analogia linguae hebraieae abhorret. Hujusmodi varietates ſi numerantur, perpaucae ſunt in ſacro codice, uti ipſa codieum accurata collatio unumquemque docebit.

§. XIII.

Difficiles vero de origine harum diverſitatum eſt quaeſtio. Proſtant ipſae varietates in codieibus obviae; varii ſunt generis, uti expoſuimus; ſed quo factum ſit, ut

e) Conf. *Carpzovius* l. c. p. 357. *Joh. Buxtorfii* antierit. p. 510.

f) Conf. *Carpzovius* l. c. p. 358. *Buxtorfii* anticrit. p. 512. de antiquitat. punct. p. 263.

Digitized by Google

ut iſtae in ſacrum textum irrepſerint, ardua et difficilis eſt inter eruditos diſputatio. Spectat illa antiquiſſima et remotiſſima tempora, quae a ſcriptorum codicis ſacri temporibus haud longe ſunt remota; de quibus vero parum certi nobis conſtat, niſi hoc unicum, e tabulis nimirum, quae nobis poſt tanta naufragia ſuperſunt, apparere, quis jam in remotiſſimis temporibus diſſenſus inter codices obſervatus ſit; Hinc diverſitates iſtae non ſunt recentioris aevi, nec Maſoretharum, aut recentiorum Judaeorum inventum; ſed illarum origo ex antiquiſſimis temporibus eſt repetenda. Unde vero derivandae ſint, diverſimode a viris doctis diſputatum eſt.

§. XIV.

Qui Prophetas ipſos ſeu ſcriptores divino Spiritu agitatos diverſitatum auctores eſſe adfirmant, in duplicem abeunt ſententiam. Aliis placet figmentum, Prophetas duplicem lectionem textualem et marginalem jam olim in ipſis autographis notaſſe, litteras majores minoresve exaraſſe, litterasque alias punctis extraordinariis ornaſſe, ut myſteria abſcondita hoc ſcribendi genere indigitentur, utramque hinc lectionem divinam eſſe appellandam. Alii vero, ipſos ſcriptores ſacros adeo genii linguae ſanctae fuiſſe ignaros, ut vitioſe ſcripſerint et ab analogia linguae ſaepius receſſerint, poſterioris vero temporis viri ſapientiores et doctiores correctiones ſeu vitiorum commiſſorum emendationes in marginem collocaſſe, adſerere non erubeſcunt. Quod utrumque tantopere ab omni veri ſpecie abhorret, ut haec figmenta ſcripſiſſe, jam ſit eadem refutaſſe.

§. XV.

Alii quidem textum ſincerum et integrum atque intemeratum e manibus ſcriptorum ſacrorum prodiiſſe, verum ſequentibus temporibus adulteratum et depravatum eſſe ſtatuunt. Malae id tribuunt Judaeorum fidei, qui ſtudio textum ſacrum corruperint, et falſas lectiones textui inſeruerint. Summo ſtudio jam olim *Jacob. Capellus* id egit, ut Judaeos hujus criminis reos faceret. Sed cauſam Judaeorum defendit *Buxtorfius* [g]). Acceſſit *Capello Guil. Whiſtonus*, qui eandem tubam inflavit, cui reſpondit *J. G. Carpzovius* [h]). Provocant illi potiſſimum ad LXX Interpretes, quorum verſio ſaepius a textu hebraeo recedit, atque inde concludunt, ſacrum textum eſſe immutatum et corruptum. In eandem nuper abiit ſententiam Cl. *J. A. Starckius* [i]), qui eadem, quibus olim *Capellus* et *Whiſtonus* uſi ſunt, exempla in medium profert, et verſioni ſeptuagintavirali tantum tribuit, ut Judaeos criminis hujus reos condemnet. Ipſa vero exempla jam ab aliis ita ſunt diſcuſſa, ut mirum ſit, quomodo illa iterum in medium proferri poſſint [k]). Judaeos in quibusdam locis verbis, quae pro obſcoenis

g) Anticritica part. I. c. VII. p. 129 ſqq.

h) Critica ſacra part. III. p. 787 ſqq.

i) l. cit. p. 8. 9.

k) Exempla, quae Cl. Auctor producit, ut accuſationi tam gravi fidem faciat, ſequentia ſunt 1) Eſai. XIX, 18. חרס transmutatum in הרס. Sed error eſt in ſcribendo et litterarum forma cognatarum permutatio, et vera lectio in margine eſt notata. 2) Amos IX, 11. 12. coll. Act. XV, 16. 17. ubi Judaei mutarint ידרשו in יירשו et אדם in אדום, quem locum produxit *Whiſtonus*, cui reſpondet *Carpzovius* l. c. p. 897. et *Wolfius* in Cur. crit. et phil. ad Act. XV. 3) Deut. XXXII, 43. ubi Judaei voculam עם expunxerint, quam Paulus Rom. XV, 10. expreſſerit et ſervarit. 4) Eſai. XLIX, 6. coll. Act. XIII, 47. Utrumque locum vindicat *Surenhuſius*

βιβλῳ

Digitized by Google

nis habuerunt, alia quae ipſis honeſtiora viſa ſunt, ſubſtituiſſe lubentes concedimus. Sed dum ipſa verba ad marginem rejiciunt, fraudis eos accuſare vix auderem. Et reliquas varietates quod attinet, quid auxilii aut emolumenti ſibi Judaei e bis mille circiter locis in ſcribendo aliquantulum immutatis exſpectare potuerunt, dum alia loca intacta et genuina remanſerunt, et ipſam correctiorem lectionem in margine collocarunt? Bona fide certe, ut mihi quidem videtur, egerunt Judaeorum Magiſtri, qui ſtudioſe et accurate diverſitates et aberrationes annotarunt, et ex aliis codicibus margini veram et genuinam lectionem adſcripſerunt. Qui vero aliis fumum vendere cupit, ipſam vero fraudis notam margini impingit, vix ſibi ipſi conſentit.

§. XVI.

Majori itaque jure iis aſſentiendum eſt, qui libris ſacris idem, quod profanis, accidiſſe contendunt. Scriptores ſacri quidem in autographis textum genuinum et intemeratum expreſſerunt. Eſdras deinde, et qui ipſi auxilio adfuere, librorum ſacrorum apographa ſub examen vocarunt, et ſingula priſtinae integritati reſtituerunt. Sed ſequente tempore ſub ſcribarum manibus variae in ipſa irrepſere diverſitates, dum ipſi ſcribae aliquid humani paſſi ſunt. Plures ſunt inter litteras hebraicas, quae ſibi forma maxime ſunt ſimiles, quo ſcriba, ut alteram in alterius locum ſubſtitueret, facile induci potuit. Aliae litterae auditu diſtingui nequeunt. Quodſi quis textum ſacrum praelegerit, alter vero ſcripſerit, multoties diverſitas oriri potuit, dum ſcriba ſtylum ſono accommodavit. Plurima enim τῶ Keri et Cethibh exempla, ſi pronunciantur, ejusdem ſunt ſoni, quamvis diverſimode ſcribantur. Litterae in ſcribendo facile transponi potuerunt, ut praemittenda littera poſtponatur; ſic et voces diſtinctae conjungi, et ſyllabae conjungendae diſſecari potuerunt. Scriba denique facillime ex una littera alteram fingere, Jod in Vav, vel in Daleth transformare, litteram vel vocem bis ſcribere, vel alio loco litteram vel vocem omittere potuit. Puncta vero vocalia litteris alio tempore et ab alio ſcriba ſeu punctatore addita eſſe ſatis notum eſt, et quo illa ſunt ſubtiliora et exiliora, eo facilius fuit et in hiſce errorem committere; nec mirum ſi puncta non ubique cum litteris conſentiunt, dum alium agnoſcant ſcriptorem. Haec omnia quidem errores ſunt; ſed errare humanum eſt, et hoc a ſcribis librorum ſacrorum penitus alienum fuiſſe, mihi perſvadere haud poſſum. Verum, ne quae hactenus dicta ſunt, absque omni fundamento aſſerta videantur, ad ipſas provoco codicis ſacri diverſitates, quarum catalogum ſecundum ordinem librorum ſacrorum contexui. Quas ſi quis accurate examinabit, maximam illarum partem ex errore in ſcribendo originem traxiſſe facile videbit.

§. XVII.

Jam vero de primis diverſitatum codicum ſacrorum collectoribus nobis dicendum eſt. Sunt illi qui ſub Maſoretharum nomine veniunt, inter Judaeos eruditi

βιβλ.ψ κατελλ. p. 515. et 429. 5) Mich. V, 1. coll. Matth. II, 6. quem tamen locum Evangeliſta non ex verſione graeca mutuo ſumſit, ſed ipſe interpretatur. Locus quidem eſt vexatiſſimus, ſed vario modo vindicatus. Conf. *Wolffius* in Cur. phil. ad l. Matth. 6) Eſai. VII, 14. coll. Matth. I, 23. et 7) Eſai. LIII, 8. 9. ubi voces קברו et במותיו transpoſitae ſint. Quae omnia ſi auctori concederentur, Judaeos ſumma dementia in minutioribus locis quaedam immutaſſe, at alia evidentiora oracula intacta reliquiſſe ſatis demonſtrarent.

Digitized by Google

et legis periti viri, qui noſtro tempore ab aliis laudantur magnique aeſtimantur, ab aliis vero vituperantur et accuſantur. Non in aetatem Maſorae nobis jamjam inquirendum eſt, qui illam nec a Moſe, nec ab Eſdra derivamus, nec eandem ſolis Maſorethis Tiberienſibus adſcribimus, cum integram, quam nunc habemus, Maſoram diverſo tempore ex collatione plurium Codicum MStorum ortam eſſe, nobis veroſimillimum eſſe videatur *l*). Etiamſi ſchedulae maſorethicae, quae ad noſtra pervenerunt tempora, multis mendis defectibusque laborent, multisque in locis ſint lacunoſae, id tamen certum eſt, auctores Maſorae ingentem in ſeſe ſuſcepiſſe laborem, quem ſummo ſtudio et pene incredibili opera exantlarunt. Numerarunt ſingula librorum ſacrorum commata, ſingula verba, ſingulas litteras, ut et puncta et apices, et haud raro quoties eadem in ſacro codice occurrant, annotarunt. Errarunt quidem in numerando; ſed ex ipſo errore commiſſo, eos ſingula accurate penſitare, numerare et annotare voluiſſe ſequitur. Superſtitioſe in quibusdam locis egerunt; ſed ipſa illorum ſuperſtitio fidei eſt teſtis; demonſtratur enim illa, eos omne, quodcunque invenerunt, et eo quidem modo uti ipſis oblatum eſt, annotare ſibi propoſuiſſe. Singula gloſſemata lectorem monent ad minimum de diverſitate aliqua variis in codicibus obſervata. Hinc viri iſti herculeo labore, quem ſubierunt, verae lectioni textus ſacri ejusque integritati ſtabiliendae quam maxime inſervierunt, dum omnes et minimas aberrationes ſtudioſe litteris conſignarunt, et ſimul plurium codicum lectiones nobiscum communicarunt. Maſoretharum itaque annotationes in dijudicandis diverſitatibus et eruendis genuinis lectionibus majoris ſunt ponderis et pluris faciendae, ac plures incerti aevi et ſcriptoris codices manuſcripti. Suppeditant enim duplicem plerumque lectionem, ex quibus illa, quae cum univerſalibus grammatices principiis conſentit, alteri praeferenda eſt, quae exceptionem a communi regula requirit.

§. XVIII.

Antiquiſſima ſi nunc tempora, in quibus ſacer textus tantummodo manuſcriptus circumferebatur, et ſtudium Judaeorum amoremque erga Textum ſacrum conſideramus, non a vero aberrabimus, ſi ex hiſce colligimus, fuiſſe inter Judaeos, qui jam primis temporibus, et jam ante Chriſtum natum, codices cum codicibus contulerint, et codices non correxerint, ſed aberrationes unius in margine alterius notarint. Non ignorabant certe, quam fallax ſit manus ſcribentis, quam facilis ſit error in pingendis et exarandis litteris ſibi invicem externa forma cognatis. Quid amor erga legem ſuadebat? Revocarunt itaque codices recentiores ad antiquiores, et ipſos antiquiores inter ſeſe contulerunt, ut aberrationes commiſſas detegerent et emendarent. Jam vero ſi alter codex ex auditu vel ex ore praelegentis conſcriptus lectionem haud genuinam, alter vero genuinam habebat, aut vice verſa; is qui collationem inſtituit, lectionem alterius codicis margini adſcripſit. Hinc illa duplex lectio, textualis nimirum et marginalis. Poſteriores ſcribae ſuae apographa ex ejusmodi collatis et caſtigatis codicibus fecerunt, et dum quidquam immutare nefas duxerunt, eundem ſcribendi modum accurate ſervarunt; et ſi in quibusdam erratunt, a correctoribus emendatum eſt.

l) Conf. de Maſora ejusque indole *Buxtorfii* Tiberias, *Wolfii* Biblioth. hebr. Vol. 2. p. 460 ſqq. *Carpzovii* crit. ſacr. part. I. c. 6. p. 283 ſqq. *Leusdeni* philol. hebr. Diſſ. 22. p. 251. *Hottingeri* theſ. philol. lib. I. c. 3. S. 4. p. 396.

Digitized by Google

eſt. Quo factum eſt, ut in diverſis codicibus eadem lectio in margine, et eadem in textu compareat. Acceſſerunt alii, qui vel puncta litteris addiderunt, vel ſuperſtitione ducti voces, quas pro obſcoenis habuerunt, in honeſtiores transformarunt, vel ad indicanda quaedam myſteria litteras majuſculas, minuſculas, ſuſpenſas et inverſas formarunt, aut litteris puncta extraordinaria addiderunt. Liberamus itaque Maſorethas a crimine aliis illudendi, aut perfidia et malitia, qua ducti textum ſacrum corrumpere voluerint. Grates potius ipſis referimus, quod noſtris temporibus tum veras textus ſacri lectiones tum codicum aberrationes conſervare voluerint.

§. XIX.

Ex ejusmodi codicibus hebraicis manu ſcriptis cum aliis collatis natae ſunt demum editiones Bibliorum hebraicorum typis exſcriptae; quae quidem omnes unum eundemque textum ſacrum exhibent, veruntamen non omnes ejusdem ſunt generis ac conditionis. Singulas inter ſeſe ſi comparamus, in duas claſſes reponi poſſunt. Ad primam claſſem referimus Editiones, quas A-Maſorethicas appellare nobis liceat, nimirum illas quae a Maſoretharum annotatis marginalibus liberae ſunt, quae quidem plurimis in locis lectionem alias marginalem in ipſo contextu exhibent, verum uti varia exempla et loca commonſtrant, e codice maſorethico expreſſae ſunt. Editores enim in ipſis typographiae primordiis eo tantum laborarunt, ut codicem ſacrum proderent, qui lectionem, quam pro genuina habuerunt, plurimis in locis oſtenderet. Hinc *το* Keri in textu quam ſaepiſſime expreſſerunt, ſervato tamen *το* Kethibh multis in locis. Editiones hujus generis ſunt ſequentes: 1) Editio omnium prima Anni 1488. (Sect. I. §. IV.). 2) Editio Moſis b. Gerſon (ib. §. V.) et ſi exſtat 3) Editio Piſaurenſis, (ib. §. VI.) 4) Editio anni 1517. (ib. §. VII.) 5) Editio Sebaſt. Munſteri hebraeo-latina, anni 1534. (Sect. III. §. II.) et 6) editio ſecunda hebraeo-latina, anni 1546. (ib.). Quae editiones ſibi invicem quam maxime reſpondent, ut poſteriores e prioribus, in ſubſidium vocatis tamen aliis codicibus, formatae ſint.

§. XX.

Ad alteram Claſſem referimus editiones Maſorethicas, ſeu editiones quae duplicem exhibent lectionem textualem, quae iterum duplicis ſunt generis. Primo comparent editiones imperfectiores, quae non ubivis duplicem lectionem oſtendunt, ſed tantummodo variis in locis veſtigia, illas e codice maſorethico eſſe exſcriptas, exhibent. Editiones, quae hic in cenſum veniunt, ſunt ſequentes: 1) Editio prima ab anno 1482. per partes edita. (Sect. H. §. II.) 2) Editio ſine loco et anno. (Sect. I. §. VIII.) 3) Editio Complutenſis polyglotta. (Cap. HI. §. II.) 4) *Bombergi* Biblia Rabbinica, a *Felice Pratenſi* procurata. (Sect. II. §. III.) 5) Ejusdem editio minor anni 1518. (Sect. I. §. IX.) 6) Ejusdem ſecunda anni 1521. (ib. §. IX.) 7) Dimidia pars editionis tertiae anni 1525. (ibid.) 8) Editio ſecunda hebraea *Sebaſtiani Munſteri* anni 1536. (ibid. §. X.) et 9) *Roberti Stephani* editio prior in forma quarta. (ibid. §. XI) Singulae editiones in textu habent *το* Kethibh, quamvis non ubique in margine Keri expreſſum ſit.

§. XXI.

Secundo loco veniunt editiones Maſorethicae perfectiores, quarum prima eſt Editio Bibliorum Rabbinicorum a *R. ben Chajim* ex officina *Danielis Bombergi* Venetiis

netiis Anno 1526. procurata, (Sect. II. §. IV.) quae genuinam Codicum Maſorethicorum repraeſentat formam. Superiora a *Felice Pratenſi* Biblia procurata adeo bilem *Jacobo ben Chajim* moverunt, ut omnem moveret lapidem, meliora ut redderet. Conquiſivit itaque undequaque MStos codices, eosque ſecundum praecepta Maſorethica examinavit, lectionemque marginalem, quantum fieri potuit, textui adſcripſit. Per duo ſecula omnes, qui rei ſacrae operam dederunt, laborem *Jacobi* indefeſſam grato animo agnoverunt. Sed hodie id ipſi in crimen vertitur, quod primus textum ſacrum nugis Maſorethicis foedarit. Primus quidem eſt, ſi de integro codice hebraeo ſermo eſt; verum, quod Pentateuchum attinet, veſtigia legit editoris Pentateuchi Ulyſſiponenſis. (Sect. II. §. XXIII. n. 22.) Hic enim omnium primo Pentateuchum ſecundum praecepta Maſorethica edidit. Ecquid vero a *Jacobo* perpetratum eſt, quod ipſi in vitium vertendum ſit? Diverſitates codicum a multis ſeculis collectas et annotatas e codicibus manuſcriptis typo evulgavit; et quod *Felix Pratenſis* inchoarat, emendavit, et ad majorem perfectionem perduxit, quam ob cauſam magis laudandus, quam vituperandus eſt.

§. XXII.

Poſteriores quidem editiones ad hanc primam formatae ſunt; verum non omnes eam preſſo pede ſequuntur. Datur enim inter editiones nexus aliquis ſeu cognatio aliqua, quam ut hic quodammodo delineemus, non abs re fore judicamus. I. Accurate priorem editionem repraeſentant Biblia Rabbinica *Bombergi* tertia, (Sect. II. §. V.) Biblia Rabbinica *de Gara*, (ib. §. VI.) et Biblia Rabbinica *Bragadini*, (ib. §. VII.) Biblia minora *Bombergi* 1528. et ſeq. (Sect. I. §. IX.) et *Rob. Stephani* minora. (ib. §. XI.) II. Proxime ad praecedentes accedunt editiones *Juſtiniani*, (Sect. I. §. XII.) *de Gara* (ib. §. XIII.) et Bragadinorum, (ib. §. XIX.) nec non *Chriſtophori Plantini* prima. (ib. §. XV.) III. Ad *Juſtiniani* editionem formatae ſunt editiones Genevenſes. (ib. §. XX.) IV. Ad Plantinianam primam vero editiones Francofurtanae *Hartmannorum* (ib. §. XIV.) et Wittebergenſis Kratonis. (ib. §. XVI.) V. Plantiniana editio in Bibliis Polyglottis Antwerpienſibus (Cap. III. §. III.) ab *Aria Montano* variis in locis emendata et ad codices MStos recognita, plurium editionum norma eſt. Sequuntur illam non ſolum Editiones Polyglottae omnes, ſed et minores editiones Plantinianae hebraeo-latinae, (Sect. III. §. III.) Hiſpanica hebraeo-latina, (ibid. §. IV.) *Raphelengii*, (ib. §. V.) Genevenſes hebraeo-latinae, (ib. §. VI.) Francofurtana (ib. §. VIII.) et Viennenſis (ib. §. X.) VI. *Hutteri* Biblia ſunt plane ſingularia, (Sect. I. §. XVII.) ad quae tamen proxime accedit Editio *Niſſelii*. (ib. §. XXIV.) VII. *Waldkirchii* editionem procuravit *Buxtorfius*, (ib. §. XVIII.) cujus lectiones ſingulares accurate ſervavit in ſua editione *Janſonius* (ib. §. XXII.) et quae in minori Baſileenſi editione inchoata erant, ad finem perducta ſunt in Bibliis Rabbinicis Buxtorfianis (Sect. II. §. VIII.) et Amſtelodamenſibus *Moſis Francofurtenſis* (ib. §. IX.). VIII. Duplex editio a *Menaſſe ben Iſrael* prelo adaptata iterum ſingularis eſt, et quamvis ſatis ſit accurata, neminem tamen invenit, qui ſuam ad hanc formarit editionem. IX. *Athiae* vero editiones (Sect. I. §. XXIII.) magni aeſtimatae ſunt; hinc plures ad easdem, inprimis ad poſteriorem, recentiores adaptarunt editiones, nimirum *Clodius*, *Majus* et *Bürcklinus*, (Sect. I. §. XXV.) *Jablonskius*, (ib. §. XXVI.) *Hooghtius* (ib. §. XXVIII.) et *Opitius* (ib. §. XXIX.). X. Jablonskianam editio-

editionem ſub examen vocavit in edendo opere Halenſi *Michaelis* (ib. §. XXX.). XI. Ad Hooghtianam vero editionem editiones *Proopſii* (§. XXXI.) et *Simonis* (§. XXXIV.) formatae ſunt. XII. Ex *Opitii* editione expreſſae ſunt editiones Zullichovienſes. (Sect. I. §. XXXIII. Sect. III. §. IX. et XLII.) XIII. Editiones Reineccii ſunt vulgares, et minores conſentiunt cum Opere Polyglotto, quod omnium primo proelo adaptatum eſt, ſed poſt illas minores demum in vulgus exiit. XIV. Toreſii denique editio (§. XXVII.) ad ſingulares eſt referenda, quia textum ita ſiſtit, uti in codicibus MStis ſcribi ſolet.

§. XXIII.

Quo vero interna variarum editionum cognatio et conſenſus non minus quam diſſenſus eo facilius cognoſci et dijudicari poſſit, hic in compendio collationem plurium editionum exhibemus. Selegimus Librum Joſuae, cujus variantes ſeu diverſitates hic ſpeciminis loco ſubjungimus. Prima columna ſiſtit lectiones e Codice *Moſis b. Gerſon*, ſeu ex editione Brixienſi anni 1494. Deſumſimus illas ex eleganti Tractatu Cl. *Schultzii* Berolinenſis, de quo deinde plura. Non omnes recenſet ille tractatus lectiones hujus editionis ſingulares, longe plures earum eſſe nos per litteras docuit Cl. *De Roſſi* Parmenſis, cujus inter manus jam de variis Lectionibus Codicis ſacri hebraei verſatur Tractatus; quem critices ſacrae fautores avide exſpectant, ſiquidem Cl. Auctor praeſtantiſſimis ſubſidiis, tam MStis codicibus quam typis expreſſis vetuſtiſſimis editionibus, eſt inſtructus. Appoſuimus ſecundo loco lectiones ex editione *Everhardi van der Hooght*, tum quia inter editiones praeſtantiſſimas eminet, tum quia Cl. *Kennicottius* ad eandem ſingulas variantes lectiones revocavit. Tertia, quarta et quinta Columna ſiſtit lectiones trium editionum antiquiſſimarum, Prophetarum Anni 1486. Bibliorum Anni 1488. et Bibliorum antiquorum ſine die et conſule evulgatorum; quas benevole nobiscum Cl. *De Roſſi* communicavit. Reliquae editiones ſequenti ordine, ut antiquiores praecedant, ſe invicem ſuſcipiunt: 6) Polyglotta Complutenſia. 7) Bombergi Biblia Rabbinica A. 1518. fol. 8) Bombergi minor ejusdem anni 1518. 9) Ejusdem Biblia A. 1521. 10) Ejusdem anni 1525. 11) Ejusdem anni 1544. 12) Biblia *Sebaſt. Münſteri* hebraeo-latina anni 1534. 13) Ejusdem Biblia hebraea anni 1536. 14) Ejusdem Biblia hebraeo-latina anni 1546. 15) *Roberti Stephani* Biblia hebraica in forma quarta. 16) Ejusdem Biblia in forma minori. 17) Polyglotta Biblia Commeliana ſ. Sanct-Andreana. 18) Polyglotta Antwerpienſia. 19) Biblia Hebraeo-Latina Plantini, ſeu Ariae Montani, A. 1571. Fol. 20) Biblia hebraea Eliae Hutteri. 21) B. H. Hartmannorum A. 1595. 22) B. Hebraeo-latina Genevenſia A. 1609. 23) B. hebraeo-latina Genevenſia A. 1618. 24) B. hebraica Genevenſia, A. 1618. in forma quarta. 25) B. hebraeo-Rabbinica Bragadini, Venetiis 1617. 26) B. hebraeo-Rabbinica Buxtorfii, A. 1619. fol. 27) B. H. Menaſſe b. Iſrael, A. 1635. 28) B. H. Janſonii, A. 1639. 29) B. H. Niſſelii. 30) B. H. Jacobi Lombroſo. 31) B. H. Jablonskii majora. 32) B. H. Opitii, et 33) B. H. J. H. Michaelis, A. 1720. Singulae columnae ſi inter ſeſe conferuntur, conſenſus et diſſenſus editionum facile dijudicari poteſt.

§. XXIV.

Reliquum eſt, ut de Catalogo diverſitatum, aut, ſi mavis, Variantium lectionum, quem hic ſubjungimus, nonnulla dicamus. Non defuerunt orbi erudito

et

et critices ſacrae ſtudioſis, qui codicum hebraicorum diverſitates annotarunt, quorum Catalogum exhibet *Wolfius* m)). Non ignoratum eſt, quid ſibi velit Keri et Kethib, et in quo una ſive in litteris, ſive in punctis ab altera recedat editio. Sed non tantus orbem eruditum unquam de variantibus lectionibus percrebuit rumor, quam poſtquam Cl. *Kennicottius* multum aeris et temporis in eo conſumſit, ut ſcribarum aberrationes omnes et ſingulas una cum veris variantibus in unum cumularet opus, textumque ſacrum recenſione diverſitatum in ſcribendis litteris oneraret. Neſcio quot ſint varietatum millia, quae in textu ſacro detecta dicuntur. Quid inde, qui harum rerum non omni ex parte ſunt gnari, qui unam tantummodo aut alteram manibus tractant editionem, nec quid ipſae ſint tantopere celebratae variantes lectiones ſciunt, quid, inquam, de Textu ſacro judicabunt? Quid de certitudine et integritate textus ſentient, qui tot variantium lectionum millibus deformatus ſit? Accedunt viri eruditi, qui non ſolum in codicibus obvias examinant varietates, ſed de novo alias vel ex ingenio et hariolatione vel e verſionibus antiquis fingunt, et quoties interpretes inprimis graecos aliter legiſſe inveniunt, textui ſacro vim inferunt, et antiquitus aliter lectum fuiſſe ſtatuunt, perinde ac ſi interpres nunquam errare potuiſſet aut revera non erraſſet. Ut itaque unicuique appareat, quales ſint illae, quae in codice ſacro deprehenduntur variantes lectiones, catalogum illarum hic ſubjicere voluimus. Potuiſſemus quidem lectorem ad appendicem Bibliorum Polyglottorum Anglicanorum, vel ad Cl. *Kennicottii* Biblia hebraica ablegare; ſed ab utroque opere multo aere redimendo plurimi lectores prohibentur. Secundum ordinem librorum ſacrorum itaque catalogum variantium lectionum, ſeu potius diverſitatum et ſcribarum aberrationum conſcripſimus, et quae inter crebras ſacri codicis lectiones circa litteras et puncta vocalia obſervatae ſunt varietates annotavimus, omnes vero et ſingulas hic adſcripſiſſe, nobis non ſumimus. Sunt fortaſſis nonnullae, quae ſeſe oculis noſtris ſubduxerunt: ſunt et nonnullae, quae in aliis codicibus inveniuntur, quam quos conſuluimus: quin et in Chaldaicis ſacri Codicis Sectionibus, varietates, quae ſaepius occurrunt, ſemel aut bis tantummodo in uno eodemque capite notavimus. Plurimas interim diverſitates nos annotaſſe credimus. *Diſtinximus* ſupra §. XIX. et XX. editiones codicis ſacri in A-Maſorethicas et Maſorethicas, et poſteriores vel imperfectiores vel perfectiores eſſe diximus. Habent itaque hic lectores varietates codicis A-Maſorethici, nimirum editionis Brixienſis *Moſis ben Gerſon* Anni 1494. Deſumſimus illas ex eleganti tractatu Cl. *B. W. D. Schultzii* n)), qui eum in finem conſcriptus eſt, ut ſingularia hujus editionis recenſeret. Cum vero Cl. Auctor ex ingenti diverſitatum numero tantummodo ſelectum aliquem cum orbe erudito communicavit; adjunximus alteram editionem A-Maſorethicam, nimirum *Sebaſtiani Münſteri* primam hebraeo-latinam, ut et alteram hebraeo-latinam, quae priorem non adcurate repraeſentat, ſed variis in locis ad Codicem alium emendata ſeu revocata videtur. Editiones haſce antiquiores in publicum producere non dubitamus, cum fere ab omnibus neglectae ſint. Objicitur quidem, editiones a Chriſtiano editore eſſe procuratas; ſed idem et aliis editionibus, *Roberti Stephani*, *Hutteri* aliisque objici potuiſſet. Repraeſentant praeterea editionem primam Codicis ſacri anni 1488. in cujus itaque locum utramque ſubſtituimus.

Jun-

m) Biblioth. hebr. Vol. 2. p. 544.

n) *Vollſtändigere Kritick über die gewöhnlichen Ausgaben der Hebräiſchen Bibeln.* Berolini 1766. 8.

Jungimus hiſce editiones Maſorethicas, et quidem e perfectioribus editionem *Hooghtii*: et ex imperfectioribus *Münſteri* ſecundam, anni 1536. in forma quarta. Habet illa variantium lectionum appendicem; quem qui conſcripſerit, nos quidem fugit, eum vero Judaeum fuiſſe e variis locis concludi poteſt, e. g. Jerem. XXI, 13. provocat ad Jonathanem Paraphraſten Chaldaicum, et ad Pſ. XXII. Nazaraeos legere כרו obſervatur. Nemo vero, quantum nobis ſcire licuit, ad hanc editionem in dijudicandis variantibus lectionibus excepto *Buxtorfio* *) unquam provocavit. Appendix vero plurimas continet veras Lectiones Variantes, quapropter ſingula ſuo loco appoſuimus. Ex integro vero varietatum catalogo facile patebit, 1) maximam varietatum partem ad aberrationes ſcribarum, minimam vero ad veras lectiones variantes eſſe referendam; 2) varietates, quas Cl. *Kennicottius* ex editione anni 1488 prima vice evulgaſſe credit, jam per duo ſecula in editionibus Munſterianis publice expoſitas fuiſſe; 3) ex ingenti variationum numero nihil contra textus ſacri integritatem concludi poſſe; ſcribarum enim aberrationes non tanti eſſe valoris, ut textus maſorethicus depravatus, corruptus et deformatus appellandus ſit, certum eſt. Lectoribus vero, qui nec antiquiſſimarum editionum, nec operis Kennicottiani compotes fieri poſſunt, non ingratum, dum hic in compendio codicis ſacri lectionum varietates exponimus, fore judicamus. Utrum vero rei ſacrae magis conducat, lectiones maſorethicas a communi regula recedentes penitus eliminare, et quaſi novum Textum formare, ſaltem novo modo Textum ſacrum ſcribere, an vero melius ſit, Codices Maſorethicos lectionesque ex aberratione ſcribae ortas et in margine correctas et emendatas accurate ſervare, definire nolumus, etiamſi, ſi noſtrum eſſet definire, poſterius priori praeferendum eſſe ſtatueremus.

*) In Anticrit. part. 2. c. 6. p. 515.

I.

SPECIMEN COLLATIONIS PLVRIVM EDITIONVM CODICIS HEBRAEI.

Joſuae	B. H. Gerſoni 1494. 8.	Hooghtii.	Prophet. 1486.	Bibl. H. 1488.	B. H. ſ. a.
Cap. III, 16.	מארם	כארם	G.	G.	H.
IV, 6.	את אבותם	deeſt	G.	G.	H.
V, 1.	עברם	עברנו	עבר'	G.	H.
VI, 7.	ויאמר	ויאמרו	G.	G.	H.
8.	לפני ארון יהוה	deeſt ארון	G.	G.	G.
9.	תקעי	תקעו	G.	G.	H.
13.	הלוך	הולך	G.	הלך	G.
VII, 9.	תעשׂח	תעשׂח	ſ. p.	G.	G.
IX, 7.	ויאמר איש	ויאמרו איש	H.	G.	H.
7.	אברת	אֲברות	G.	G.	H.
X, 8.	בידך	בידיך	G.	G.	G.
XII, 20.	deeſt שמרון	שמרון	H.	H.	G.
XV, 47.	והים הגדול הגבול	הגבול וגבול	הגדול וגבול	הגדול וגבול	G.
53.	ינום	ינים	G.	G.	H.
63.	יכלו	יוכלו	G.	G.	H.
XIX, 27.	יפתחאל	יפתח־אל	H.	G.	G.
29.	והיה	ויהיו	G.	G.	H.
XX, 8.	גולן	גלון	G.	G.	H.
XXI, 10.	ראשנה	ראישנה	G.	ראשונה	H.
36. 37.	adſunt	deſunt	G.	G.	G.
36.	יַהְצָה				
37.	init. v. ואת				
37.	אתמֵפעת				
XXII, 7.	בעבר	מעבר	H.	H.	G.
XXIV, 3.	וארבה	וארב	G.	G.	G.
15.	בְעבר	בֵעבר	ſ. p.	G.	G.

B. Complut.	B. Bomb. 1518. F.	Bomberg. 1518. 4.	Bomberg. 1521. 4.	Bomberg. 1525. 4.	Bomberg. 1544. 4.	Munſteri 1534. F.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	G.
H.	G.	G.	G.	H.	H.	G.
G.	H.	H.	H.	H.	H.	G.
G.	G.	G.	G.	H.	H.	G.
H.	G.	G.	G.	H.	H.	G.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	G.
G.	H.	H.	H.	H.	G.	חלך
G.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	G.
H.	G.	G.	G.	H.	H.	G.
G.	G.	G.	G.	H.	H.	G.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
G.	H.	H.	H.	H.	H	1488. הגבול ק
G.	H.	H.	G.	G.	G.	G.
G.	G.	G.	G.	H.	H.	G.
G.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	היו
G.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
ראישונה	H.	H.	G.	H.	H.	G.
G.	G.	G.	G.	G.	G.	G.
הוצה	יהצה	יהצה	יהצה	Bomberg. 1521.	Bomberg. 1521.	Bomberg. 1521.
את	Complut.	Compl.	Compl.	Compl.	G.	Compl.
G.	ואה מים	Compl.	Compl.	Compl.	G.	Compl.
G.	H.	H.	H.	H.	H.	H. ק G.
G.	H.	H.	H.	H.	H.	G.
G.	G.	G.	G.	H.	H.	G.

Joſuae

Joſuae	B. H. Gerſoni 1494. 8.	Hooghtii.	Munſteri 1536. 4.	Munſteri 1546 F.	Stephani 4.
Cap. III, 16.	מארם	באדם	H. ק׳ G.	G.	H.
IV, 6.	את אבותם	deeſt	G.	G.	G.
V, 1.	עברם	עברנו	H. App.) G.	G.	H.
VI, 7.	ויאמר	ויאמרו	G.	G.	H.
8.	לפני ארון יהוה	deeſt ארנן	G.	G.	H.
9.	תקעי	תקעו	H.	G.	H.
13.	הלוך	הולך	H. App.) G.	הלך	H.
VII, 9.	תעשה	תעשה	H.	H.	H.
IX, 7.	ויאמר איש	ויאמרו איש	H. ק׳) G.	G.	H.
7.	אכרת	אכרות	H.	G.	H.
X, 8.	בירך	בידך	G.	G.	H.
XII, 20.	deeſt שמרון	שמרון	H.	H.	H.
XV, 47.	והים הגדול והגבול	הגבול וגבול	H. הגדול ק׳	ut Munſt. 1534.	H.
53.	ינום	ינים	G.	G.	G.
63.	יכלו	ויכלו	G.	G.	H.
XIX, 27.	יפתחאל	יפתח־אל	H.	H.	H.
29.	והיה	ויהיו	H. ק׳) Munſt. 1.	Münſt. 1.	H.
XX, 8.	גולן	גלון	H.	H.	H.
XXI, 10.	הראשנה	ראישנה	G.	G.	H.
36. 37.	adſunt	deſunt	G.	G.	G.
36.	יַהְצָה		Bomberg. 1518. 4.	Bomberg. 1521.	Bomberg. 1518. 4.
37.	init. v. ואת		Compl.	Compl.	Compl.
37.	אתמפעת		Compl.	Compl.	Compl.
XXII, 7.	בעבר	מעבר	G.	H.	G.
XXIV, 3.	וארבת	וארב	H.	G.	H.
15.	בְעבר	בֵעבר	G.	G.	G.

Digitized by Google

Stephani 12.	Polygl. Commelin.	Polygl. Antwerp.	Plantini 1571. F.	Hutteri F.	Hartmanni 1595.	Genev. 1609. F.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
G.	G.	H.	H.	G.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	G.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	תקעו
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	G.	H.	H.	G.	G.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	G.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
G.	G.	G.	G.	G.	H.	G.
H.	H.	H.	H.	G.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	G.	H.	H.
G.	G.	G.	G.	G.	G.	G.
Praecedens.	Bomberg. 1518. 4.	Bomberg. 1518. 4.	Bomberg. 1518. 4.	Bomberg. 1521.	Bomberg. 1518. 4.	Bomb. 1518. 4.
Compl.	Compl.	Compl.	Compl.	Compl.	Compl.	Compl.
Compl.	Compl.	Compl.	Compl.	Compl.	Compl.	Compl.
G.	G.	H.	H.	H.	H.	H.
H.	H.	H.	H.	H.	H.	H.
G.	G.	H.	H.	G.	H.	H.

Joſuae

Digitized by Google

Joſuae	B. H. Gerſoni 1494. 8.	Hooghtii.	Genevenſ. 1618. F.	Genevenſ. 1618. 4.	Bragadin. 1617. F.
Cap. III, 16.	מארם	באדם	H.	H.	H.
IV, 6.	את אבותם	deeſt	H.	H.	H.
V, 1.	עברם	עברנו	H.	H.	H.
VI, 7.	ויאמר	ויאמרו	H.	H.	H.
8.	לפני ארון יהוה	deeſt ארון	H.	H.	H.
9.	תקעי	תקעו	H.	H.	H.
13.	הלוך	הולך	H.	H.	H.
VII, 9.	תעשה	תעשה	H.	H.	H.
IX, 7.	ויאמר איש	ויאמרו איש	H.	H.	H.
7.	אכרת	אכרות	H.	H.	H.
X, 8.	בירך	בירך	H.	H.	H.
XII, 20.	deeſt שמרון	שמרון	H.	H.	H.
XV, 47.	והים הגרול הגבול	הגבול וגבול	H.	H.	H.
53.	ינום	ינים	G.	G.	G.
63.	יכלו	יוכלו	H.	H.	H.
XIX, 27.	יפתחאל	יפתח־אל	H.	H.	H.
29.	והית	ויהיו	H.	H.	H.
XX, 8.	גולן	גלן	H.	H.	H.
XXI, 10.	ראשנה	ראישנה	H.	H.	H.
36. 37.	adſunt	deſunt	G.	G.	H.
3. cum verſione germanica. §. LVI.
4. cum verſione belgica. §. LVII.
5. cum verſione anglicana. §. LVIII.

CAPVT III. DE EDITIONIBVS POLYGLOTTIS.

I. Biblia polyglotta integra
- 1. conſummata
  - a) majora.
    - α. Complutenſia. §. II.
    - β. Antwerpienſia. §. III.
    - γ. Pariſienſia. §. IV.
    - δ. Alexandrina. §. V.
    - ε. Londinenſia. §. VI.
    - ζ. Lipſienſia. §. VII.
  - b) minora.
    - α. St. Andreana. §. VIII.
    - β. Wolderiana. §. IX.
- 2. inchoata.
  - a) Draconitis. §. X.
  - b) Hutteri. §. XI.

II. Biblicrum S. Partes.
- 1. Veteris Teſtamenti.
  - a) Pentateuchi.
    - α. integri. §. XII. XIII.
    - β. partium ejus.
      - א. Geneſis. §. XIV.
      - ב. Decalogus. §. XV.
  - b) Ex Megilloth.
    - α. Cantic. Cantic. §. XVI.
    - β. Ruth. §. XVII.
    - γ. Threni. §. XVIII.
  - c) E Proph. pr. Joſua. §. XIX.
  - d) E Proph. poſter.
    - α. Eſaias. §. XX.
    - β. Hoſeas. §. XXI.
    - γ. Joel. §. XXII.

II. 2.

Digitized by Google

II. ז. d) δ. Obadias. §. XXIII.

ε. Jonas. §. XXIV.

e) E Hagiographis.

α. Pſalterium.

א. Integrum.

1) octaplum. §. XXV.

2) tetraglotton. §. XXVI.

3) triglotton. §. XXVII.

ב. Pſalmi plures.

1) Hexaglotti. §. XXVIII.

2) Pentaglotti. §. XXIX.

3) Tetraglotti. §. XXX.

4) Triglotti. §. XXXI.

β. Chaldaica polyglotta. §. XXXII.

2. Novi Teſtamenti.

a) Editiones integri Voluminis.

α. Polyglottae. §. XXXIII.

β. Triglottae. §. XXXIV.

γ. Triglottae. §. XXXV.

δ. Triglottae. §. XXXVI.

b) Partes N. T.

α. Evangelia et Epiſt. Apoſt. §. XXXVII.

β. Evang. et Epiſt. Anniverſ. §. XXXVIII.

γ. Oratio Dom. polygl. § XXXIX.

δ. Collect. Dict. bibl. §. XL.

CAPVT IV. DE LIBRIS APOCRYPHIS.

I. Editiones graecae.

1. Totius collectionis.

a) ſeorſim editae. §. II.

b) Bibliis graecis inſertae. §. III.

c) Bibliis h. vel N. T. gr. annexae. §. IV.

2. Singulorum librorum.

I. 2. a) Sapientiae. §. V.
b) Tobiae. §. VI.
c) Siracidis. §. VII.
d) Orationis Manaſſ. §. VIII.
II. Editiones cum Verſione
1. latina.
a) Collectionis integrae.
α. ſeorſim editae. §. IX.
β. in Bibliis graeco-latinis. §. X.
γ. in Bibliis hebraeo-latin. §. XI.
b) Singulorum librorum.
α. Orationis Manaſſ. §. XII.
β. Sapientiae. §. XIII.
γ. Siracidis. §. XIV.
δ. Maccab. §. XV.
2. Cum verſione germanica. §. XVI.
III. Polyglottae. §. XVII.

PARS I.
CAPVT I.
DE
EDITIONIBVS VETERIS TESTAMENTI HEBRAICIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTIS I. CAPITIS I.
SECTIO I.
DE
EDITIONIBVS V. T. QVAE SOLVM SISTVNT TEXTVM HEBRAEVM.

§. I.

Dum oracula divina ea quidem, qua olim ipſe illorum Auctor uſus eſt lingua, Iſraelitarum cum manibus ſacra committeret ſcripta, aere expreſſa recenſemus: remiſſis ad hujus operis ſectiones ſequentes editionibus vel commentariis Doctorum Hebraeorum vel verſionibus veſtitis, de iis, quae ſolum nobis ſiſtunt textum hebraeum, omnium primo nobis agendum erit editionibus. Quae equidem editiones duplicis potiſſimum ſunt generis. In aliis textum legimus hebraeum punctis vocalibus animatum; in aliis ſolas conſpicimus Hebraeorum litteras punctis vocalibus deſtitutas. Quae ſunt prioris generis, primo, quae ſunt poſterioris generis, deinde recenſebimus, ea tamen lege, ut quantum fieri poterit, ordinem earum chronologicum obſervemus.

§. II.

Qui edendis V. T. libris rei ſacrae optime inſervire ſtuduerunt, vel ſunt eruditi e gente hebraea, qui patrium Summi Numinis cultum ſequuti, oracula patribus commiſſa in vulgus exire juſſerunt; vel Chriſtianorum ſacris ſunt addicti. Antiquiſſimas, easque rariſſimas, nonnullasque recentiores praeſtantiſſimas eruditis Judaeis debemus editiones Qui Romanorum ſacris addicti ſunt eruditi, ſeculo decimo ſexto varias ſacrorum librorum emiſerunt editiones;

tiones; ſed longe plures ſunt editiones, ab iis procuratae, qui Evangelicorum caſtra ſequuntur; qui, ut fontes ſanctiſſimae doctrinae et docentium et diſcentium traderentur manibus, omnem operam navarunt. Quodſi itaque virorum eruditorum, quorum opera Sacra Biblia hebraica prodiere, habenda eſſet ratio: duas Bibliorum conſtituere claſſes, quarum altera codices ab eruditis Judaeis, altera codices ab eruditis Chriſtianis evulgatos, recenſeat, non plane foret incongruum. Placuit ita Venerando Theologo Cl. J. G. *Walchio* [a]). Verum, ut mihi quidem videtur, iſta variis premitur difficultatibus methodus. Qui poſteriori tempore vixere editores, antiquiores editiones vel de novo prelo ſubmiſerunt, aut ſaltem in ſubſidium vocarunt, plures ſive a Judaeis ſive a Chriſtianis evulgatas inter ſeſe contulerunt, atque ut poſteriores emendatiores in publicum prodirent, omni adhibita cura atque ſolertia allaborarunt. Hinc ut antiquiores recentioribus praemittantur editiones, rei ipſius exigit natura. Pleriſque etiam editoribus Chriſtianorum ſacris addictis in ſubſidium fuere eruditi Judaei, quibus corrigendarum et emendandarum plagularum cura demandata fuit; adeo ut Judaeorum operae etiam, ſi editiones a Chriſtianis emiſſas ſpectes, permultum debeamus. Ut itaque internus variarum editionum nexus, vel ut ita dicam, editionum genealogia facilius dijudicari poſſit, ordine chronologico, ea tamen lege, ut Biblia, quae textum habent punctatum, iis, quae nuda apellari ſolent, praemittamus, et quae ejusdem ſunt typographiae, conjungamus, varias ſacri codicis editiones recenſebimus.

§. III.

Bibliorum ſacrorum editiones ſingulae non ſunt ejusdem pretii et aeſtimationis. „Minus accurata, (ſunt verba *Le Longi*) ſunt biblia hebraica, „quae a Chriſtianis parata ſunt, quam quae a Judaeis: ſed Chriſtianis cedunt „Judaei in typorum elegantia. *Rich. Simon* de Diſquiſ. bibl. c. 8. p. 54. *Idem* „p. 512. *Hiſtoriae criticae Vet. Teſtamenti jam ſcripſerat:* pluris aeſtimanda eſſe „Biblia Hebraica, quae Judaei. quam quae Chriſtiani mandarunt typis: tot „enim ſunt tam in punctis vocalibus, quam in accentibus obſervanda ut vix „Chriſtianis liceat his in rebus ad ſummum apicem pervenire. *Et Joſephus* „*Scaliger* p. 49. *libri*, Scaligerana, *de libris Hebraicis loquens, haec ait:* De„bent corrigi a Judaeis, alioquin ſemper erunt menda. *Ideo referuntur plu*„*rimi in hac ſectione codices Bibliorum ſeorſim excuſi cum Commentariis Rab*„*binorum*, quippe qui a Judaeis typis exſcripti ſunt „ [b])

[Nos vero editionibus librorum ſacrorum cum Rabbinorum commentariis, ſecundam adſignavimus operis ſectionem: et quemadmodum hic ab auctore recedimus, ſic et in judicio de editionibus a Judaeis paratis lato, ipſi omni ex parte adſenſum praebere haud poſſumus. Dari omnino editiones a Judaeis procuratas ſatis correctas, lubentes concedimus. Verum ſunt et plures inprimis in uſum ſcholarum judaicarum Pentateuchi editiones, quae nullius omnino ſunt pretii. Quae de hujusmodi editionibus ſcripſit Cl. O. G. *Tychſenius*

a) Bibliotheca Exegetica p. 4.
b) *Le Long* Bibl. ſacr. Tom. I. p. 62. Col. I. E.

ſenius [c]), qui, quod rem Judaeorum litterariam attinet, graviſſimus omnino eſt teſtis, legi utique merentur. Jungatur hiſce monitum D. *Joh. Gottl. Carpzovii:* „Quanquam legendis hebraicis magis adſueti ſint Judaei, et procli„vius forte, quam Chriſtiani, ſphalmata in punctis vel accentibus commiſſa „deprehendant: parem tamen ubique induſtriam non adhibuerunt. —— Quin „quo magis in ſtudio grammatico et critico Chriſtiani hodie ſuperant Ju„daeos, eo exactius, quae ad punctorum rationem attinent, obſervant et cal„lent, unde Jablonskiana et Opitiana Biblia, Amſtelodamenſibus *Athiae* ante„ponere, nullus dubitaverim.„ [d]) Sed haec ſufficiant. Nos qui ſingulas Bibliorum Hebraicorum recenſebimus; quid de unaquaque judicent Eruditi editione, ſincere annotabimus.

§. IV.

B. H. Soncini 1488. F.

B. H. Soncini 1488. f.

* Biblia hebraica cum punctis. In folio. *Ad calcem Pentateuchi leguntur haec verba:* Et Abſolutum eſt opus miniſterii ſanctitatis, *hoc eſt* Viginti quatuor *libri ſacri*, ſapiens ad docendum Legem in Iſrael, excellens et illuſtris Joſua Selomo, (videat ſemen, producat dies vitae, amen) filius illuſtris ſapientiſſimi Iſrael Nathan, feria tertia, XI. menſis Jiar anno במח (*lege* רמח) i. e. 248 juxta minorem ſupputationem (qui eſt Chriſti 1488.) manu minimi in familia ſua fidelis Chalcographi, Abraham F. illuſtris Rabbi Hhaiim felicis memoriae, ex piis viris, *hoc eſt Judaeis*, terrae Piſauri, *qui* Bononiae *reſident*. Impreſſum opus Soncini.

Extant Romae in Bibliotheca Barberina et Sanctae Pudentianae, Florentiae in Bibl. S. Laurentii [e]).

[Quae ad Pentateuchi calcem annotata ſunt, non omni ex parte accurate latine ſunt expreſſa. Leguntur enim ibi ſequentia: היום יום שלישי באחד — עשר לחדש אייר שנת רמ׳ח לפרט קטן על יד הצעיר ממשפחתו האומן המחוקק אברהם יז׳׳א בכ׳מר חיים ז׳ל מן הצבועים מארץ פיסרו הדר בבולוניה נחקק בשונצינו. Ex quo liquet, opus abſolutum eſſe feria tertia, die undecimo menſis Ijar, manu artificis typographi *Abrahami ben Chajim* ex fullonibus ſeu tinctoribus Piſaurenſibus, Bononiae habitantis, qui vero Soncinum abiit, ibique opus ſacrum exſcripſit. Prima omnium eſt Bibliorum hebraicorum integrorum editio. Singulae codicis ſacri partes jam antea ab anno 1482 in vulgus exierant. Primus vero qui integrum Volumen exſcripſerit, eſt ille *Abrahamus*, Piſaurenſis, qui vero locum mutavit, et Bononiae et Soncini operam exercuit typographicam. Volumen conſtat foliis 373. et textum ſacrum diviſis columnis cum punctis et accentibus exſcriptum exhibet. Folio 101. incipit liber Joſuae, fol. 177. Prophetae poſteriores et fol. 265 Hagiographa. Singuli libri majuſculis, ligneis ornatisque dictionibus et litteris inchoantur. Adſervatur editionis hujus rariſſimae exemplar Londini in Bibliotheca *Sanfordi*, nec non in Bibliotheca Marchionis Durlacenſis: quibus duo accedunt exemplaria, alterum Viennae in Bibliotheca civica Vindobonenſi; et alterum Florentiae in Bibliotheca

A 3

c) Beſreyetes Tentamen p. 77.

d) Critica ſacra Part. I. c. IX. p. 416.

e) p. 62. Col. 2. B.

Digitized by Google

B. H. Soncini 1488. f. theca D. Marci; et denique tertium, at non integrum, ſed tantummodo Prophetas priores et poſteriores continens, in Bibliotheca Cl. *J. B. de Roſſi*. Soncini opus ipſum impreſſum eſt, quorſum *Abrahamus* a *Joſua Schelomo Ben Iſrael Nathan*, qui editionis curam geſſit, evocatus eſſe videtur. Nata exinde videtur eſſe ſat celebris typographorum Judaicorum familia, quae lingua, quae ipſis eſt patria, במשפחת שונצינו, vulgo *Soncinates* appellatur: Natione fuere germani, et quidem e familia *R. Moſis* Spirenſis, qui in Italia primo artem exercuerunt typographicam; ex quorum numero deinde *R. Gerſon* Conſtantinopolin abiit, ibique typographicam exſtruxit officinam f). Editiones vero in officinis Soncinatum exſcriptas ſibi invicem exacte reſpondere, non ſine fundamento e communi illarum origine colligimus. In hac omnium prima uti et in ſecunda anni 1494. nulla τȣ Keri nota, nullum Maſorae indicium deprehenditur. Solus exſcriptus eſt textus hebraicus, qui ſi Cl. *Kennicottio*, et qui cum illo ſentiunt, Eruditis Viris, fidem habemus, ex antiquiſſimis, iisque optimis MStis Codicibus eſt expreſſus; ſiquidem ſecundum illorum ſententiam, circa annum 1520 demum coeptum eſt, in edendis libris ſacris MSta recentiora ut et Maſoram in ſubſidium vocare g). Verum quibus hoc ſuppoſitum ſtabiliri poſſit fundamentis, nullus omnino video. Quae hujus editionis hiſtoriam concernunt, quibus uſi ſint editores ſubſidiis, qua cura et ſolertia e MSto Codice textum expreſſerint, ſunt, quae nos omnino fugiunt. Vix editoris et typographi nomen ad noſtra pervenit tempora. Utrum vero editores inſtituto MStorum delectu, et antiquiſſimum et optimum elegerint; an vero, quod ſe manibus primum obtulit, typis exſcribi curarint, e ratione iſtius temporis artisque criticees conditione dijudicandum erit. Acquiparandae ſunt hae editiones antiquiſſimae MStis Codicibus, quod lubentes concedimus; ſed lectiones iſtarum eſſe meliores aliisque recentiorum editionum praeferendas definire haud audemus. Continet haec editio, judice Cl. *Kennicottio*, „aliquot millia variationum, quorum nonnulla magni „ſunt momenti; quo argumento extra dubium refutatur opinio iſta, quae usque ad „duos adhinc annos, apud eruditos obtinuerat, Biblia hebr. impreſſa omnia aut prorſus aut quam maxime ſibi invicem conſentire.„ In duodecim mille verbis Hooghtianam editionem ab hac antiquiſſima diſcedere, adſerit idem vir doctus et cum eo Cl. *Schultzius*. Verum opinionem iſtam usque ad aliquot annos inter eruditos obtinuiſſe, Biblia hebraica ſibi invicem aut prorſus aut quam maxime conſentire, vix ſibi perſuaderi patiuntur, qui Varietatum Collectiones Bibliis Hebraicis Munſterianis 1536. 4. Bibliis Clodio-Majanis, et Bibliis Hebraicis Halenſibus adjunctas perluſtrarunt. Soncinatum editiones ab hodiernis plerumque in eo differunt, ut Keri in textu exprimant, cum recentiores illud ad marginem rejiciant. Verum editio Bibliorum hebraicorum antiquior, quae ſine die et conſule prodiit, (v. §. VIII.) cum hodiernis editionibus plerumque conſentit. Nec lectiones hujus Codicis anni 1488 plane huc usque

f) Conf. *J. C. Wolffii* Biblioth. hebr. Vol. 1. p. 1029. Vol. 2. p. 942. Vol. 3. p. 1013. *Bartoloccius* biblioth hebr. Tom. I. p. 432. *Chevillerius* de l'origine de l'imprimerie. Part. 3. c. 3. p. 264. M. *Maittaire* annal. typogr. Tom. 2. Part. 1. p. 139. Tom. 4. Part. 2. p. 492. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 4. *J. B. de Roſſi* Diſq. de hebraicae typographiae origine ac primitiis. Parmae 1776. 4.

g) Conf. *J. C. F. Schultzius von Vergleichung der Handſchriften der Hebr. Bibel*, *in* Cl. *Walchii* neueſter Religions-Geſchichte Vol. 1. p. 366. *Neue theologiſche Berichte.* Gedani. Vol. 1. p 498. *D. J. F. Hirtii oriental. und exeget. Bibl.* Vol. 2. p. 268.

uſque fuere ignotae; nam omnes fere illas in Bibliis Hebraeo-latinis Munſterianis anni 1534 et 1546. deprehendimus. Permultis praeterea hanc editionem ſcatere vitiis typographicis, ita ut voces integrae ſint omiſſae, et Pſalmo LXXXIX comma 16 e Pſalmo LXXVI. inſertum legatur, e Commentariis Norzianis abunde demonſtravit Cl. *Tychſenius* [h]). Quae ſi inter ſeſe, quae ab utraque parte diſputata ſunt, conferuntur, mediam quam tutiſſime eligimus ſententiam, et Antiquiſſimarum editionum lectiones ſingulares nec plane rejicimus, nec omnibus aliis praeferendas eſſe judicamus. Obtigit ſacris litteris hebraicis idem, quod in primis typographiae annis graecis latinisque litteris obtigit: habent editiones priores, quae ſeſe a raritate commendant, ſuas praerogativas et ſuos naevos [i]).

B. H Soncini 1488: f.

§. V.

B. H. Brixiae 1494. 8.

B H Brixi- 1494. 8.

* Biblia Hebraea, in 8. Brixiae: Gerſonis F. Moſis Soncinatis ברך i. e. 254.ae min. ſupput. (Chriſti 1494.)

R. Sabtai p. 84. Biblioth. Rabb. col. 2. hanc ſub forma quarta recenſet, cum ſit tantum forma octava majori [k]).

[Pro more ſeculi codex titulo caret. Ad calcem vero voluminis ſequentia leguntur:

נאם האיש בנו משה בשם גרשם מתוך סופרים
מחוקק עם דפוס מהיר שמי זכרו בכל דורים
הבינותי שאון גלות וחזיתי המון צירים
וראיתי אשר תורה שכחות ואין קורים
הכי כסף מאד אזל והכים רק בבית מורים
ואין

h) *Befreyetes Tentamen* p. 134.

i) Conf. *Wolfius* l. c. Vol. 2. p. 364. Vol. 4. p. 108. *De Roſſi* l. c. p. 32. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 4. *Dav. Clement* Biblioth. hiſtor. crit. et curieuſe, Vol 4. p. 27. *M. L. Widekind Verzeichnis rarer Bücher* p. 259. *Hirtius* l. c. Vol. 3. p. 303. *Maittaire* Annal. (1719) p. 204. *Baueri* Biblioth univerſ libr. rar. Vol. 1. p. 96. Duae praeterea recenſentur Bibliorum hebraicorum editiones, quas ſilentio praeterire nobis haud licet. Alteram recenſet *Le Long* p. 62. Col. 2. C. „ Biblia hebraica in 8. Venetiis per Gerſchom „ anno 226. juxta minorem ſupputationem „ Judaeorum (quae coincidit cum anno „ Chriſti 1466) Haec editio notata ab Ot- „ tio in commentariis ſuis MSS. „ Fallitur vero *Ottius*, et qui illum ſequutus eſt Auctor. Error latet in numero anni; ſiquidem 1494. legendum fuiſſet, quo anno *Gerſom* Brixiae codicem ſacrum praelo iterum ſubmiſit. Nec ea aetate typographia Judaica in Italia exſtructa fuit; antiquiſſimus enim libellus typis exſcriptus eſt R. *Levi b. Gerſon* Commentarius in Jobum 1477. 8. nec *Gerſom* Venetiis artem ſuam exercuit. Conf. *Wolfius* Vol. 4. p. 108. *De-Roſſi* l. c. p. 74. Altera eſt editio Bononienſis, quae, ut ajunt, Romae in Bibliotheca Barberina adſervatur, et nomen urbis Bononienſis adſcriptum habet. Sunt qui inde, dari editionem Bononienſem anni 1488. ab illa, quam hic recenſemus, diverſam, concludere voluerunt. Verum nomen *Bononiae*, quod et in noſtra editione legitur, non locum ubi Biblia ſunt impreſſa, ſed locum domicilii *Abrahami* indicat. Unica tantummodo huius anni exſtat editio, uti Cl. *De Roſſi* abunde demonſtravit. Nec obſtat in Catalogo Biblioth. Barber. editorem *Abrahamum Jarziam* Piſaurenſem nominari: nam nomen *Jarzia* e compendioſa ſcribendi formula: יזרייא: *videat ſemen, producat dies vitae, amen*, natum eſſe omni jure judicat *Wolfius*.

k) *Le Long* p. 62. Col. 2. E.

B. H. Brixiae 1494. 8.

ואין קונה אבל עונה הלא גלות בכל ערים
ואין אדוד בנטל חול מגלותי והספרים
קטון כמות ורב איכות חקקתיו הן גאון עשרים
וארבעה ספרים ל נבאי אל כבוד שרים
סנוקד אף מדויק הוא מאור תבל והגברים

והגברים ראיתי בני עליה, בסערת הזמן פקו פליליה,
יושת בעיר שמה ושאיה, הות על הוה שכולה ועניה,
גולת אריאל לפנים עגלה שלישיה, ועתה נפשו לא חיה,
תופש התורה ולומדה, מטה ידו וכברה, שם לו לחרדה,
כי תם הכסף אזל ספליו ומאומה אין בידו לקנות ספרים
ולהגות בם זה שברו ואידו, ועל אלה הנו יושב ובטל,
ונוסף על זה עת הגבר גולה ומטלטל, יכבד עליו מעיר אל עיר
היות נטל, כובד משא ונטל הספרים, ממלכות למלכות
אל אחר הערים: לכן אני גרשם בן הח֗ר משה זצ֗ל
אשר שם כנויי בל֗א מענצלן איש שונצינו אזרתי כגבר
מתני ובינותי על אשר לפני, עת לעשות ליי ולדברו אורח
עיני, ואבא היום ואחקוק ספר העשרים וארבע בכמות
קטן למען יהיה אצל כל אנוש לילה ויום להגות בו
ולא ילך ארבע אמות בלא תורה והיה אצלו וקרא
בו בשכבו וקומו, לילו ויומו, כאשר ישא התפלין, בלערו
בל ילין, ישאנהו יבוננהו, יהגה בו ויכברהו, ואל על
יקראהו, ישחר אליו וישמעהו, בצרה יקרא ויענהו,
כי על מי לא יהל אורהו, ותשלם כל המלאכה
פר וימלא כבוד ה֗ את כל הארץ שנת לפלא נו֗ר פה
בריש֗ אשר תחת ממשל השררה מווינזיית יר֗ה
ועת֗ יגדל נא כח ה֗ ויזכנו עשות ספרים הרבה אין קץ
בתורת אלהינו וישמחנו בביאת גואל, עם נחמת ציון
בבנין אריאל, עם כל ישראל, וכ֗יר אמן

Tinnientes Rhythmi, quibus editor epilogum orditur, non aliam quam auribus latinis moleſtam admittunt verſionem: tenorem eorum itaque indicaſſe ſufficiat. Se ipſum ſtatim in limine appellat ſcribam סופר et Typothetam, qui completam et bene inſtructam habeat typographiam. Deinde conqueritur de triſtibus fratrum in exilio viventium fatis, qui maxima facultatum penuria a coemtione librorum grandium prohibentur. Reſpicit hic utique ad Biblia hebraica in forma majori 1488 expreſſa, et exinde propoſitum derivat, Biblia in minori forma, correcta et punctata edendi,

edendi, ſiquidem compertum habeat, priores editores hiſce temporibus calamitoſis non debito ſtudio et cura priorem procuraſſe editionem. Quibus multo ſermone expoſitis denique addit: *Propterea ego* Gerſchon *filius* Moſis, *cui eſt nomen patronymicum germanice* Menzeln, *avus e Soncinatibus, me corroboravi ſicut heros, meumque intellectum eo adhibui, ut laborarem Deo, et verbo ejus, quod eſt lux oculorum meorum. Et veniam hodie, et exſeribam Librum* Viginti quatuor, *in hac minori forma, ut quilibet eum ſecum habere queat, die nocteque de eo meditari poſſit, neque quatuor eat cubitus ſine lege, ſit apud ipſum quando cubitum it et ſurgit, noctu dieque, ſicuti portat Tephilin, — Conſummatum eſt integrum opus anno:* Et impleta eſt omnis terra gloria Jehovae (Num. XIV, 21.) *quod mihi conceſſerit* נרך Votum (254) ſupra quam credibile eſt exſolvere. (Num. XV, 3.) *Breiſch*, (Brixiae) *ſub dominio Urbis Principis* Venetarum, *cujus gloriam Deus confirmet et adaugeat.* etc. Provocat editor *Gerſon ben Moſes Menzeln*, qui typographicae officinae *Arimini*, *Brixiae* et tandem *Conſtantinopoli* praefuit [l]), ad Biblia majora anni 1488, quae hac minori forma recudi curavit: unde utramque editionem quoad lectionum varietates ſibi invicem accurate reſpondere, fortaſſe conjiciendum eſt. Adſervatur exemplar hujus editionis, quo olim in adornanda verſione germanica uſus eſt B. *Lutherus* in Bibliotheca Regia Berolinenſi. Rariſſimus eſt codex, qui et in Bibliotheca *Harenbergii* fuit, uti ex ejus in Danielem commentario videre eſt. Quinque abſolvitur partibus, ſicuti Judaeis ſacra Biblia in partes diſſecare moris eſt. Pentateuchus primam conſtituit partem. Primum ejus verbum non typis ſed calamo eſt exſcriptum, et colore rubro ornatum; ſimili modo cujusvis Paraſchae verbum initiale calamo pictum eſt. Libri ipſi non conſuetis nominibus diſtinguuntur, ſed uti idem in Bibliorum editionibus *Bombergi*, *Münſteri*, *Stephani*, et *Janſonii* factum eſt, nomen cujusvis Paraſchae in ſuperiori paginae parte eſt expreſſum, ipſae vero Paraſchae more conſueto diſtinctae ſunt. Ad calcem Libri I. II. et III. Moſis expreſſum eſt חזק. ad calcem vero quarti: סך פסוקי דספרא ארפח et infra: חזק ונתחזק. quae poſteriora duo verba ad calcem Deuteronomii repetuntur. Sequuntur ſecundo Libri Feſtivales quinque, quorum primum cujusvis verbum pictum et colore rubro ornatum eſt. Ad calcem Threnorum ſequentia leguntur: השיבנו יהוה אליך ונשוב חדש ימינו בקדם. Tertia pars continet Prophetas priores. Verba initialia iterum non typis ſunt expreſſa, ſed calamo picta, uti et in reliquis libris factum eſt. In quarta parte ſiſtuntur Prophetae poſteriores. Nullae vero in prophetarum ſcriptis diſtinguuntur Haphtharae. Ultima pars exhibet Hagiographa. Pſalmi diviſis columnis ſunt inſcripti: quorum numerus per litteras hebraicas deſignatur. Sed Pſ. XC. et XCI. una eademque littera eſt diſtinctus, quo facto ultimo numerus קמט (149) eſt adſcriptus. Ad calcem libri Danielis ſequentia notata ſunt: סכום פסוקים של ספר דניאל שלש מאת וחמשים ושבעה וסדרים שבעה וחציו הרגשו ושבחו. Liber Eſdrae et Nehemiae ſub uno veniunt nomine. Reliqua hujus editionis ſingularia quod attinet, ſequentia annotabimus. 1) Nullum in margine notatum eſt Keri, ſed illud in ipſo contextu plerumque eſt expreſſum: verum non deſunt loca, in quibus *ro* Kethibh exſcriptum eſt. 2) Nullae cernuntur litterae majores vel minores, vel inverſae, in quibus magna Judaei alias quaerunt myſte-

B. H Brixiae 1494. 8.

l) Conf. *Wolfius* biblioth. hebr. Vol. 1. p. 285. 1030. Vol. 2. p. 942.

Digitized by Google

B. H. Brixiae 1494. 8. myſteria. Ad 3) Num. X, 35. *Nun* inverſum, ut in hodiernis Bibliis, obſervatur. 4) In locis, ubi Biblia hebraica poſteriori tempore edita ſola habent puncta vocalia, litteris ad marginem notatis, hic litterae cum punctis debito loco poſitae ſunt. 5) Geneſ. XXXIII, 4. puncta voci וישקהו impoſita ſunt; verum Num. III, 39. Deut. XXIX, 18. 2 Sam. XIX, 20. puncta deſiderantur ſuperne alias impoſita. 6) Eſai. IX, 6. *Mem* clauſum eſt expreſſum. 7) Joſu. XXI, 36. 37. inſerti leguntur duo verſiculi, quibus plures carent Bibliorum editiones m). 8) Nomina divina pro more Judaeorum ſuperſtitioſe ſcribuntur יהוד et אלרים. 9) Typi ſunt minores et lectu difficiles; *Daleth* et *Reſch* adeo ſunt ſibi ſimiles, ut vix diſcerni poſſint; puncta vocalia ſaepius ſuis in locis deſiderantur, alia vero tam ſunt ſubtilia, ut fere lectorum oculos fugiant. Satis accurata eſt et correcta editio judice *Opitio* n). Verum qui in hanc editionem nuper ſummo ſtudio et indefeſſo labore inquiſivit Cl. *B. W. D. Schultzius* permultas quidem annotavit lectionum varietates, in quibus hodierna ab hoc codice recedunt Biblia, verum et permultis eum ſcatere vitiis haud diffitetur o). Tria adhuc addenda ſunt: 1) In iis, quae jamjam adduximus, manifeſta latere indicia, Gerſonem codicem Maſorethicum ante oculos habuiſſe, ſed ipſi conſultius viſum eſſe, codicem non ad leges Maſoretharum exſcribere: 2) editionem Piſaurenſem, quam §. ſequenti delineabimus, omnino diverſam eſſe editionem, quamvis in plurimis cum hac apprime conſentiat: 3) inter omnes, quotquot conſulere potuimus Bibliorum Hebraicorum editiones,

m) Conf. Specimen collationis Bibliorum hebraicorum praefationi adjectum, ad locum Joſuae. In verſione vulgata iſta quidem commata leguntur, verum non ex hebraeo, ſed e graeco textu ſeptuaginta Interpretum latine verſa, et comma 38 commati 36. praemittitur. Unde commata duo ab antiquiſſimis codicibus jam abfuiſſe liquet. Conf. *Abicbrii* Diff. de reſtituendis duobus verſibus Joſ. XXI. in quibusdam codicibus hebraicis omiſſis. Lipſ. 1714. 4. *Joh. Clerici* ars critic. Vol. 2. p. 55. *Franc. Wokenii* Diſſ. de locis in Libris hiſtoricis a *Joh. Clerico* ſollicitatis. Witteb. 1731. 4. *J. G. Carpzovii* critica ſacra p. 387. *Sal. Glaſſii* philol. ſacr. p. 85. *Joh. Heinr. Hottingeri* theſaur. philolog. p. 179. *Joh. Leusdeni* philolog. hebr. p. 53. *Joh. Buxtorfii* anticritica p. 791. 802. *O. G. Tychſenii befreyetes Tentamen* p. 105.

n) Praefat. in Bibl. hebr. p. 2. „Primum „hic ergo locum ſuo quodam jure ſibi vin„dicat rariſſimus ille codex, qui Breſciae „An. 1494. in forma 12ma excuſus proſtat. — „Facta mihi illius copia — deprehendi, eſſe „eum ſic ſatis accuratum, ejusque ſecutas „eſſe lectionem editiones fere omnes, quot„quot Bombergianam illam a R Chajim cor„rectam praeceſſerunt.„

o) Duo ſunt hujus V. C. ſcripta, quae hic in cenſum veniunt, et ſibi invicem reſpondent. 1) Diſſertatio apologetica, num puncta vocalia τῷ Kethibh ſubjecta ad Keri ſint referenda. In Biblioth. Haganae Claſſ. I. faſc. 1. ubi §. 17. p. 176. ſic de hac editione loquitur: „Nunquam infitiabor, Gerſonianae editioni multa ineſſe menda; mox „literas ita pictas, ut illae ab aliis vix poſ„ſint diſcerni; mox puncta vocalia neglecta; „noſtrasque editiones, ſi externae tantum „formae ratio habeatur, magnum habere „praerogativam.„ 2) *Vollſtändigere Kritik über die gewöhnlichen Ausgaben der Hebräiſchen Bibel, nebſt einer nähern zuverläßigen Nachricht von der hebräiſchen Bibel, welche der ſel. D. Luther bey ſeiner Ueberſetzung gebrauchet.* Berolini 1766. 8. Varias hujus Codicis cum MStis in Bibliotheca Regia Berolinenſi collati lectiones ad certas reducit Editor claſſes. Permultae ſunt variae lectiones verae, permulta vero errata, quae accurate recenſentur; quorum ex ingenti numero perpauca hic notabimus excerpta, eum in finem ut eo facilius dijudicari poſſit, in quantum editiones aliae ab hac recedant. Pſal IX, 1. et XLVIII, 15. nullum eſt Makkeph in voce עלמות. Joſ. VI, 8. לפני ארון יהוה. Joſ. IV, 6. אבותם. Joſ. XV, 53. ינום. Eſth. XI, 1. אחשורש. Nehem. XII, 46. ראשי. Plures hujus codicis lectiones ſingulares in Diſſertatione praeliminari propoſuimus.

Digitized by Google

tiones, *Münſteri* editionem hebraeo-latinam quam maxime huic editioni reſpondere. Plura de hoc codice dabunt ſcriptores infra citati p).

§. VI.

B. H. Piſauri. 1494. 8.

* Biblia Hebraica, in 8. Piſauri excuſa typo minuſculo eleganti, cum punctis. Hujusmodi exemplar, quod fuit Conradi Pellicani, extat nunc in Bibliotheca Carolina Tiguri q). B. H. Piſauri 1494. 8.

[Quae de Bibliis Piſaurenſibus refert *Le Long*, emendatione aliqua omnino indigent. Tres tantummodo ſunt, quamvis ſex recenſere videatur Auctor, quae a Judaeis Piſauri uno eodemque anno in vulgus emiſſae dicuntur. De editionibus in forma maxima et quarta, quae ſine punctis ſunt, infra dicendum erit. Hoc loco de Bibliis Piſaurenſibus in forma octava, quaedam obſervanda ſunt. Loquitur de hac editione rariſſima pauciſſimisque viſa *Joh. Henr. Hottingerus* r), ſed ita, ut emendanda nobis reliquerit. „Prima obſervatur prodiiſſe editio an. Chr. 1491. in folio, „quarto et octauo, quae emendatiſſima eſt, ſed raro noſtris viſa. Buxtorfius monet „exemplar in 8. ejusmodi apud Judaeos ſemel tantum ſe vidiſſe. Proxime ſucceſſit „editio Piſaurenſis ann. Chr. 1494. 8. quam nuper demum inſpicere mihi contigit. „Aſſervatur enim in Bibliotheca noſtra Carolina, qua jam an. Chr. 1500 uſus erat lit„terarum hebraicarum in Helvetia feliciſſimus reſtaurator Conradus Pellicanus, Theo„logus Baſileenſis, poſtea Tigurinus, de qua ipſe in vita ſua: Eodem anno (1500) „providentia Dei contigit Bibliopolam Tubingenſem attuliſſe Biblia Hebraica integra, „minima forma impreſſa Piſauri in Italia, quae nemo curabat. Ego audiens, rogavi „virum, ſineret me opus aliquot diebus inſpicere; dedit, dicens, floreno cum dimi„dio poſſe emi. Audiens tam parvo aere comparari poſſe, exultavi. etc.„ Fallitur omnino *Hottingerus*, et qui illum ſequutus eſt, *M. L. Widekind* s), dum tres Bibliorum hebraicorum editiones ad annum 1491. remittit, quo anno ne unica quidem in lucem exiit. Hinc ſine jure prioribus addit editionem Piſaurenſem in 8. anni 1494. quippe quae certe eadem eſt, quam ſupra emendatiſſimam anni 1491. nominarat. *Buxtorfius* certe, ille librorum hebraicorum felix venator, teſtis hujus rei omnino eſt locuples: „Biblia Hebraea nuda in fol. et in quarto impreſſa anno 1494. correctiſſime. „Ibidem quoque in 8. excuſa typo minuſculo eleganti, cum punctis, quale exemplar „ſemel tantum apud Judaeos vidi t).„ Unicum tantummodo, quantum nobis ſcire licet, ſupereſt hujus editionis exemplar, quod Tiguri in Bibliotheca Carolina adhuc adſervatur. Pro more librorum ſeculo decimo quinto excuſorum nullus adeſt titulus; nec in fronte, nec ad calcem Pentateuchi aut totius operis ulla exſtat aut temporis aut

 loci,

p) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 365. Vol. 4. p. 109. *De Roſſi* l. c. p. 50. *Berliniſche Biblioth.* Vol. 1. p. 152. *G. C. Gieſe Nachricht von der Bibelüberſetzung Luthers* Part. I. p. 96. *Theologiſche Berichte* Gedani Vol. 5. p. 16. *Erneſti theolog. Biblioth.* Vol. 6. p. 112. *J. G. Palm* de codicibus quibus uſus eſt Lutherus, cap. 1. §. 2. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 5. *Joh. Vogtii* catal. libr. rar. p. 90. *D. Clement* Biblioth. hiſt. crit. Tom. 4. p. 26. *Widekind Verzeichnis* p. 530. *Maittaire* annal. (1719.) p. 323.

q) p. 62. Col. 2. E.

r) Bibliothecarius quadripartitus. Tiguri 1564. 4. p. 125.

s) *Berliniſche* Bibliothek Vol. 1. p. 154.

t) Biblioth. Rabbin. ap. Abbrev. hebr. Baſil. 1640. 8. p. 301.

Digitized by Google

B. H. Piſauri 1494. 8.

loci, aut impreſſoris nota: ſed editio eſt ſine die et conſule. Adſcripſit vero *Pellicanus* ad calcem libri: *Conradi Pellicani dono Jodoci Galli Rubeaquin. Avunculi.* 1500. *Impreſſa ſub dominio Venetorum, urbe Piſauri, Anno Domini* 1494. *primo compacta* 1500. *Tubingae.* Proxime accedit Exemplar Tigurinum ad Codicem Brixienſem, eique omni ex parte eſt ſimillimum. Paraſchae in Pentateucho litteris conſuetis diſtinguuntur; nomen vero Paraſchae in ſuperiori paginae parte eſt expreſſum. Primum cujusvis Libri Moſaici verbum non typis eſt exſcriptum, ſed ſpatio vacuo illud inſcribendum calamo poſſeſſoris reliquit editor. Reliquis vero libris biblicis prima dictio typis majuſculis expreſſa praemiſſa eſt. Ad calcem libri Numerorum et Danielis eadem leguntur ac in codice Gerſoniano. Reliqua, quae ibidem annotavimus, ſunt ſibi ſimillima. Pſalmi diviſis columnis ſunt inſcripti, et ultimus quoque קמט. 149. numeratur. Nomina divina itidem ſuperſtitioſe ſcripta ſunt. Quae omnia ſuſpicionem alunt graviſſimam, Codicem Tigurinum eundem eſſe Brixienſem, cum quo tam accurate conſentit; adeoque editionem Piſaurenſem eſſe ſuppoſititiam. Et in hanc ſententiam nuper abiit Cl. *J. B. de Roſſi*, qui editiones tres Piſaurenſes ab aliis recenſitas ſuppoſitiis annumerat w). Fateor, me olim eandem aluiſſe ſuſpicionem; characteres itaque certos et indubios editionis Gerſonianae ſeu Brixienſis codicis cum Cl. *Heſſo* V. D. M. apud Tigurinos communicavi, qui illas adjuvante Cl. *J. J. Breitingero*, qui jam ad ſuperos abiit, cum codice Tigurino accurate contulit. Maximus certe eſt inter utrosque codices conſenſus; nihilo tamen ſecius manifeſta exſtant criteria, quae diverſam editionem ſatis produnt. 1). In codice Berolinenſi ſeu Brixienſi primum ſingulorum librorum verbum calamo eſt exaratum: in codice Tigurino ſeu Piſaurenſi, in Pentateucho obſervatur ſpatium vacuum; reliquorum vero librorum primum verbum typis majuſculis eſt expreſſum. 2) In Brixienſi Pſalmus XC. numeratur per צ. et Pſ. XCI. idem habet ſignum, nimirum צ: in Tigurino Pſ. XC. habet צ et Pſ. XCI. צא. 3) In Brixienſi Eſ. IX, 6. in למרבה *Mem clauſum* conſpicitur; at in Tigurino *Mem ordinarium ſeu opertum* eſt expreſſum. 4) Ad calcem Danielis in codice Berolinenſi legitur וישבחו. in Tigurino וישמחו. quod utrumque vitium Typographicum involvere videtur. Quae cum ita ſint, in partes Cl. *de Roſſi* ut abeam, a me impetrare haud poſſum. Magni quidem eſt nominis ſcriptor, qui ſatis accurate antiquiſſimas Bibliorum hebraicorum editiones delineauit. Sed criteria iſta ſtudioſe ſunt examinata; hinc Exemplar Tigurinum a codice Brixienſi diverſum eſſe omnino ſtatuendum judico, quamvis Tigurinum exemplar ad Brixienſe eſſe formatum et exſcriptum lubens concedam x).

§. VII.

B. H. Piſauri 1517. fol.

B. H. Piſauri 1517. fol.

* **Biblia Hebraea binis diviſa columnis, in Folio. Ad calcem leguntur haec verba, charactere exiliori Rabbinico: Omnis conſummationis vidi finem. Laus**

w) De hebr. typogr. orig. p. 80.

x) Conf. Wolfius Vol. 2. p. 364. Vol. 4. p. 109. *Joh. Georg. Schelhornii* amoenitt. litterar. Vol. 2. p. 419. *Walchii* Biblioth. exeget p. 13. *Melch. Adami* vit. theolog. german. p 269. *Tychſenii Bützowiſche Nebenſtunden* Vol. 2. p. 33. *Maittaire* annal. typogr. (1719) p. 323. Quae de Bibliis Venetis habet *Le Long* p. 63. Col. 2. „ Biblia Hebraica „ 2 Vol. in folio. Venetiis 1515. Laudantur a Davide Wilkinſio in commentariis „ MSS. „ ad errores eliminandos ſunt referenda. *Bombergus* Venetiis omnium primo codicem ſacrum hebraeum typis exſcripſit. Quae vero de Bibliis Bombergianis hebraicis Anni 1511. circumferuntur, infra diſcutienda ſunt.

Digitized by Google

Laus Deo O. M. et confeſſio ſummo nomini ejus. Quandoquidem improbi non invaluerunt ut me perderent. Benedicam Domino, qui me non dedit praedam dentibus illorum. Ecce enim pro miſericordia ſua ſuffulcit me, ut inchoarem et perficerem reſiduum libri mei ſancti ſupra omnes libros. Facta eſt autem illius conſummatio per manus minimi typographorum, exigui inter diſcipulos *unius* ex filiis Soncin. *vulgo* Soncinatibus noti in Judaea et in Iſrael, anno 277. min. ſupput. (ſed Chriſti 1517.) primo menſis Adar. Deus illuminet nos, et ponat inter nos benedictionem et pacem. Amen y). B. H. Piſauri 1517. fol.

[Conſuluit Auctor clauſulam finalem ad calcem totius operis, quam tamen non omni ex parte accurate latine expreſſam exhibet; neglexit vero notam ad calcem primae partis conſulere; hinc et ipſe locum hujus editionis nativum ignoravit, aliisque anſam errandi dedit, ut *Soncini* eam typis exſcriptam eſſe venditarent z). Vidit hanc editionem *Wolfius* in Bibliotheca *Oppenheimeri*, ſed nos haud meliora edocuit. Ad calcem totius operis leguntur ſequentia: לכל תכלה ראיתי קץ דפיסת הארבע ועשרים סמקר וסוטעם ומרויק תהלה לצית והודים לשמו הגדול אף כי לו קח רשעים לאכדני אברך יי׳ אשר לא נתנני טרף לשניהם: והוא ברחמיו יסעדני להתחיל ולהשלים שאר ספרי קרש מעולמים ספירים: ותהי השלמתו ע״י צעיר המחוקקים קטן התלמידים מכני שתציתו נודע ביהודה ובישראל שנת זר״ע באחד לחרש אדר השם ילרדנו וישים בינינו ברכה ושלום אמן. Quibus verbis editor propoſitum, viginti quatuor libros i. e. integrum ſacrum codicem exſcribendi, expreſſe teſtatur; dum vero addit, ſe reliquos libros ſacros addidiſſe, reſpicit tomum primum hujus editionis, qui jam 1511. evulgatus erat, uti teſtantur verba ad calcem librorum Regum addita: ונשלם ביום י״ד ניסן שנת ע״רא לפ״ק על ידי צעיר המחוקקים קטן התלמידים אשר מכני שונצינו והוא גר־שם פיזרו קרית הארון קושטאנציו שפורציאה בן לאדוני יואן שפורציאה ז״ל והמנהיג הארץ גליאציו שפורציאה יר״ה בשנה השביעית להספיור יוליו השני יר״ה. *Abſolutum eſt die 14 Menſis Niſan* (Martii) *anno* 271. *ſecundum ſupputationem minorem* (Chr. 1511.) *opera minimi inter typographos, exigui inter eruditos e filiis Soncinatum inquilinus in urbe Piſauri ſub dominio Domini Conſtantii Sfortia filii Domini Johannis Sfortiae, regnante Domino Galeazio Sfortia, anno ſeptimo Pontificatus Julii ſecundi, cuius vitam Deus prolonget.* Quod ad uberiorem editionis rariſſimae notitiam attinet, ſequentia notabimus: Folium primum exhibet ornamenta, quae ſpatium vacuum titulo inſcribendo deſtinatum cingunt. Pentateuchum excipiunt libri feſtivales, quorum ultimus אחשורוש inſcribitur. Nomina Paraſcharum in Pentateucho in ſuperiori paginae leguntur parte: Singulorum librorum tam Moſaicorum quam reliquorum primum verbum litteris majuſculis et quidem ornatis et primum Paraſcharum verbum itidem quidem typis majuſculis, ſed non ornatis, eſt expreſſum. Nulla קרי Keri nota in margine apparet; ſingulis vero libris maſora finalis ſeu numerus commatum in fine eſt adſcriptus. Num. X, 35. et 39. cernitur *Nun* inverſum. Gen. XXXIII, 4. quatuor

y) p. 63. Col. 1. B. z) *B. W. D. Schultzii* vollſtändigere Kritik etc. p. 12.

Digitized by Google

B. H. Piſau-ri 1517. fol. tuor puncta quatuor litteris ſunt impoſita. Deſunt vero puncta locis Num. III, 39. Deut. XXIV, 18. et 2 Sam. XIX, 20. Pſalmi eodem modo numerantur ac in editione praecedenti. §. VI. Eſai. IX, 6. *Mem* clauſum; et duo Joſuae XXI, 36. 37. commata hic exhibentur. Nomina divina ubique ſuperſtitioſe exprimuntur, et libro Eſdrae junctus eſt liber Nehemiae. Typi proxime ad formam praecedentis editionis accedunt. Columnae ubique ſunt bipartitae: nulla vero exſtat capitum aut verſuum nota. Soncinates vero priorem editionem non plane recuſam dederunt, ſed illam quoque ornatiorem et elaboratiorem reddere ſtuduerunt. Adſervatur exemplar hujus editionis in Bibliotheca Carolina Tigurinenſi [a]).

§. VIII.

B. H. ſ. l. et a. Fol.

B. H. ſ. l. et a. fol.

* Biblia Hebraea. Codex membranaceus, in folio typis excuſus cum punctis. In eo deeſt ultimus Pentateuchi quaternio, ubi ſane aera editionis erat deſignata, ſicut et locus impreſſionis. Ad majorem ejus notitiam hic notari lubet, primam Geneſeos item et libri Joſuae paginam iisdem et quidem ligno incifis decoratam eſſe ornamentis. In ſuperiori parte repraeſentatur canis venaticus tres inſectans lepores; ad latus laevum pavo pedibus alium leporem carpens; in ima parte hinc cervum venatur canis; inde Angelus Cornicen equo inſidens ſonat cornua; et in medio conſpiciuntur vacua ſtemmata. Prima textus pagina, Pſalmi, Proverbia Salomonis, Job, duo Voluminis poſtrema folia et quaedam alia una ut vulgo dicitur linea, caetera inter quae ultima pagina duabus columnis diſtincta excuſa ſunt. Haec erant notanda, ut iſtud exemplar a praecedentibus diſcriminaretur. Extat Pariſiis in Muſaeo Dn. Boiſſier, quod ex libris Dionyſii Nolin Pariſienſis Advocati pretio redemit [b]).

* Biblia Hebraea, charactere magno et elegantiſſimo, in folio. Illud exemplar nec locum editionis habet, nec annum. Servatur Tiguri in Bibliotheca Carolina, quia vero cum praecedenti convenit, poterit examinari Cl. *Jo. Bapt. Ottius* Archidiaconus Tigurinus [c]).

[Quae auctor ex *Ottii* annotatis de codice tigurino, quem cum altero eundem eſſe cenſet, retulit, in male intellectis *Ottii* verbis nituntur. Exſtat quidem Codex priori haud diſſimilis Tiguri, ſed non in Bibliotheca Carolina, verum in Bibliotheca civica, nec eſt typis expreſſus, ſed manuſcriptus; quem itaque hoc loco inter codices typis expreſſos minime recenſere debuiſſet auctor. Alterum codicem, quem primo nominavit, quod attinet, fallitur iterum auctor, dum lectoribus, ad calcem Deuteronomii aeram codicis editoriſque nomen expreſſa fuiſſe, perſuadere ſatagit. Codex omnino eſt ſine die et conſule. Rogatu Cl. *Wolfii* Rev. *Hermannus van de Wall*, Miniſter Eccleſiae inter Reformatos Amſtelodamenſis in codicem, qui et Amſtelodami inter manus cujuſdam Judaei fuit, ſtudioſe inquiſivit: atque *Wolfio* ſequentia reſcripſit: *Fallitur* Cl. le Long, *quando ſcribit, in ultimo Pentateuchi quaternione, qui*

a) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 366. Vol. 4. p. 110. *Tychſenii Bützowiſche Nebenſtunden* Part. 2. p. 36. D. *J. F. Hirtii Oriental. Biblioth.* Part. 6. p. 305. *Walchius* p. 5. *Maittaire* annales Tom. 2. Part. 1. p. 295.

b) p. 62. Col. 2. E.

c) p. 63. Col. 1. B.

Digitized by Google

qui in exemplari iſto deſideratus fuit, aeram editionis et locum impreſſionis deſignatum B. H. ſ. l. et
fuiſſe. Integer enim exſtat apud Judaeum Amſtelodamenſem, ſed nec tempus, nec locus a. fol.
impreſſionis expreſſus eſt. Judaei volunt, eum impreſſum eſſe Uliſſipone in Luſitania. Rationes, quas afferunt, hae ſunt: quod iisdem litteris impreſſus ſit, quibus Nachmanidae libri, quem omnes Uliſſipone impreſſum eſſe tuentur; quodque exſtat penes eos liber, continens regulas, quibus uti debeant typographi Judaei, Itali Soncinenſes etc. in imprimendo Pentateucho, ubi perpetuo ablegentur ad Codicem Uliſſipone impreſſum in ſcribendis praecipue litteris finalibus aliisque, quae ut praeſcribuntur, et allegantur, in hoc Codice exſtant. Addo ego, quod litterae vocales et accentus ſimiles valde ſint illis, quibus codex meus MS. exaratus eſt. Textus vero duabus columnis impreſſus eſt, excepto libro Pſalmorum, qui eodem modo impreſſus eſt, quo codex ille meus eſt exaratus. Poſſidet editionem hancce rariſſimam Cl. *De Roſſi*, qui eam ſequentibus deſcripſit: „Luculentiſſimum jam apud me eſt hujus cimelii exemplar, ex quo accuratiorem „ejus notitiam hic ſuppeditabimus. Sacer Textus litteris quadratis ſat elegantibus „cum punctis et accentibus exaratus eſt, duabus columnis, nonnullis exceptis, di„ſtinctus. *Wallius* ſolum Pſalterium excipit, cui *Le Longius* in hac re accuratior „Proverbia ac Jobum addit. Addit et poſtrema duo Voluminis folia; quod, ſi de uni„verſa editione ſumatur, falſiſſimum eſt; ſi de mutilo exemplari, quod ipſe prae ma„nibus habebat, quodque veroſimilius folio 424 abſolvebatur, veriſſimum. Itaque „integra linea vel columna exhibetur prima Geneſeos ac Joſuae pagina, canticum Mo„ſis folio 37. Canticum Deborae, poſtrema pagina Libri judicum, tres in libris „Samuelis folio 183. Canticum Davidis folio 187., integri libri Pſalmorum, Pro„verbiorum, Jobi, tria denique folia, videlicet 423, cum duobus ſequentibus Para„lipomenon. Primo porro illa Geneſeos ac Joſuae pagina ligneo quodam ornatu in„ſignitur, qui in ſuperiori parte venaticum canem repraeſentat tres lepores inſectan„tem, atque angelum, qui buccinam clangit. Ad dexterum latus pavo ſeſe cum fa„ſtu efferens ſupra leporem ſtat. Paullo infra alter angelus equo inſidet; in ima vero „parte vacuum quoddam ſtemma in medio reperitur, atque hinc canis cervum vena„tur, illinc angelus conſpicitur, non cornicen, non equo inſidens, non cornua ſo„nans, ut ait *Le Longius*, ſed alteri cervo inſidens ejusque cornua manibus arripiens. „Illud autem animadverſione dignum eſt, quod ipſiſſimum hoc ornamentum ſub ini„tium etiam extat Conſtantinopolitani cuiusdam Pentateuchi, quem poſſideo, anno „1522 cum Chaldaica Paraphraſi, quinque ſacris voluminibus, ſectionibus propheti„cis et praecipuis Rabbinorum commentariis in maximo folio editi, niſi quod longo „uſu detritiſſimum in hoc Pentateucho apparet. Hic ipſe ornatus iterum conſpicitur „in fronte celeberrimi libri Karraitici Adered Eliav, qui anno XI. Solimanni, Chriſti „1531. Conſtantinopoli etiam per Gerſonem Soncinatem fuit impreſſus. Prima quae„libet librorum dictio majoribus literis ornatis exhibetur. Literae begadchefath li„neola raphe non diſtinguuntur. Folia vero quae univerſim ſunt 431, poſteriore ſeu „verſa folii pagina ſupra indicantur, quod ſingulariſſimum eſt, ut et illud eſt, quod vo„lumen Eſther nomine libri Aſſueri indigitetur, et quod Pſalmi, Proverbia et quo„dammodo etiam Jobus in poëſeos ac verſuum formam diſpoſiti ſint; quod in nulla „alia editione factum puto, in nulla ſane factum reperi. Explicit opus absque ulla „epygraphe: unde fallitur *Le Longius*, ut jam animadvertit *Wallius*, dum ſcribit in

„ulti-

B. H. ſ. l. et a. fol. „ultimo Pentateuchi quaternione, qui in pariſienſi exemplari deerat, aeram editionis „et impreſſionis locum deſignatum fuiſſe. Quod ad locum attinet, Judaei, inquit „*Wallius*, volunt eum impreſſum eſſe Ulyſſipone in Luſatia. Rationes quas afferunt, „ſubdit ipſe, hae ſunt: quod iisdem litteris impreſſus ſit, quibus Nachmanidis libri, „quem omnes Ulyſſipone impreſſum eſſe tuentur, quodque exſtet penes eos liber con„tinens regulas, quibus uti debebant typographi hebraei in imprimendo Pentateucho, „ubi perpetuo ablegentur ad codicem Ulyſſipone impreſſum in ſcribendis praecipue „literis finalibus aliisque, quae ut praeſcribuntur et allegantur, in hoc codice extant. „At meo quidem judicio hallucinari videntur quam maxime, qui ſic ſentiunt. Nec „enim ad noſtrum hunc integrum bibliorum codicem ablegantur Judaei typographi ac „ſcribae, ſed ad Ulyſſiponenſem Pentateuchum anni 1491. qui linea raphe aſpirandas „literas accurate diſtinguit, qui ſectiones et alia omnia ad accuratiſſimorum MSS. ac „Judaicae critices leges perfectiſſime exacta exhibet, qui ab hiſpanis ſapientibus tantae „apud Judaeos exiſtimationis ob maſorae ſtudium ſummo ſtudio editus, correctione „ac typorum elegantia ceteras omnes Pentateuchi editiones longiſſime ſuperat. Jam „vero utut accuratiſſima eſſe haec noſtra Biblia facto experimento compererim, leviori„bus tamen nonnullis aliquando ſcatent mendis, praecipue in punctis, quibus Ulyſſi„ponenſis ille Pentateuchus non ſcatet. Immo Geneſ. XVI, 3. typographorum oſci„tantia ſex integra verba repetuntur. Character etiam eſt rudior, incomptior atque „ob id antiquior. Neſcio autem qui Biblia haec litteris cum Ulyſſiponenſi, quem poſ„ſideo, Nachmanidis Commentario convenire dici queant, qui rabbinicis et diverſiſſi„mis typis conſtat. Si ullus conjecturae locus eſt, Soncini potius edita ea putaverim „ob maximam affinitatem cum iis quae anno 1488 illic edidit Abrahamus ben Chajim „piſaurenſis. Eadem namque eſt Characteris, literarum, accentuum forma, eadem „ruditas, idem punctorum artificium, niſi quod Character in Soncinenſi ſit minor ac „tenuior, contra major ac craſſior in hac noſtra. Canticum Debborae in libro Judi„cum verſuum ratione diſponitur in Soncinenſi, ut diſponuntur in hac Pſalmi ac Pro„verbia. Utraque binis columnis diſtinguitur, ita tamen ut nonnullae paginae vel „folia una etiam columna utrobique aliquando exhibeantur. In Libro Joſue eadem „prorſus ratione impreſſa exſtant variarum urbium regum enumeratio. Singuli utri„usque editionis libri eodem modo etiam abſolvuntur vel nulla appoſita epygraphe, „vel ea ſola qua liber obſignatur et completur indicatur, ſi unum Pentateuchum exci„pis, qui in Soncinenſi loci, anni ac typographi notam ſiſtit. Eodem modo indica„tur librorum medietas; idem eſt etiam chartae genus, ut conjicere liceat haec Biblia „ab eodem Abrahamo ben Chajim, aut a Soncinatibus ipſis Soncini vel paulo ante, „vel paulo poſt editionem 1488 edita fuiſſe. Sed ubicunque tandem edita ſint, illud „certum eſt, ea edita fuiſſe ſeculo XV, ac pretio, magnificentia, raritate, elegantia, „correctione non ſolum cum Soncinenſi illa tantopere celebrata contendere, ſed et „eam ſuperare. Dixi etiam raritate. Etſi enim Soncinenſis editio extremae raritatis „nota a bibliographis omnibus inſigniatur, quinque tamen vel ſex ejusdem exempla„ria extant, quae nos ſuperius enumeravimus, ſolaque Italia plura poſſidet Sonci„nenſis editionis exempla, quam noſtrae hujus poſſideat orbis univerſus. Tria enim „tantummodo eaque non integra dignoſcuntur, quorum alterum Pariſiis, alterum „Amſtelodami extat. Tertium meum hoc eſt, quod mutinenſis olim Judaeus ſervabat, qui

Digitized by Google

„qui a majoribus illud judaica praefectura doctrinaque illuſtribus haereditaverat.„ d) Haec ſunt quae V. C. de hac editione rariſſima annotavit; nec haec ſingula exſcripſiſſe ingratum fore judicamus lectoribus noſtris, dum ipſa ejus Diſquiſitio in hiſce oris ſit rariſſima. Liceat vero nobis de editore et tempore editionis nonnulla addere. Quodſi idem *Abraham ben Chajim*, cui editionem anni 1488. debemus, haec quoque Biblia edidiſſet; procul dubio antiquiorem editionem accurate recudi curaſſet. Verum ex iis, quas mecum benevole communicavit V. C. hujus codicis lectiones, cum a ſuperiori editione longe recedere, et quam ſaepiſſime iis in locis, in quibus editio Soncinenſis ab hodiernis Bibliis recedit, cum hiſce conſentire, ſatis apparet: unde ex alio codice MSto hanc editionem procuratam eſſe conjicio, ſiquidem praecedentes editiones ſibi invicem conſentiunt: haec vero ab omnibus recedit. Deinde hoc ſingulare habet, quod liber Eſther *Liber Ahaſveri* inſcribatur, qui titulus neque in Bibliis anni 1488. neque Gerſonianis 1494. neque Piſaurenſi, ſeu Exemplari Tigurino deprehenditur. Verum idem Titulus obſervatur in editione Piſaurenſi, §. VII., hinc Piſaurenſem ad hanc eſſe normatam, aut hanc ex Piſaurenſi eſſe formatam mihi perſuaderem. Ornamenta vero codicis, quae eadem ſunt, quibus *Gerſon* Conſtantinopoli 1522. et 1531 uſus eſt, facile nos, ut hunc codicem a *Gerſone* Conſtantinopoli ſub initio ſeculi XVI. vel ad normam editionis Piſaurenſis exſcriptum eſſe, credamus inducere poſſunt; unde, quare tam exiguus in hiſce terris exſtet exemplarium numerus, ratio reddi poſſet e).

B. H. f. I et a. fol.

§. IX.

B. H. Bombergi I.

B. H. Bombergi I. [I.]

* Biblia Hebraica, cum quibusdam variantibus lectionibus, quae in Pentateucho pauciſſimae ſunt, in coeteris libris frequentiores. In 4. Venetiis opera Danielis Bombergi. 5278 (1518.) anno XVI. Leonardi Loredani Ducis Venetiarum f).

[Plures ſunt, quas *Danieli Bombergo* Antwerpienſi, Typographorum iſtius temporis facile principi, qui Venetiis officinam typographicam inſtruxit g), debemus ſacri codicis editiones, quas ordine recenſebimus. Sunt, qui ſtatuunt, primam Bombergii editionem jam ad annum 1511. eſſe remittendam, quod adſertum jam refutavit *Le Long* ſequentibus: „Biblia Hebraca in 4. Venetiis typis Danielis Bombergi. 271. „(1511.) *Hanc editionem referunt Joan. Buxtorfius pag. 301. Bibliothecae Rabbinicae* „*ſecundae editionis, et Julius Bartoloccius Part. I. p. 435. his ſane nixi verbis Davidis* „*Gans in chronologia, quam* Germen David *inſcripſit ad an.* 1511. Impreſſio prima „librorum ſacrorum opera Danielis Bombergi Venetiis facta eſt anno 271. minoris „ſupputationis (i. e. Chriſti 1511.). *Haec autem nunquam exſtitit. Siquidem prima* „*Bombergi editio facta eſt anno 1518, ut patet infra. Aliam Bombergi anno 1491 Ve-* „*netiis vulgatam memorat Cl. Humphredus Hody* lib. 3. de bibl. textibus Original. „p. 449.

d) Diſquiſitio etc. p. 60.

e) Conf. *Wolfius* Vol. 4. p. 109.

f) *Le Long* p. 64. Col. 1. C.

g) Conf. *P. Bayle* Dict. Art. *Bomberg. Gelehrten Lexicon* Art. *Bomberg. Jac. Frid. Reimmanni Einleitung in die jüdiſche Theolog.* lib. 1. c. 13. p. 251. qui eundem circa primam *Bombergi* editionem errant errorem: et ſine jure *Reimmannus Brian. Waltonum* proleg. IV. §. 14. n. 2. p. 264. erroris accuſat, dum ipſe editiones *Bombergi* diverſas confundit. Adde *Chevillier* origine de l'imprimerie p. 267. et *Maittaire* annal.

B. H. Bombergi I.

„p. 449. *quae quidem fictitia quoque eſt; literas enim hebraicas a Felice Pratenſi Bom-* „*bergus* tantum poſt annum 1515 didicit; *ut fert praefatio primae editionis Biblio-* „*rum Rabbinicorum* an. 1518. *Primam ſacrorum Bibliorum hebraicam editionem* „*factam fuiſſe Soncini anno 1488. eorum denique partium an. 1486. conſtat tam ex ſu-* „*pra dictis, quam ex infra dicendis* [h]).„ Quae cum ita ſint, neſcio, quo fato Cl. *G. L. O. Knochius* [i]) auctori noſtro *Buxtorfii* auctoritatem opponat, cum numerum 1511 errorem typographicum continere manifeſtum ſit. Idem Cl. *Knochius* omnium primam Bibliorum hebraicorum a *Bombergo* 1511 evulgatam eſſe adſerit, cum ipſe *Buxtorfius* editiones praecedentes anni 1494. eadem pagina recenſeat. Duplex exſtat anni 1518 editio hebraica, a *Bombergo* procurata, altera eaque major continet Textum hebraicum cum Paraphraſibus chaldaicis, de qua infra dicendum erit: altera eſt editio minor in forma quarta, quae ſolum textum exhibet hebraeum. Jam vero editio anni 1521. expreſſe nominatur *ſecunda* editio. Hinc primam non anno 1511. ſed demum 1518 in vulgus exiiſſe, quam certiſſime conſtat. Ipſe *Bombergus*, ut eo felicius rei ſacrae inſervire poſſet, litteras hebraicas duce *Felice Pratenſi* Ex-Judaeo [k]) didicit, atque ita praemiſſis Bibliis Rabbinicis, Biblia Hebraica, ut ajunt, manualia eodem anno addidit. Ad manus eſt editionis rariſſimae volumen primum, Pentateuchum et Prophetas priores continens, hoc ornatum rubro: חמשה חומשי תורה נדפס על ידי דניאל בומבירגי מאנוירשה בויניזיאת. Nulla in fronte exſtat anni nota, quae ad voluminis ſecundi calcem eſt expreſſa. Primum Geneſeos et Joſuae verbum typis majoribus ornamentis cinctis eſt expreſſum: reliquorum vero librorum quodvis verbum primum typis ornate ſculptis exſcriptum eſt. Singulis libris ſubjicitur maſora finalis. Variantes lectiones in Pentateucho ſunt rariores, interim in illis nonnullae, quae in Hooghtianis Bibliis non ad Keri referuntur, a *Bombergo* vero margini adjectae ſunt. E. g. Geneſ. XIV, 14. חנכיו. XXIV, 60. וירש. XXV, 6. הפלגשם. XL, 13. יהשי. In reliquis libris ſunt variantes frequentiores. Saepiſſime provocat editor, dum voces ad marginem collocat, ad ס״א i. e. ad *codicem alium.* Lectiones Codicis Brixienſis e Libro Joſuae, quas Cl. *Schültzius* nobis ſuppeditavit, §. V. ſtudioſe cum hac *Bombergi* prima contuli, et obſervavi, *Bombergum* quidem omnes *Gerſonis* habere lectiones, ſed non omnes in contextum inſertas, ſed varias ad marginem rejectas, et plures *Bombergum*, et alias lectiones annotaſſe, quae in codice *Gerſonis* haud leguntur. Ante oculos itaque quidem habuit codicem antiquiorem, verum illum non accurate exſcripſit, ſed dum ipſum cum aliis contulit, quae ſibi meliora viſa ſunt, ſtudioſe elegit. Reliqua, quae de hac prima editione referri poſſent, quia non integra ad manus eſt, ad ſecundam, quae huic eſt ſimillima, remittimus. Typi ſunt admodum diſtincti, et differunt externa forma a typis Judaeorum germanorum, quibus uſus eſt in editione ſua *Sebaſtianus Münſterus* [l]).

B. H.

h) p. 63. Col. 1. C.

i) *Hiſtoriſch - critiſche Nachrichten von der Braunſchweig. Bibelſamlung* Vol. I. p. 90.

k) Conf. *Wolfius* bibl. hebr. Vol. 1. p. 981. Vol 3. p. 939. Jam ante annum 1518. ſacra Chriſtianorum amplexus eſt, quod contra *Wolfium* et Auctores *des Gelehrten-Lexicon* Tom. 2. p. 551. obſervandum eſt. Jam anno 1515 edidit latinam Pſalterii editionem. Conf. Sect. II. §. III.

l) *Wolfius* Vol. 2. p. 367. *Walchius* p. 7. *Aug. Calmetii bibliſche Biblioth.* p. 135. *J. J. Baueri* biblioth. libr. rar. Vol. I. p. 96. *D. Clement* biblioth. hiſt Tom. 4. p. 30. not. Index Bibl. Wernigerod. p. 33.

B. H. Bombergi II. B. H. Bombergi II.

* Biblia Hebraica ſecundo impreſſa, in 4. Venetiis nomine Danielis Bombergi, et in ejus domo, opera Fratrum Filiorum Baruc, menſe Alul. anno רפא. 281. (1521.) m). [II.]

[En Tibi titulum editionis itidem rariſſimae: חמשה חומשי תורה נרפס שנית על ידי דניאל בומבירגי מאנורשה בשנת רפ״א לפ״ק פה ויניציאה. Ad calcem totius operis addita eſt ſequens nota editoris: נרפס שנית עם רב העיון על ידי האחים בני ברוך אדיל קינ״ד בחדש אלול בשנת רפ״א בשם דניאל בומבירגי ובביתו: וכך חשם יזכנו להשלים כל התלמור, וגם ספר האלפסי הגדול כפי רצון ארונינו דניאל הנ״ל שעד היום הזה עשינו חמשה ועשרים מסכות מהתלמור ושנים עשרה קונטריסי מספר רב אלפס: i. e. *Impreſſum ſecunda vice omni ſtudio per fratres, Filios Baruchi Adelkind menſe Elul anno 281. mandato Danielis Bombergi et in Domo ejus*, et reliqua, in quibus editio Talmudis et Libri Alpheſii promittitur. Quinque, uti praecedens, abſolvitur partibus. 1) Pentateuchus; in quo nomen Paraſchae cujusvis in ſuperiori parte paginae legitur. Ad calcem Pentateuchi, eadem, quae ſupra dedimus, verba adſcripta ſunt, omiſſa tamen anni et menſis nota. 2) Quinque Megilloth; ſeu libri feſtivales, ſine ſpeciali titulo; qui in uſum Synagogarum Pentateucho jungi ſolent. 3) Prophetae priores, ſive libri V. T. hiſtorici cum titulo נביאים ראשונים. 4) Prophetae poſteriores, tres nimirum majores et duodecim minores, qui unico volumine jam antiquitus comprehenſi fuere, quapropter huic parti titulus inſcriptus eſt: ארבעה נביאים אחרונים *). 5) Denique Hagiographa cum titulo כתובים. Quodſi haec editio cum Brixienſi §. V. comparatur, maximus inter utramque deprehenditur conſenſus. Idem eſt librorum ſacrorum ordo; idem paginarum titulus in Pentateucho. Haptharae in Prophetis non ſunt diſtinctae. Primum cujusvis libri verbum typis majuſculis eſt expreſſum. Eſai. IX, 6. conſpicitur *Mem* clauſum, et Num. X, 35. *Nun* inverſum. Pſ. IX, 1. XLVIII, 15. eadem eſt lectio ſine Makkeph. Joſ. VI, 8. IV, 6. XXI, 36. 37. itidem cum Brixiano conſentiunt. Sed ne credas velim, *Bombergum* codicem iſtum tantummodo iterum prelo ſubmiſiſſe. Differunt omnino iſtae editiones. 1) Ab initio libri Joſuae *το* Keri in quadraginta novem locis eſt annotatum. 2) Ad calcem cujusvis libri Maſora finalis, ſeu computus maſorethicus additus eſt. 3) In medio textus Prophetarum Haphtharae ſunt diſtinctae, et ad calcem Tabula illarum adjecta eſt. 4) Nomina divina non ita ut in Gerſonianis Bibliis ſuperſtitioſe ſunt depravata. 5) Capita librorum litteris hebraicis ſunt numerata. 6) Liber ſecundus Regum ad marginem vocatur *liber quartus*, ſicut Liber *Nehemiae* in margine notatur, quamvis *Eſdrae* nomen in titulo columnae expreſſum legatur. Deut. VI, 6. litterae *Ain* et *Daleth* ſunt reliquis longe majores. Ex iis vero, quae jamjam obſervavimus, editiones antiquiores inter ſeſe maxima ex parte conſentire, atque poſteriores ad normam priorum, adhibitis inſuper novis ſubſidiis, quorum auxilio editores poſteriores, quas pararunt editiones, emendatiores reddere voluerunt, eſſe effigiatas, facile concludi poteſt. Priores certe editores omnem Maſorae uſum neglexerunt, et contenti, ſi textum quam

C 2 primum

m) p. 64. Col. 1. E. n) Conf. *J. P. Carpzovii* Introd. in V. T. Part. 3. p. 270.

Digitized by Google

B. H. Bombergi II. primum typis mandarent, eum ita exſcripſerunt, ut iis viſum eſt: hinc modo *το* Keri, modo vero *το* Cethibh typis expreſſerunt. Poſteriores vero Maſoram conſuluerunt: hinc ille inter editiones diſſenſus. Quod *Bombergi* editiones tres priores attinet, ſunt ſibi invicem teſte *Joh. Henr. Michaelis* [o]) ſimillimae. Accedit *Roberti Stephani* in forma quarta, quae *Bombergi* ſecundam accurate exprimit: hinc in iisdem locis et quidem permultis, ut me inſtituta collatio Stephanianae editionis cum obſervationibus Cl. *Schultzii* docuit, ab editione Brixienſi recedit [p]).

B. H. Bombergi III. [III.]

B. H. Bombergi III.

* Biblia Hebraica tertio impreſſa in 4. Venetiis, opera Danielis Bombergi anno רפ״ה. 285. (1525.) Pentateuchum et quinque Megilloth duntaxat haec editio continet, licet in fronte gerat Biblia more Judaico expreſſa: חמשה חומשי [q]).

* Biblia Hebraica tertio impreſſa, *cum quibusdam* variantibus Lectionibus, in 4. Venetiis in domo Danielis Bombergi, opera Cornelii Baruc. Menſe Adar. anno רפ״ח. 288. (Chr. 1528.) Pentateuchus hujus editionis et praecedentis anno 1525. omnino abſimilis eſt [r]).

[Duo volumina ſummo jure ſibi invicem jungit Auctor, quia opus integrum conſtituunt. Coepta quidem eſt editio *Bombergi* tertia anno 1525; at demum anno 1528. finita eſt. Adparet hoc e titulo editionis, cum annotatis ad calcem collato: חמשה חומשי תורה: נדפס שלישית על ידי דניאל בומבירגי מאנווירשה בשנת רפה לפק פה ויניציאה. i. e. *Impreſſa ſunt Biblia tertia vice per Danielem Bombergum Antwerpienſem. Venetiis* 1525. Ad calcem vero ſecundi voluminis, quod Prophetas priores et poſteriores cum Hagiographis continet, eadem repetuntur: *Impreſſa ſunt tertia vice omni cura per Cornelium filium Baruchi Adelkind menſe Adar* רפח. 288. (1528) *in domo Domini Bombergi, quem Deus ſervet.* In fronte itaque, nec minus ad calcem, haec editio expreſſe vocatur *Tertia.* Fallitur ergo Cl. *Knochius* [s]), qui integrum opus anno 1525. typis exſcriptum eſſe contendit. Seductus eſt exemplari e duabus diverſis editionibus a bibliopega compactis, qui Tabulam Haphthararum Pentateucho junxit, ubi quidem expreſſis legitur verbis: *Impreſſa ſecunda vice omni ſtudio per Fratres filios Baruchi Adelkind menſe Elul* רפ״א. 281. (1521.) *mandato Danielis Bombergi et in domo ejus;* id quod ille interpretatur, editionem tertiam ad normam ſecundae eſſe expreſſam, quod neque tenori verborum hebraicorum, neque veritati eſt conſentaneum. Hinc ſine fundamento Auctor accuſatur erroris, dum Pentateuchum et Megilloth tantummodo 1525 in vulgus exiiſſe ſtatuit. Quae D. *Clement* [t]) de hac editione refert, ſunt hariolationes, quae curam medelamque exigunt. Deceptus verbis ſupra allatis: *Impreſſa ſecunda vice*, editioni ſecundae anni 1521. novum tantummodo titulum anno 1525 eſſe datum, ſtatuit, et inde refellit auctorem noſtrum.

o) Praefat. in Bibl. hebr. p. 4.

p) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 367. *Baumgartenii Nachrichten* Vol. 2. p. 96. G. C. *Gieſe Nachr. von der Bibel-Ueberſetzung Lutheri* p. 67. *G. L. O. Knochii hiſt. crit. Nachr.* p. 89. *Carpzovii* crit. ſacr. p. 420. *Walchii* bibl. exeget. p. 7.

q) p. 64. Col. 1. D.

r) p. 64. Col. 2. E.

s) *Hiſt. crit. Nachrichten* p. 89. etc.

t) Biblioth. hiſt. crit. Tom. 4. p. 30.

noſtrum. Erravit quidem in eo, quod anno 1528. Pentateuchum iterum excuſum eſſe aſſerat, et parum ſibi ipſe conſtat, dum utramque editionem *tertiam* appellare, tum per titulum libri, tum per ſubſcriptionem finalem coactus eſt. Sed in iſta aſſertione, editionem tertiam ab ſecunda anni 1521. plane eſſe diverſam, omnem adſenſum meretur. *Wolfius*, qui primo adfirmarat, editionem tertiam anno 1525. eſſe coeptam, et anno 1528. ad finem perductam, in aliam deinde abit ſententiam: „Parum „certe abeſt, quin exiſtimem, totum codicem ſacrum eodem anno 1525 lucem vi„diſſe, et in deſignatione anni 1528, qui in calce exprimitur, operarum vitium ex„ſtare, quae pro רפ״ה, quod in limine exſtat, obvio errore רפ״ח ſcripſerint. Si„mile vitium צר ר cum ד vitioſe permutati, in iisdem verbis, in fine voluminis ex„preſſis, occurrit [w]).„ Verum jam anno 1525. cum ſub prelo ſudaret Pentateuchus, ſtudio R. *Jacobi ben Chajim* coepta ſunt Biblia Rabbinica, quae itidem Bombergi officinae debemus. Hinc abſoluto Pentateucho et Megilloth opus eſſe ſepoſitum, et finitis Bibliis Rabbinicis, demum anno 1528. priori volumini ſecundum eſſe additum, non ſine ratione conjicimus. Ipſa hujus editionis indoles hanc conjecturam confirmat. Adſunt hic quidem etiam lectionum varietates, et folia et verſus optime cum editione anni 1521. conſpirant: quin et Volumen primum editioni priori eſt ſimillimum. Pſalterium quoque in utraque editione diviſis columnis eſt inſcriptum. At volumen alterum, ſi inprimis poſitum accentuum et punctorum vocalium reſpicis, a praecedenti editione toto coelo differt, obſervante *Opitio* [x]) et *Wolfio*. Commata duo Joſ. XXI, 36. 37. hic itidem leguntur. Sed Pſalm. IX, 1. conſpicitur Makkeph; Joſ. VI, 8. deeſt vox *Aron* ante verbum *Jehova*, et Joſ. IV, 6. deſideratur vox *Abhotham*. Ad finem libri Eſdrae in margine notatur nomen Nehemiae, quod itidem columnae inſcriptum eſt. Accedit denique infelix iſta Jerem. V. ad cap. XVII. columnarum tranſpoſitio; qua haec tertia editio, non vero ſecunda laborat, qua tamen non omnia hujus editionis exemplaria [y]). B. H. Bombergi III.

B. H. Bombergi IV. B. H. Bombergi IV.

* Biblia Hebraica quarto impreſſa, in 4. Venetiis Danielis Bombergi. רצ״ג 293. (1533.) [z]). [IV.]

[Qui hanc editionem oculis uſurparit, aut curate delineaverit, hactenus indagare potui neminem. Revera illam vero exſtare, evincit titulus editionis ſequentis, quae in fronte *quinta* adpellatur. Dum vero eadem editio ad calcem *quarta* nominetur: hanc editionem non integrum codicem ſacrum, ſed tantummodo Pentateuchum cum libris feſtivalibus continere ſequitur [a]).

B. H. Bombergi V. B. H. Bombergi V.

* Biblia Hebraica quinto impreſſa in 4. Venetiis opera Cornelii Adelkenad, in domo Dan. Bombergi. ש״ד. 304. (1544.) [b]). [V.]

 [Ultima

w) Biblioth. hebr. Vol. 4. p. 111. verum confuſio ipſa in noſtro haud obſervatur exemplari.

x) Praefat. ad B. H. p. 3.

y) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 367. Vol. 4. p. 110. *Baumgartenii Nachr.* Vol. 2. p. 67. *Carpzovii* crit. ſacr. p. 421. *Gieſe* l. c. p. 101. *Walchius* l. c.

z) p. 65. Col. 1. A.

a) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 368. *Carpzovius* et *Walchius* ll. cc.

b) p. 65. Col. 2. B.

B. H. Bombergi V.

[Ultima eſt Bombergi editio, quae in titulo *quinta*, ſed ad calcem voluminis ſecundi quarta appellatur: חמשה חומשי תורה: נדפס חמשית בבית דניאל בומבירגי מאנוירשה בשנת ר״ש לפ״ק פה ויניציאה. Ad calcem vero addita ſunt verba hebraica hujus tenoris: *Impreſſa* (ſunt Biblia) *quarta vice per Cornelium Adelkind anno* 305. (1545.) Unde ſequitur, tum praecedentem editionem ſolum continere Pentateuchum cum Megilloth, quo reſpectu iterata editio *quinta* appellatur, tum volumen ſecundum anno ſequenti eſſe finitum. Editor eſt idem, qui tertiam paravit editionem, *Cornelius Adelkind*, quem falſo Auctor appellat *Adelkenad*, et niſi omnia me fallunt, tertiae editioni exacte reſpondet quinta. Pentateuchum enim variis egere emendationibus evicit R. *Menachem de Lonſano* in *Or Tora*, qui Pentateuchum eum variis MSS. contulit. Omnes vero *Bombergi* editiones ſunt „ nitidae ſatis„ que correctae, ſed evolventibus remoram in eo ponentes, quod nullis prorſus nu„ merorum notis Capitum commata vel verſus, ipſa vero capita pro more Judaeo„ rum litteris diſtinguunt; „ quemadmodum de illis judicat *Carpzovius* c).

§. X.

B. H. Baſil.

B. H. Baſil.

* Biblia Hebraica, ſtudio Seb. Munſteri 2 Vol. in 4. Baſileae Hieronymi Frobenii et Ambroſii Epiſcopii. 296. (1536.) d).

[*Bombergo* Venetarum typographo proxime jungimus Baſileenſes typographos, *Hieronymum Frobenium* et *Nicolaum* (non *Ambroſium*) *Epiſcopium*, quorum prelo *Sebaſtianus Münſterus* e) Biblia hebraica edenda commiſit; quae poſtquam prima vice una cum verſione latinà prodierant, ſecunda vice eodem charactere, parum vero nitido et lectu admodum difficili exſcripta ſunt. Ad manus eſt codex ille rariſſimus: ארבעה ועשרים. נדפסו במצות יירונימוס פרובינ׳וס וניקלאוס עיפישקופי יצ״ו פה באזיליה העיר הגדולה בשנת רצ״ו לפ״ק. Baſileae anno MDXXXVI. In medio folii primi ſignum typographi conſuetum, adſcripto nomine *Froben* conſpicitur. Ad calcem addita eſt ſubſcriptio hebraica hnjus tenoris. *Finitus eſt in urbe Baſilea liber viginti quatuor librorum per Hieronymum Frobenium typographum, ſtudio Sebaſtiani Münſteri, omni adhibita cura, anno creationis mundi milleſimo quinto, ducenteſimo et nonageſimo ſexto, menſe Elul. Gloria et laus ſit ſummo Numini, quod hucusque manus noſtras corroboravit, et nobis ab initio usque ad finem vires ſurrogavit.* Quibus hebraice ſcriptis additum eſt latine: *Baſileae ex officina Frobeniana per Hieronymum Frobenium et Nicolaum Epiſcopium. Anno M. D. XXXVI. Menſe Septembri.* Quatuor abſolvitur volumen

c) Critica ſacr. p. 421. Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 369. *Baumgartenii Nachrichten* Vol. 9. p. 191. *Mylii* memorab. Biblioth. Jenenſ. p. 428. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 5. ubi per errorem typographicum annus 1543. expreſſus eſt. *Walchius* l. c.

d) p. 65. Col. 2. A.

e) De vita editoris conf. *Freheri* theatr. p. 1453. *Jac. Bruckeri Ehrentempel der deutſchen Gelehrſamkeit* Dec. 4. p. 137. *Teiſſier eloges des hommes ſavans* Tom. 1. p. 53. Tom. 2. p. 395. *Du Pin* biblioth. des auteurs ſeparez. Tom. 1. p. 92. *Verheidenii* imagines. p. 49. *Königii* Biblioth. vet. et nov. p. 560. *Allgem. Gelehrten-Lexicon* Vol. 3. p. 750. Editor, qui Theologiae Profeſſor apud Baſileenſes fuit, a Cl. *Knochio* loco mox citando e male intellectis dictionibus hebraicis, typographis baſileenſibus annumeratur.

men partibus: Pentateuchus, ubi in titulo Columnae nomen Paraſchae notatum eſt; B. H. Baſil.
Initium vero cujusvis libri Moſaici verbo primo typis majuſculis exſcripto et variis ornamentis cincto diſtinguitur. In fine vero addita eſt Maſora finalis. Pars ſecunda in medio folii 309 oſtendit verba: נביאים ראשונים. Diſtincti ſunt libri Joſuae, Jucum et prior Samuelis ſimili ut libri Moſaici ratione. Ad calcem vero prioris libri Samuelis notatur verbis hebraicis: *Ita incipit apud Latinos ſecundus Samuelis liber, qui apud illos eſt liber Regum ſecundus:* In fine vero prioris libri Regum legitur: *Ita incipiunt Latini librum quartum Regum.* Tertia pars vocatur: ארבעה נביאים אחרונים. *Quatuor Prophetae poſteriores.* Tres priores verbo primo majuſculo ornamentis cincto, reliqui vero duodecim minores, tanquam unicum volumen conſiderati, verbo primo in linea prima, typis, qui lineae altitudinem aliquantulum ſuperant, exſcripto diſtinguuntur. Quarta pars כתובים Hagiographa continet; inter quos libri quinque feſtivales, Megilloth dicti, inſerti ſunt. Liber Eſdrae et Nehemiae in columnae titulo diſtinguuntur. Accedit ſingulis libris Maſora finalis. Capita librorum in margine ſunt litteris rabbinicis notata: verſuum vero nullum praeter Soph Paſuk exſtat indicium. Accedit appendix: *Sebaſt. Münſterus ad hebr. linguae ſtudioſos. Appendix iſta, quam ſacris hebr. bibliis vides a nobis adjectam, amice lector, tria haec complectitur: Judaicarum lectionum initia, quas ex lege Moſaica et ex prophetis ſingulis ſabbathis per annum in ſuis populo praelegunt Synagogis, quarum priorem* פרשה *et poſteriorem* הפטרה *vocant, copulatque alteri alteram: Deinde quae dictiones biblicae in diverſis exemplaribus variam lectionem, aut etiam omnimodam mutationem habere deprehenduntur. Et tertio erratula quaedam, quae vel viſum meum fugerunt, aut per praeli moderatores tranſpoſitione typorum irrepſerunt. — — Diverſam quoque lectionem omnium dictionum, quae ab Hebraeis ſunt obſervatae, non ſignavimus, ſed eam duntaxat diverſitatem, in qua pondus aliquod eſſe conſpeximus —. Et ut rationem aliquam habeas totius diverſitatis, notabis aliquando redundare unam litteram, aliquando unam detractam, nonnunquam duas tranſpoſitas, interdum unam commutatam in aliam: aliquando videbis dictionem unam redundare, et rurſus quandoque unam deficere. Fit etiam ut non raro dictio aliqua aliter ſcribatur et aliter legatur, aut in diverſis exemplaribus diverſam ſortita ſit punctationem. Porro omnes diverſitates illae, quae vel in litteris vel in punctis vel in dictionibus paſſim per ſacros occurrunt libros, more Hebraeorum ſignavimus notula eiſrae ſive o parvi, collocati ſupra dictionem, et aliquando ubi defectus eſt dictionis intra contextum, id quod lectio ipſa te docebit.* Cuilibet vero huncce catalogum dictionum, quae in diverſis Bibliorum exemplaribus diverſam habent lectionem, inſpicienti, non *Munſterum* ſolum, ſed eruditum Judaeum quendam, eum, non ſolum e codicibus typis exſcriptis, ſed etiam e MSS. congeſſiſſe catalogum, facile patebit. Provocat enim ad *libros filiorum hominis*, i. e. Chriſtianorum, ut Judaei loqui ſolent, et ad Pſalm. XXII. *Nazaraei* nominantur: qui quidem modus loquendi collectorem variantium e gente Judaica ſatis prodit. Nota τȣ Keri in margine raro occurrit: in Pentateucho unicum ad Gen. VIII, 17. eſt notatum: in libro Joſuae VI. in Libro Judicum III. in Eſaia I. in Jeremia II. in Heſekiele I. et in Prophetis minoribus unum in margine Keri obſervavi. To Kethibh Eſai XXXVI, 12. non ut in Bibliis Hooghtianis, Jablonskianis, aliisque, ſed uti in Janſonianis Amſtelod. 1639. expreſſum eſt: שֵׁינֵיהֶם ֯. In locis ſupra §. IX. ex editione *Bombergi*

B. H. Baſil. *bergi* 1521. notatis: Eſai. IX, 6. Num. X, 35. Pſ. IX, 1. XLVIII, 15. Joſ. VI, 8. IV. 6. accurate reſpondet Bombergianae editioni. Ad Joſ. XXI, 36. 37. in margine notatur: פסוק הזה אין בספרים ישנים. *Verſus hic non exſtat in libris antiquis f*). Cum editione Brixienſi conſentit haud raro lectio hujus codicis, e. g. Joſ. XV, 53. יָנוּם. Gen. XXIV, 33. וַיִּישַׂם. Eſth. X, 1. אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ. Nehem. XII, 46. רָאשֵׁי. Joſ. XXI, 10. ראשֹׁנָה. Aliis vero in locis longe ab illa editione recedit. Rarioribus annumeratur haec editio libris, quae, ſi typorum formam ſpectas, Bombergianis longe eſt inferior, at propter adjunctam adpendicem criticae ſacrae ſtudioſis ſeſe commendat. Ad naevos editionis vero referenda ſunt varia vitia typographica, quorum nonnulla ipſe editor emendavit; varia vero praetermiſit; quorum in numero eſt Dan. I, 17. ubi ſub finem lineae poſt vocem מדע e com. 18. inſerta ſunt verba ולמקצת הימים. et verba commatis 17. והשכל בכל ספר, initium commatis 18. conſtituunt g).

§. XI.

B. H. Rob. Stephani I.

B. H. Rob. Stephani I. [I.]

* Biblia Hebraea. Pentateuchus: Prophetae priores et Chetuvim charactere majori et ſat venuſto. Prophetae poſteriores charactere impolito. Haec editio non eſt accurata. 4 Vol. in 4. Pariſiis ex officina Roberti Stephani. 1539-1544.

Haec Editio Venetae de anno 1521. preſſo pede inſiſtit, et fere unice inhaeret. *Henr. Opitius* in Praefat. Bibl. hebr. anni 1709. Haec Roberti Stephani editio pulchris quidem characteribus eſt impreſſa — — ſed pluribus mendis ſcatet, quae libri pulcherrimi nitorem turpiter foedarunt. *Simon Ocklejus* introd. ad linguas Or. cap. 2. p. 34. h).

[Non uno volumine, nec uno eodemque tempore edidit ſacros V. T. libros *Robertus Stephanus*, Typographus Regius Pariſienſis, per varia in rem ſacram merita clariſſimus i); ſed promiſcuo ordine modo hanc, modo illam ſacri codicis partem prelo ſubmiſit, ita ut *Eſaias* omnium primo anno 1539. *Pentateuchus* vero et *Prophetae priores* ultimo loco anno 1544. ſint excuſi. Partes ſingulae ſpeciali ſunt ornatae titulo; et, quamprimum ex officina prodierunt, emptoribus ſunt expoſitae; inde, ut rariſſime ſingulae partes junctim inveniantur, evenit k). Nos vero in deli-

f) Sequutus eſt hoc loco editor מסרה ſeu traditionem Judaeorum pervetuſtam, in qua affirmative ſcriptum eſt, in antiquiſſimis S. Bibliorum exemplaribus commata iſta non exſtare, obſervante *Maſio* ad h. l. qui tamen ſe MStum habere Complutenſe Chaldaicum, in quo commata legantur, adfirmat.

g) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 363. *Baumgartenii* Nachrichten Vol 2. p. 99. *Knochii* Nachrichten p. 680. D. *J. F. Hirtii* oriental. und exeget. Biblioth. Vol. 3. p. 297. et Critiſche Samlungen Vol. 2. p. 164. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 7. Index Bibl. Wernigerod. p. 34. Conf. infra Sect. III. §. II. ubi Biblia hebraeo-latina Munſteri recenſentur, quae non ubique cum Bibliis hiſce conſentiunt.

h) p. 65. col. 2. B.

i) Conf. *Mich. Maittaire* Stephanorum hiſtoria, vitas ipſorum ac libros complectens. Lond. 1709. 8. Addatur *Joh. Alb. Fabricius* Biblioth. graec. Vol. 13. p. 614.

k) Nec *Wolfio* licuit ſingulas hujus editionis partes oculis uſurpare. *Baumgartenio* nonnulla defuerunt volumina. *Lorkius*, Theologus Hafnienſis, deſiderat Prophetas poſteriores. *Tychſenio* inſerviunt libri Moſaici et Megilloth ex iterata, ut nonnulli volunt, editione *Caroli Stephani*, qui antiquiori exemplari novum tantummodo praefixit titulum, conf. §. LVIII.; nec inter reculas meas ſingula hujus editionis ſervo volumina.

Digitized by Google

delineando opere ordinem temporis, quo partes lucem adſpexerunt, ſequuturi ſumus. B. H. Rob. Stephani I.

1) ספר ישעיה שנדפס במצות רוברטוס סטפנוש ובביתו בחדש תשרי שנת
רצ״ט לפ״ק פה פאריש העיר הגדולה והאם בצרפת

Prophetia Iſaiae. Pariſiis, ex officina Roberti Stephani Typographi Regii. M. D. XXXIX. Cum Privilegio Regis.

2) ספר תרי עשר

Ex officina Roberti Stephani etc. *M. D. XXXIX.* Accedit textui hebraico commentarius hebraicus R. *David Kimchi.* Ex his ſcriptis *Hoſeas*, *Micheas*, *Nahum*, *Habacuc* et *Sophonias* anno 1539. reliqui vero, *Joel*, *Amos*, *Abdias*, *Haggaeus*, *Zacharias et Malachias* anno 1540. prodierunt. Singuli, praeter *Hoſeam*, ſpeciali titulo ſunt ornati.

3) ספר תהלים אשר נדפס במצות רוברטו׳ סטפנו׳ ובביתו בחדש מרחשון
בשנת כ״ו למלך פרנקישקוש היא שנת ע״ו לפ״ק פה — בצרפת

Pſalterium. Pariſiis ex officina Roberti Stephani typographi Regii. MDXL.

4) ספר משלי שנדפס במצות — ובביתו בחדש אלול בשנת — היא שנת
ש׳ לפ״ק פה — בצרפת

Proverbia Salomonis. Pariſiis ex officina Roberti Stephani Typographi Regii. MDXL.

5) ספר ירמיהו שנדפס — בחדש אלול בשנת — היא שנת ש׳ לפ״ק
פה — בצרפת

Prophetia Jeremiae. Pariſiis ex officina Roberti Stephani Typographi Regii. MDXL.

6) ספר דניאל אשר נדפס במצות — בשנת שש ועשרים למלכות
פרנקישקו׳ מלך צרפת היא שנת הצ״רה לפ״ק פה פאריש הבירה בס״ר

Daniel. Pariſiis. Ex officina Roberti Stephani Typographi Regii. MDXL.

7) חמש מגילות *etc.*

Quinque libri Judaeorum Feſtivales, Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiae, Eccleſiaſtes et Eſther eodem anno MDXL. ex officina *Roberti Stephani* prodierunt; quibus novum *Carolus Stephanus* 1555. praemiſit titulum.

8) ספר איוב אשר נדפס על — פה פאריש העיר הגדולה — בצרפת

Job. Ex Officina Roberti Stephani — Regii. M.D. XLI.

9) ספר עזרא עם סוח המסורת אשר נדפס על ידי רוברטו׳ סטפנו׳ יצ״ו
בשנת שבע ועשרים למלך האדיר ארוננו המלך פרנקישקו׳ ירה״ שנת
ש״א לפ״ק פה — בצרפת

Eſdras. Pariſiis. Ex officina — Regii. M.D.XLI. Libro Eſdrae adhaeret Liber Nehemiae, cujus in titulo nulla fit mentio. T*o* Keri ut et maſora parva in margine eſt expreſſa; deeſt vero maſora finalis.

 10) ספר

B. H. Rob. Stephani I.

10) ספר יחזקאל אשר נדפס — בצרפת

Ezechiel. Pariſiis. Ex officina — Regii. M. D. XL. 2. Titulus exacte reſpondet praecedenti libri Eſdrae.

11) דברי הימים אשר נדפס על ידי רוברטוס סטפנוס יצ״ו בשנת תשע
ועשרים למלך האדיר אדוננו המלך פרנקישקוש יר״ה היא שנת ש״ג
לפ״ק פה העיר הגדולה והאם בצרפת

Liber Paralipcmenon. Pariſiis — Regii. M. D. XLIII.

12) נביאים ראשונים אשר נדפסו על ידי — — בצרפת

Prophetae Priores. Joſue. Judicum liber. Samuel. Regum II. Pariſiis, ex Officina — Regii. M. D. XLIII.

13) בראשית אשר נדפס — בצרפת

Liber Geneſis. Pariſiis. Ex officina — Regii. M. D. XLIII. Tres poſteriores libri eum eodem titulo ſint exornati, ſingula cujusvis tituli verba exſcribere, ſuperfluum plane duximus. In ultimo Volumine Nomen *Geneſis* tantummodo in fronte legitur: nihilo tamen ſecius quinque libri Moſaici, novis formis, majoribus et venuſtis exſcripti hoc volumine comprehenduntur. Libris feſtivalibus itidem, ut Prophetiae Danielis et Libro Eſdrae *τo* Keri una cum Maſora parva in margine eſt adſcriptum. In reliquis vero ſacri codicis partibus nulla *τȣ* Keri nota obſervatur: ſed puncta *τῳ* Ketibh adſcripta ſunt ſuperimpoſito circello. Interim puncta illa extraordinaria, una cum litteris majuſculis, quae Maſora requirit, in textu non abſunt. Capitum numerus in margine eſt notatus; verſus vero certis haud ſunt diſtincti numeris. Prophetarum textui non additi ſunt Rabbinorum commentarii, ut vult *Carpzovius*, ſed XII. Prophetis minoribus junctus eſt *Kimchii* Commentarius. In edendo Propheta Hoſea et typotheta et impreſſor gravem commiſerunt errorem: ſiquidem columnae erroneе ſunt diſpoſitae. Incipit columnarum confuſio c. V, 8. et ad c. VII, 14. producitur [l]). Typi ſunt mixti quidem generis: alii ſunt attriti, alii vero ſatis luculenti, atque ſeſe majori forma legentibus maxime commendant. Ad normam ſecundae Bombergianae editionis editionem hanc eſſe effigiatam ſtatuunt eruditi. Interim tamen variis in locis ab illa recedit [m]).

B. H. Rob. Stephani. II.

[II.] * Biblia Hebraea *elegantiſſime et ſat correcte, litera minori.* 7 Vol. in 16. Ibidem, iisdem typis a menſe Februario 1544. ad menſem Januarium 1546.

Haec

l) Inveniuntur exemplaria, in quibus error iſte ſive columnarum confuſio non deprehenditur. Conf. *Tychſenii* beſreyetes Tentamen p. 264.

m) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 370. Vol. 4. p. 112. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 210. *Carpzovii* crit. ſacr. p. 421. *Rich. Simon* hiſt. crit du V. T. p. 513. *Clement* Vol. 4. p. 32. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part I. p. 357. *Vogtii* catal. p. 90. *Walchius* biblioth. exeget. p. 7. *Hottingeri* biblioth. quadrip. p. 126. qui nonnulla et quidem leviora erravit. Longe vero plura erravit, qui eum ſequutus eſt, *Jan. Chriſtoph. Dornius* in bibl. theol. Tom 1. lib 4. c. 2. p. 622. Tres enim bibliorum ſacrorum editiones ille confudit; nimirum Biblia hebraea Roberti Stephani, Biblia Polyglotta ex offi ina Sanctandreana, et Biblia latina Roberti Stephani. Hinc illi errores, quos recenſere et emendare nimis longum foret.

Haec editio et vetuſtate et diligentia aliam longe ſuperat. Praeter binas haſce B H Rob.
Roberti Stephani Bibliorum Hebraicorum editiones tertiam quoque refert in forma, Stephani II.
quam vocant, in folio, Theodorus Janſſonius ab Almeloveen p. 19. Catalogi librorum a Stephanis editorum ad calcem illorum vitae his verbis: Biblia hebraica in folio 1545. *Rob. autem Stephanus ipſe in praefatione Theſauri Hebraici Paguiniani anno 1548. editi, duas duntaxat priores recenſet; ait enim:* Cum Biblia Hebraica duplici forma, (*in* 4. *ſcilicet et in* 16.) excudiſſemus etc. *n*).

[Minorem hanc V. T. hebraici editionem eadem ratione, qua majorem, procuravit *Robertus Stephanus.* Partes codicis ſunt ſeparatim typis expreſſae, et publice expoſitae; hinc raro ſingulae partes junctim inveniuntur. Nec ordinem librorum ſacrorum conſuetum in edendo obſervavit editor; ſed omnium primo Eſaiam, et ultimo Pentateuchum in publicum exire juſſit. Conſtat integrum opus, quod mihi ad manus eſt, non XVI. ut ſibi perſuadet *Dav. Clement*, ſed tantummodo X. partibus, titulo in quo et nomen Typographi et annus exprimitur, diſtinctis. In recenſendo itaque opere, eundem cum editore obſervabimus chronologicum ordinem:

1) ספר ישעיה שנדפס במצות רוברטו' סטפנוש ובביתו בחדש אדר שנת ש״ד לפ״ק פה פאריש העיר הגדולה והאם בצרפת

Prophetia Iſaiae. (Prodiit 1544. menſe Februario.)

2) ספר ירמיהו שנדפס — בחדש אב — בצרפת

Prophetia Jeremiae. (1544. menſe Julio.)

3) ספר יחזקאל שנדפס — אלול — בצרפת

Prophetia Ezechielis. (1544. menſe Auguſto.)

4) ספר תרי עשר שנדפס — כסלו — בצרפת

Duodecim Prophetae. (1544. menſe Novembri.) Unico volumine duodecim Prophetae comprehenſi ſunt; ſinguli vero titulo Columnae diſtinguuntur.

5) חמש מגלות שיר השירים רות איחה קהלת ואסתר שנדפסו — כסליו — בצרפת

Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiae, Eccleſiaſtes et Eſter. (1544. Menſe Novembri). Singula volumina eodem modo in ſuperiori paginae diſtinguuntur.

6) ספר תהלים שנדפס — שבט — ש״ה — בצרפת

Pſalterium. (1545. menſe Januario.)

7) משלי שלמה ואיוב שנדפסו — ניסן — ש״ה — בצרפת

Proverbia Salomonis et Iob. (1545. menſe Martio.)

8) דניאל ועזרא שנדפסו — סיון — בצרפת

Daniel et Eſdras. (1545. menſe Majo.) Eſdrae Libro junctus eſt liber Nehemiae, quamvis ejus in titulo nulla fiat mentio.

9) יהושע ושופטים שנדפסו — כסליו — בצרפת

D 2 *Joſue*

n) p. 65. col. 2. D.

B. H. Rob. Stephani II. *Joſue et Judices.* (1545. Menſe Novembri.) Accedunt hiſce in titulo deſignatis libris ſequentes: שמואל *Samuel.* מלכים *Reges.* דברי הימים *Liber Paralipomenon:* in quorum frontiſpicio oliva quidem *Roberti Stephani*, ſicut in reliquis, conſpicitur, at nulla anni vel typographi obſervatur nota.

10) חמשת חומשי תורה שנדפסו — ארר — ש״ו — בצרפת

Quinque Libri Legis. (1546. menſe Februario.) Singuli libri Moſaici breviori diſtinguuntur titulo: ואלה שמות. ספר *Exodus.* ספר ויקרא. *Leviticus.* ספר וידבר. *Numeri.* ספר אלה הדברים. *Deuteronomium.* Oliva *R. Stephani* primam cujusvis libri paginam ornat: Nomen vero cujusvis Paraſchae in titulo columnae eſt expreſſum. In inferiori parte tituli cujusvis libri, in hac editione, uti in praecedenti in forma majori expreſſa ſunt verba עמי עשו, e Pſalm. CXXI, 2. deſumta. Prodiit quidem haec editio ex eadem officina, quae majorem in vulgus emiſit editionem: at typi ſunt longe minores, nihilo tamen ſecius clari et diſtincti. Numerus capitum in margine litteris hebraicis, numerus vero commatum non eſt expreſſus. Accurata eſt editio et priori longe anteferenda; interim et varia tum in litteris tum in punctis emendanda reperiuntur. Folia non ſunt numerata; nec nota קרי Keri in margine eſt expreſſa; voces vero, quae aliam admittunt lectionem maſorethicam, in textu circello ſunt ſignatae. Maſora finalis hic ubique deſideratur. Sequitur haec editio modo Codicem Brixienſem, Bombergi ſecundam, et Münſteri editionem: modo ab hiſce recedit. Pſalm. IX, 1. et XLVIII, 15. eſt lineola Makkeph inter voces על־מות. Joſ. VI, 8. deſideratur vox ארון. c. IV, 6. vero legitur אבותם. c. XXI. exhibentur commata 36. et 37. in aliis omiſſa. Eſai. XXXVI, 12. legitur ut in Bibliis Hooghtianis. Joſ. XV, 53. Gen. XXIV, 3. Eſth. IX, 9. congruit cum Münſtero. Sed Nehem. XII, 46. et Joſ. XXI, 10. recedit ab illo. Commata illa Num. VII. quae in antiquioribus Bibliis punctis ſunt deſtituta, hic ſine punctis quoque exhibentur; addidit tamen Stephanus notas accentuum *).

§. XII.

*) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 370. Vol. 4. p. 113. *Carpzovius* l. c. *Rich. Simon* l. c. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 214. *Clement* Tom. 4. p. 33. *Widekind* Verzeichnis p. 533. *Maittaire* annal. Tom. 3. part. I. p. 385. Index Bibl. Werniger. p. 34. *Walchius* l. c. p. 7. *Hottingeri* biblioth. quadr. p. 127. Quae de Bibliis hebraicis *Roberti Stephani* 1545. fol. evulgatis traduntur, minime vero ſunt conſentanea, et procul dubio exinde orginem traxerunt, quod Heidelbergae textui authentico latinus textus ex editione *Roberti Stephani* deſumtus junctus ſit. *Caroli Stephani* Biblia hebraica ad annum 1556. referuntur; qui tamen non integra Biblia hebraica, ſed partes aliquas codicis hebraici recudi curavit, aut ſi mavis, editioni patris, cujus nomen Pariſienſes oſtendebat Theologos, titulum novum addidit. De Pſalterio refert *Clement* l. c. ad calcem ejus notatum eſſe: *Excudebat Robertus Stephanus Typograph. Regius Pariſiis. An. M. D. LXV. Non. Maï.* Verum anno 1565. jam inter vivos eſſe deſierat *Robertus Stephanus* Pater. *Robertus* vero filius in iterata Pſalterii editione non patris ſed ſuum nomen iterum expreſſit. In exemplari, quod ad manus eſt, nota iſta minime legitur. Finit Pſalterium catalogo Pſalmorum in quinque libros diſtributorum. Nec per typothetae errorem MDLXV. loco MDXLV. expreſſum eſſe inde liquet, quod *Pſalterium*, menſe Januario, *Proverbia* menſe Martio, *Daniel* et *Eſdras* menſe Majo a Patre *Roberto* exſcripti ſint; alterum vero exemplar notae anni expreſſe addat *Non. Maji.* Duplex itaque exſtat Pſalterii editio: Patris *Roberti*, ſine nota anni in fine, et Filii *Roberti* cum nota anni 1565. in fine.

Digitized by Google

§. XII.

B. H. M. A. Juſtiniani.

B. H. M. A. Juſtiniani.

* Biblia Hebraica, in 4. Venetiis, in aedibus Antonii Juſtiniani, opera Cornelii Adelkenad. 5311. (1551.) p). [I.]

[*Bombergi* veſtigia felici curſu preſſit *Marcus Antonius Juſtinianus*, Nobilis reipublicae Venetae, qui iteratis Bibliorum ſacrorum editionibus ſumptus benevole ſubminiſtravit, ſub eodem typographiae moderatore, *Cornelio Adelkind*, (non Adelkenad), quo *Bombergus* uſus eſt. Titulum hujus editionis, quae prima eſt q), eam ob cauſam hic dabimus, quia Genevenſes illum fere iisdem verbis editioni anni 1618 praemiſerunt: חמשה חומשי תורה· מדוייקים בכל עוז· מיוסרים על שכיות החמדה· הוגהו בכל שביל ונתיב· עם סימני הקרי כתיב· מסודרי בזות הקאפיטולי ואותותם· איש על דגלו לתולדותם· ותהי ראשיתו בחדש אדר שלשה עשר יום בו· שנת חמשה אלפים ש״א ליצירה פה ויניציאה· בבית בן משק בית הארון מרקו אנטוניו יושטיניאן Coeptum eſt opus die decimo tertio Menſis Adar i. e. Februarii Anni creationis 5311. i. e. Chr. 1551. finitum vero, ut ad calcem indicatur, anno ſequenti 1552. Quatuor abſolvitur volumen partibus: 1) Pentateucho et Megilloth, ubi ad calcem prioris ſequentia notantur: *Finitum eſt opus ſanctuarii circa finem menſis Elul* (Auguſti) *anni ſupputationis minoris 311. per manus praefecti operis Cornelii Adelkind, in officina Domini Marci Antonii Juſtiniani.* 2) Prophetis prioribus, in quorum frontiſpicio annus ישב (312.) eſt expreſſus. 3) Prophetis poſterioribus et 4) denique Hagiographis. Editio eſt nitida; typi ſunt luculenti et diſtincti, et columnae bipartitae. To Keri in margine eſt notatum, et capita Hebraeorum more litteris hebraicis ſunt diſtincta. Satis accurate hunc codicem iterum typis exſcripſit *Cepha Elon*, de quo infra dicendum erit r).

* Biblia Hebraica. 4 Vol. in 18. Venetiis ex officina Juſtinianaea. 312. (1552.) s). [II.]

[Errori a *Le Long* commiſſo tribuit hanc editionem *Baumgartenius*, et quidem eo ex fundamento, quia praecedens editio eodem anno demum finita eſt. Verum uno eodemque tempore editiones et majores et minores ſimul exſcribere, tunc omnino moris erat. Duplicem itaque hujus anni exſtare editionem haud negaverim t).

* Biblia Hebraica in 4. Venetiis. M. Antonii Juſtiniani. 5323. (1563.) u). [III.]

 * Biblia

p) p. 66. col. 1. E.

q) Quae *Le Long* ad an. 1544. recenſet: „Biblia hebraica, columnis bipartitis in 4. „Venetiis 301. (1541.) Forſan ea eſt editio „quae prodiit anno 1551.„ merito ad hunc annum referuntur. Latet enim ſphalma in nota anni.

r) Conf. *Wolffius* Vol. 2. p. 371. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 9. p. 193.

s) p. 66. col. 1. E.

t) Conf. *Wolffius* Vol. 2. p. 371. *Baumgartenius* l. c.

u) p. 66. col. 1. E. In Bibliis Rabbinicis Mantuae 1742. (vid. Sect. II §. XVII.) laudantur ad Geneſ. XIV, 24. Biblia Hebraica Venetiis שך. 320. (1560.) impreſſa, in quibus vox הם voci יקחו poſtponitur. Ignota plane eſt omnibus iſta editio: et fortaſſe eadem eſt, quam ad annum 1563 retulit auctor noſter. Haud raro differunt temporum notae in fronte et in calce libri.

B. H. M. A. Juſtiniani. [IV.] * Biblia Hebraica. in 4. Venetiis. 1573. x).

Qui hanc editionem recenſent, neque editoris neque Correctoris mentionem faciunt. Ultimam vero ex officina Juſtinianaea prodiiſſe editionem, exinde, quod eodem anno *Johannes de Gara* Biblia hebraica in forma octava ediderit, omnino judico y).

§. XIII.

B. H. Joannis de Gara.

B. H. Joannis de Gara. [I.] * Biblia Hebraica in 4. Venetiis. Joan. de Gara. 326. (1566). z).

[Plures typographiae *Joannis de Gara* debemus Bibliorum hebraicorum editiones. Primae editionis exemplar, quod ad manus eſt, titulo eſt orbatum: ad calcem vero legitur: נדפס עם רב העיון על־ידי יוסף חזן יצ״ו בחדש אדר שני בשנת ש״כו לפ״ק בבית..יואן ד״י ריגארא עם האותיות הבמבירגי. *Impreſſum omni cura per Joſeph Chaſan menſe Februario anno 326 minoris ſupputationis. (1566.) in domo Joannis de Gara, litteris Bombergianis.* Idem Corrector in titulis Prophetarum tam priorum quam poſteriorum nominatur. Conſtat opus foliis 528. Quinque Megilloth Judaeorum more Pentateuchum ſequuntur. Pſalterium bipartitis columnis eſt impreſſum. To Keri marginem, et Maſora finalis ultimum occupat locum. Accedit ad calcem tabula Haphthararum. Typi ſunt attriti, et quamvis ejuſdem formae ſint ac typi, quibus *Bombergus* uſus eſt, nitore et claritate illis tamen ſunt longe inferiores. Num. VII. commata quoad maximam partem punctis ſunt deſtituta; additis tamen, ut in Stephanianis, accentuum notis a).

[II.] חמשה הומשי תורה עם שאר חלקי העשרים וארבע מדוייקים בכל עת מיוסדים על שכיות החמדה עם סימני הקרי כתי׳. וציוני הקאפיטולי. והפסקות קריאות התורה כפי מנהג הפשוט ברוב קהילות הקד׳. ולוח לדרוש מעליו הפטרות כל השנה כמנהג כל עם ועם׳ נדפס מחדש בדפוס מהבומבירגי׳ שנת שכ״ח לפ״ק׳ פה ויניציאה במצות יואן דידיגארה.

* Biblia hebraica ſecunda vice impreſſa per Iohannem de Gara. Venetiis. 1568. 8.

Eodem anno, quo Iohannes de Gara initium exſcribendis Bibliis Rabbinicis fecit, et codicem ſacrum minori forma et ſine commentariis Rabbinicis prelo iterum commiſit: ſed opus non niſi praeterlapſo luſtro abſolutum eſt. Ad calcem enim Paralipomenon haec leguntur: נדפס מחדש והוגה עם רב העיון בחדש זיו אך טוב לישראל למב״יא שנת המלכר ידי לקר״ב לפ״ק בבית יואן ריגארה: Impreſſum anno 332. (1572.) Hinc *Wolfius* editionem, cujus *Le Long* haud mentionem fecit, ad annum 1572. recenſet. Quatuor itidem abſolvitur partibus, et libri feſtivales Pentateucho juncti ſunt. To Keri et numerus et capitum et quinti cujusvis verſus in margine notatur. Commata duo Joſ. XXI, 36. et 37. in hac editione deſiderantur. Maſora finalis typis rabbinicis ſeu rotundis ad calcem librorum ſacrorum expreſſa eſt. Sequi-

x) p. 66. col. 2. E.

y) *Wolfius* Vol. 2. p. 372.

z) p. 66. col. 1. E.

a) *Wolfius* Vol. 2. p. 371.

Sequitur de Gara morem antiquiorum editorum, et uti in praecedenti, ſic et in hac editione libros Regum ſecundum conſuetudinem Latinorum numerat b). B. H. Jo. de Gara.

* Biblia hebraica. in 4. Venetiis. Joan. de Gara. 342. (1582.) c). [III.]

§. XIV.

B. H. Francof.

B. H. Francof.

* Biblia hebraica. in 4. Francofurti ad Oderam. 1551. d). [I.]

[Diu multumque, ſed ſemper et ubivis fruſtra hanc editionem in Bibliothecis publicis et privatis quaeſivi: nec unquam, qui illam manibus tractarit, deprehendere potui. Sunt quidem teſtes hujus editionis digni, quibus fides habeatur, ut *Wolfius*, *Knochius*, *Opitius*, quin et *Maittairius*; ſed niſi omnia me fallunt, hi omnes auctorem noſtrum ſecuti ſunt. Notavit quidem *Le Long* editionem obelo, ac ſi ipſe eam vidiſſet. Sed ex adjecto ſigno: N. a. i. e. *Bibliotheca Dion. Nolin Advocati Pariſ. 1710. 12.* ſatis apparet, auctorem noſtrum editionem ipſam conſulere haud potuiſſe. Omnis itaque res ad Catalogum Bibliothecae *Nolini* redit. Utrum vero haec editio revera exiſtat, an vero per errorem editio Veneta ejusdem anni Typographo Francofurtenſi adſcripta ſit, definire nullus audeo e).]

* Biblia Hebraica, in 4. 2 Vol. in 8. et 4 Vol. in 16. Françof. ad Od. Hartmannorum. 355. (1595.) Hae editiones apud Judaeos in magno pretio ſunt f). [II.]

[Triplici forma Hartmannorum ſumptibus prodiere ſacra Biblia uno eodemque anno. Editioni majori in forma quarta titulum dederunt: חמשה חומשי תורה. *Sumptibus Johannis et Friderici Patris et filii Hartmannorum Bibliopolarum. Francofurti ad Oderam. Anno* 1595. Exemplaria in forma octava duplici exſtant ſub rubro. Alia eundem cum editione majori habent titulum; cujusmodi exemplar in Bibliotheca Regia Berolinenſi adſervatur: alia vero, ut palato Iudaeorum magis ſint accommodata, hebraicum praemiſſum habent titulum:

המשה חומשי תורה. נדפס עם רב העיון במצות יוהנ״ן ופרידריך דמתקרים
הארטמנים בשנת שנ״ה לפ״ק פה פרנקפורטיאה אשר על אודרה.

Duobus conſtant voluminibus exemplaria in forma octava, et ad calcem annus 1596. notatur. Exemplaria in forma minori in quatuor volumina ſunt diſtincta, et ſequenti rubro ornata: חמשה חומשי תורה נדפס במצות יוה״נן ופרידריך דהארטמנים בשנת שנ״ה לפ״ק Ad calcem vero ſequentia notantur, poſt Haphthararum tabulam: נדפס פה פרנקפורטיאה על אודרה בביתו של פרידריקוס הארטמאן בשנת שנ״ו לפרט קטון. i. e. *Impreſſum Francofurti ad Oderam in domo Friderici Hartmanni anno minoris ſupputationis* 356. (1596.) Unde apparet triplicem editionem anno 1595. coeptam

b) *Wolfius* Vol. 2. p. 371. Index Bibliorum in Chriſtiano - Erneſtina Bibliotheca Wernigerod. p. 35. *Litterariſches Wochenblatt* Tom. 1. p. 73.

c) p. 66. col. 2. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 372.

d) p. 66. col. 1. D.

e) *Wolfius* Vol. 2. p. 371. *J. C. Opitius* in ſingul. Art. typograph. p. 41. apud *Knochium* p. 689. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 595.

f) p. 67. col. 1. C.

B. H. Francof. ptam et ſequenti anno finitam, non eſſe niſi vnicam. Quinque Megilloth Pentateucho juncta ſunt. Quatuor numerantur Latinorum more Regum libri, et duo libri Eſdrae. Singulis libris, exceptis Megilloth. Iudic. Sam. I, Eſai. Ierem. Prov. Job. Eſdr. et Chron. ſubjecta eſt maſora finalis: ad calcem Prophetarum minorum vero loco ejus dictum Malach. IV, 5. ſine punctis eſt expreſſum. Nota του Keri et numerus capitum in margine eſt expreſſus; numerus vero verſuum et foliorum deſideratur. Triplex haec editio accurate triplicem *Plantini* (§. ſeq.) repraeſentat [g]).

[III.] Biblia Hebraica. 4. apud Johannem et Fridericum Hartmannos. Francofurti ad Oderam. 1598. 4.

Wolffio et *Le Long* haec editio recentior ignota fuit. Utraque vero editio olim fuit in Bibliotheca Baumgartiana [h]). Judaei inprimis editiones, quarum titulus verbis hebraicis ſcriptus eſt, aliis titulis latinis ornatis praeferre ſolent.

§. XV.

B. H. Plantini.

B. H. Plantini.

[I.] * Biblia hebraica in 4. 2 Vol. in 8. et 4 Vol. 16. Editiones elegantes et ſatis correctae. Antwerpiae Chriſtophori Plantini שכו. 326. (1566.) [i]).

[*Chriſtophorus Plantinus* apud Antwerpienſes Typographus celeberrimus [k]), cui plures ſacrorum ſcriptorum editiones communi ſuffragio ſuſceptas, et fere omnes albo librorum rariorum inſerendas debemus, de re ſacra editione Bibliorum hebraicorum in triplici forma optime mereri coepit. Ipſa triplicis formae exemplaria ſibi invicem ſunt ſimillima, eundem habent titulum praefixum, et non niſi ſola externa forma vel majori vel minori differunt. Titulum habent: חמשה חומשי תורה· נדפס עם רב העיון על ידי כרישטופורו פלנטין במצות השר בומבירגי יצ׳ו בשנת ש׳כו לפק פה העיר המהוללה אנוירשה Ad calcem ſingulorum exemplarium ſequentia expreſſa ſunt: נדפס על ידי ובבית כריסטופורו פלנטין עם דפוסי ואותיות הבומבירגי תשלם בחדש טבת· שנת שכ׳ו לפק· ברוך ה׳ אשר לא עזב חסדו ממנו וזכנו לסיים הספר הזה בלי שטן ופגע רע: i. e. *impreſſum per manus et in domo Chriſtophori Plantin, typographia et typis Bombergianis, et abſolutum eſt menſe Tebeth.* (Decembri) *anno minoris ſupputationis* 326. (1566.) *Laudatus ſit Deus, cujus gratia nobis non defuit, et nos aptos reddidit ad perficiendum hoc opus ſine damno et plaga.* Quam ob cauſam in rubro, ſeſe *mandato Bombergi* expreſſiſſe eodicem aſſerat, omnino ignoro. Equidem *Bombergum* ſumptus edendo operi ſubminiſtraſſe facile crederem, dum moris eſt, hoc per במצות *mandato* ſignificare, niſi *Bombergum* jam Anno 1549 ex hac vita deceſſiſſe conſtaret. Typi ſunt nitidi et diſtincti, atque Bombergiani vocantur, vel quia ex officina *Bombergi* fuere, vel quia ad formam typorum Venetiis a *Bombergo* uſitatorum, qui Iudaeorum germanorum typos, quibus

g) Conf. *Wolffius* Vol. 2. p. 373. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 103. Vol. 4. p. 7. *J. C. Becmanni* memorand. Francofurt. p. 60.

h) Catal. Biblioth. Baumgart. Tom. 1. p. 19. n. 13.

i) *Le Long* p. 66. col. 1. E.

k) De vita *Plantini* conf. *Die nützliche Buchdruckerkunſt* cum praefat. *Kappii* Vol. 1. p. 69.

quibus Baſileenſes uſi fuerant, et figura et nitore longe ſuperant, ſculpti et effigiati ſunt. Pentateucho juncti ſunt libri feſtivales. Quatuor itaque partibus ſpeciali titulo diſtinctis abſolvitur quodvis exemplar. Keri una cum nota Capitum hebraica in exteriori paginae parte, numerus vero cujusvis quinti commatis in margine interiori locum habet. Quibusdam libris ſubjicitur maſora finalis; ab aliis vero abeſt. Secundum morem latinorum et aliarum antiquiorum hebraici codicis editionum quatuor Libri Regum in titulo columnae numerantur. Litteris dilatatis tunc temporis typographia caruit; hinc vacuum lineae praecedentis ſpatium una vel duabus lineae ſubſequentis litteris eſt expletum. Accedit in fine tabula Haphthararum, ſecundum ritum Iudaeorum hiſpanicorum et germanorum: ipſae vere Haphtharae in margine ſunt notatae. Magni omnino hanc primam *Plantini* editionem, tum ob inſignem raritatem, tum vero quod ſatis correcta judicatur, faciunt eruditi. Quae *Immanuel Aboab* in Nomologia de praeſtantia hujus codicis judicat, apud *Wolfium* l) legi poſſunt. Id denique obſervandum eſt, triplicem hanc *Plantini* editionem, triplicem *Hartmanni* editionem francofurtanam §. XIV. et *Zachariae Cratonis* Wittebergenſem, §. XVI. ita ſibi invicem correſpondere, ut et vitia typographica ex Plantiniana archetypa in poſteriores tranſierint. B. H. Plantini.

* Biblia Hebraica. in 4. Antwerpiae. Plantini. 340. (1580.) m).

[Primam quam recenſuimus editionem inſequutae ſunt aliae, nimirum Polyglotta Antwerpienſia, editiones cum verſione Ariae Montani, nec non editio minor ſine punctis: de quibus cum ſuo loco agendum ſit, hic tantummodo duas recenſemus editiones iteratas. Quae ad annum 1580 refertur, eundem fere habet titulum ac prima editio: omiſſa ſunt tantummodo verba: *Mandato Domini Bombergi, quem Deus cuſtodiat.* Coepta eſt editio anno 1580, finita demum biennio peracto. Frontiſpicium praefert itaque annum 340 (1580.) ſed in fine legitur annus 342. (1582.) Male itaque *Le Long* ut et *Wolfius* bis eandem recenſent editionem n). [II.]

* Biblia Hebraica. in 8. Antwerpiae. 1590. o).

[*Plantino* omni jure tribuitur haec editio, quippe quae ipſo adhuc ſuperſtite coepta eſt, quamvis, poſtquam anno 1589 inter vivos eſſe deſierat, anno ſequenti demum e prelo exierit p). Quodſi *Wolfio* credendum eſſet, recenſitis editionibus Antwerpienſis anni 1613. 8. addenda eſſet q). Verum iſta ad editiones cum verſione Ariae Montani majori jure eſt referenda. [III.]

§. XVI.

Bibl. Hebr. Witteberg.

B. H. Witteberg.

* חמשה חומשי תורה. Pentateuchum. Mandato et liberalitate Illuſtriſſimi Principis ac Domini Domini Auguſti Electoris Saxoniae etc. excuſum. Vitebergae Typis Zachariae Cratonis Anno 1586. fol. [I.]

Primus

l) Vol. 4. p. 114. conf. Vol. 2. p. 371. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 1. 4. 183. *Carpzovii* crit. ſacr. p. 421. *Walchii* Biblioth. exeg. p. 8. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 514. *J. C. Dornii* biblioth. theol. lib. 4. c. 2. p. 620. Index Bibl. Wernigerod. p. 35.

m) p. 66. col. 2. D. E.

n) Vol. 2. p. 372. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 101. *Walchius* l. c. p. 8.

o) p. 67. col. 1. C.

p) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 372.

q) ibid. p. 373.

B. H. Witteberg. Primus et unicus de hac editione Wittebergenſi eſt teſtis *Auguſtus Beyerus*, qui exemplar, quod Dresdae in Bibliotheca Electorali adſervatur, ipſe vidit, atque de illo expreſſis verbis ſequentia refert. „Exemplar quod in Bibliotheca Regia exſtat „holoſerica coerulei coloris ligatura, et divi Electoris effigie atque inſignibus exornatum, „eſt opus ſplendidiſſimum r). „ Exſtat illud ſub titulo, quem ſupra dedimus; eſt quoque in forma majori: ſed non differt ab editione anni ſequentis 1587. Expreſſum quidem et in forma majori, ſed ipſe textus hebraicus in forma quarta eſt expreſſus et lato margine cinctus. Reliqua omnia ſunt eadem, cum editione ſequenti; idem ſingularum partium titulus: eadem ad calcem nota. Hinc non eſt quod cum Cl. *Knochio* s) duplicem ſtatuamus editionem Wittebergenſem; una eademque eſt, quamvis diverſam anni notam oſtendat.

[II.] חמשה חומשי תורה׃ נדפס עם רב העין על ידי זכריה כראטו
(Wittebergae. 1587. 4.)

Ad calcem operis notatur et annus et nomen eorum, quorum impenſis Biblia haecce hebraica edita ſunt: נדפס במצות יוה״נן וקו״נרד רו״הל האחים על ידי זכריה כראטו בשנת שמ״ז לפ״ק פה וויטמבערג׃. *Impreſſum ad mandatum* (impenſis) *Johannis et Conradi Ruhelii fratrum, per manus Zachariae Cratonis, anno* 347. (1587.) *minoris ſupputationis*. Superius itaque exemplar liberalitati principis, et ad calcem impenſis duorum civium Wittebergenſium tribuitur. Adeo rara et infrequens eſt haec Bibliorum hebraicorum editio, ut in iterata editione Pariſienſi operis *Longiani* omiſſa, *Wolfio* vero non integra, ſed tantum quoad partes nonnullas nota ſit t). Prodiit opus ex officina *Zachariae Cratonis*, alias *Kraft* dicti u), cui nonnullas Bibliorum germanicorum editiones debemus. Fratres vero *Rühelii* non operis correctores ſed cives et ſenatores Wittebergenſes fuere, quorum nomen in hiſtoria Bibliorum germanicorum ſatis eſt celebre. Titulus in utroque exemplari portam repraeſentat, in quo ſupra et infra Pſ. CXVIII, com. 20. expreſſum eſt. Ad primam *Plantini* editionem §. XV. hanc ita eſſe effigiatam, ut fere paginae paginis reſpondeant, quin et Plantinianae ſphalmata typographica in hanc tranſierint, judicat, qui hanc recenſet, Cl. *Knochius*. Quatuor abſolvitur partibus, additis Pentateucho quinque libris feſtivalibus; quaelibet vero pars peculiari ornatur titulo. Claudit unumquemque librum maſora finalis typis quadratis expreſſa, et in fine addita eſt Haphthararum Tabula. Opus imprimendum aggreſſus eſt *Crato* anno 1586. quo tres priores partes exſcriptae, et ad morem Plantinianae editionis, Pentateuchus (§. LXV.) et Duodecim Prophetae minores (§. LXXXI.) mutata tantum externa columnarum forma, in 8. editi ſunt. Quarta denique pars anno 1587. expreſſa eſt, uti ad calcem ſignificatur. Exemplari vero, quod Electori Ill. obtulit, annum priorem adſcripſit x).

§. XVII.

r) Arcana ſacra Biblioth. Dresd. p. 12.

s) *Nachrichten* p. 99. Sequutus eſt illum *Clement* biblioth. hiſt. crit. Tom. 4. p. 37. et *Lorckius* in deſideratis.

t) Recenſet *Wolfius* Vol. 2. p. 397. Prophetas priores et poſteriores, nec non Hagiographa in 4. Witteb. 347. (1587.) per Zach. Crato juſſu Joh. Conr. (dicendum *et Conr.*) רוהל. Solus itaque Pentateuchus cum Megilloth ſeſe oculis ejus ſubduxit. Quatuor hujus editionis tantummodo proſtant exemplaria: 1) Brunſvicenſe, 2) Wernigerodanum, 3) Hamburgenſe in Bibl. Cl. Goetzii, 4) quod olim Berolini in Biblioth. *Seubenrauchii* fuit.

u) *Nützliche Buchdruckerkunſt* Vol. 1. p. 77.

x) Conf. *Goezii* Verzeichnis p. 287. Index Bibl. Wernigerod. p. 36.

Digitized by Google

§. XVII.

B. H. Hutteri. B. H. Hutteri.

* Biblia Ebraea eleganti et majuſcula characterum forma, qua ad facilem ſanctae linguae et ſcripturae intelligentiam primo intuitu literae radicales *plenae et nigrae*, et ſerviles deficientes et quieſcentes *vacuae* ſitu et colore diſtinguuntur, cura et ſtudio Eliae Hutteri, in fol. Hamburgi, excudebat Jacobus Lucius 1587. *Prima et ſola editio nova characterum figura ſingularis, ſed nullius fere uſus. Aliae quae circumferuntur editiones 1588. 1595. 1603. non multiplex et varia, ſed una eademque ſunt editio, ut ex collatis inter ſe exemplaribus cognovi* y). [I.]

[Ut ea, quae a *Le Long* de hac editione plane ſingulari relata ſunt, rectius intelligantur, notandum erit, unicam tantummodo, uti *αὐτοψια* docet, dum tria diverſis titulis ornata ad manus ſunt exemplaria, dari hujus operis editionem, quae Hamburgi propriis editoris ſumptibus prodiit: דרך הקדש לא יעברנו טמא והוא למו הלך דרך ואוילים לא יתעו׃ *Hoc eſt: Via ſancta quam non praeteribunt immundi, cum ſit pro illis: A qua nec viatores, nec ſtulti oberrabunt. Sive Biblia ſacra eleganti et majuſcula characterum forma, qua ad facilem ſanctae linguae et ſcripturae intelligentiam, novo compendio primo ſtatim intuitu litterae radicales et ſerviles, deficientes et quieſcentes ſitu et colore diſcernuntur. Authore Elia Huttero, Hamburgi Impreſſa typis Elianis per Johannem Saxonem. Anno MDLXXXVII. Cum gratia et privilegio Sac. Caeſar. Majeſtatis.* Splendida ſatis, ſi ad externam formam ſpectas, ſunt Biblia, in typographia *Jacobi Lucii*, ſive *Wolffii*, quemadmodum in titulo *Cubi Alphabethici ſanctae hebraeae linguae*, *Hamburgi* 1588. fol. nominatur, in charta magna et alta, typis novis majuſculis exſcripta. Magnos certe ſumptus *Elias Hutterus* z) edendis libris tum hebraicis tum polyglottis impendit: dum ipſe novas litterarum formas plenas et nigras, notandis litteris radicalibus inſervientes, et vacuas ad deſignandas litteras ſerviles, fundi curavit; quin et tantas operi conſecravit aeris ſummas, ut, dum haud parvas inde divitias ſperaret, ſe tandem ad incitas redactum invenerit. Novum hocce inventum ſtudium linguae hebraicae maxime promoturum eſſe, ſibi perſuaſerat. Verum non niſi tironibus aliquantum uſui eſſe poteſt, quibus inprimis litteris radicalibus charactere minori exſcriptis, et vocibus, quibus littera radicalis deficit, ſuperimpoſitis inſervire voluit. Sunt vero, qui iſtam radicalium et ſervilium diſtinctionem linguae ſanctae ſtudio non prodeſſe, ſed obeſſe judicarunt. Laudatur in opere ſolertia, qua plagulae a typographorum vitiis ſunt purgatae, atque peritia in collocandis accentibus manifeſtata, in quo tamen negotio haud raro plus ingenio quam codicum auctoritati tribuit editor. In quatuor partes diſpeſcitur opus, et in titulo cujusvis partis libri biblici hebraice et latine recenſentur. Primus eſt auctor, qui libros feſtivales inter Hagiographa collocavit ſequenti ordine: Pſalmi; Proverbia; Job; Canticum Canticorum; Ruth; Threni; Eccleſiaſtes; Eſther; Daniel; Eſdras; Nehemias; Paralipomena. Numerus Capitum in margine, ut et numerus cujusvis quinti com-

y) p. 67. col. 1. B. C.

z) De vita auctoris conf. *Joh. Molleri* Cimbria litterata p. 392. *Jac. G. de Chauſepiè* nouveau dictionn. hiſt. Vol. 2. p. 224. *Allgem. Gelehrten-Lexicon* Vol. 2. p. 1789.

Digitized by Google

B. H. Hutteri. commatis indicatur. To Keri plane omiſſum, et το Kethibh circello diſtinctum eſt. Num. VII. ut in Bibliis Munſterianis aliisque antiquioribus commata nonnulla ſine punctis ſunt expreſſa. Joſ. XXI. duo commata 36. 37. inſerta leguntur. c. VI, 8. vox ארון circello notata, c. IV, 8. vox אבותם expreſſa eſt. Pſalm. IX, 1. lineola Makkeph conſpicitur, Pſalm. XLVIII, 9. vero illa abeſt. Unde hanc editionem neque cum Bombergianis, neque Münſteriana neque Stephaniana minori exacte conſentire conſtat. Judicia eruditorum de hiſce bibliis, quorum plurima auctori ſunt honorifica, ipſe collegit et in vulgus emiſit editor [a]). Plures recenſentur hujus operis editiones, quas, ne quid omiſiſſe videamur, hic indicabimus.

[II.] * Biblia Ebraea, ſtudio Eliae Hutteri edita. in fol. Hamburgi, typis Lucii. 1588. [b]).

[III.] * Biblia Ebraea Eliae Hutteri. 1596. [c]).

[IV.] * Biblia Ebraea ejusdem. in fol. Hamburgi et Coloniae. 1603. [d]).

[Inter manus eruditorum verſantur omnino exemplaria, quae tam diverſam anni notam oſtendunt. Verum una eademque eſt editio, nunquam recuſa, ſed novo tantum titulo ornata. Sunt alia exemplaria, quibus annus 1588 eſt adſcriptus. *Hutterus* exemplaribus fautoribus, quorum beneficia ipſi quaerenda erant, deſtinatis proximo anno novum praemiſit titulum, donum ut ipſum novitatis ſpeciem haberet. Cum deinde *Dav. Wolderus* una cum *Elia Huttero* Biblia trilinguia in vulgus ederet, deficientibus operis Hutteriani emptoribus, hoc cum illo conjungere, ipſi conſultum viſum eſt. Novum itaque exeudi curavit titulum aeri inciſum, variisque emblematibus cinctum, qui in fraudem emptorum iteratam mentitur editionem: *S. Bibliorum quadrilinguium tomus primus, in quo textus hebraicus continetur, nova et S. Linguae ſtudioſis perutili characterum forma, qua litterae radicales ſerviles et deficientes, primo ſtatim intuitu in ſingulis vocibus diſcernuntur. Nunc primum emendate editus. Hamburgi* 1596. Tertio immutata paululum facie idem expoſitum eſt opus a Bibliopola Hamburgenſi *Georgio Ludovico Frobenio*, qui ſingula, quae editori adhuc ſupererant exemplaria, pretio ſibi vindicavit ſoluto, novoque denuo ſub titulo emptoribus obtulit: מקרא. *Biblia Ebraea, eleganti et majuſcula characterum forma, qua ad faciem ſanctae linguae et ſcripturae intelligentiam primo ſtatim intuitu, literae radicales et ſerviles, deficientes et quieſcentes etc. ſitu et colore diſcernuntur, ad propagandam Dei gloriam elaborata cura et ſtudio Eliae Hutteri. Hamburgi, ex bibliopolio Frobeniano.* 1603. Tria iſta exemplaria non ſunt niſi unicum; verum quae praefationis loco praemittuntur, et tabulae ligno vel aeri inciſae, nec non inſignia Principum et Urbium, inter ſeſe, prout exemplaria fautoribus diverſis deſtinata et oblata ſunt, maxime differunt [e]).

§. XVIII.

a) Epiſtolarum libellus, in quo continentur aliquot magnorum et doctorum virorum litterae, quibus judicium de Elianis Bibliis, Cubo et aliis ejus operibus breviter exponitur. Francof. 1587. 8. et iterum Norimbergae 1604. 8.

b) p. 67. col. 1. C.

c) p. 67. col. 1. D.

d) p. 67. col. 1. E.

e) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 373. Vol. 4. p. 115. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 307. *Goetzii* Merkwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu Dresden Vol. 1. p. 105. *Carpzovius* l. c. p. 406. *Walchius* l. c. p. 8. *Dornius* l. c. p. 615. *Beytrage zur Geſchichte merkwürdiger Bücher* Part. 5. p. 247. Biblioth. Solger. Tom. 1. p. 2. Index Bibl. Wernig. p. 36.

Digitized by Google

§. XVIII.

B. H. Buxtorfii. B. H. Buxtorfii.

* Biblia Hebraea minimo charactere, ex recognitione Jo. Buxtorfii. in 8. Baſileae, Waldrich. 1611. f).

[Typis *Conradi Waldkirchii*, non *Waldrichi*, hanc editionem V. T. hebraici exſcribi curavit *Johannes Buxtorfius*, Pater; qui primus Maſoram reſtituit et emendavit, et ſecundum Maſorae praeſcripta hanc editionem adornavit, quemadmodum ipſe in titulo libri profitetur: עשרים וארבעה והם חמשה חומשי תורה נביאים ראשונים ונביאים אחרונים וכתובים מדוייק בכל עוז וגבור׳ — נדפס פה עיר בזליאה הגדולה והמהוללה שנת שע״א לפ״ק. בבית האדון קונראט ולדקירך יצ״ו׳ Non omnia tituli verboſi verba, quibus editor aut editionem paratam commendat, aut de iis, quae praeſtitit, rationem reddit, exſcribere lubuit. Editoris, *Buxtorfii* nomen neque in frontiſpicio neque ad calcem expreſſe legitur; nominatur potius, qui ipſi in edendo opere auxilio fuit, eruditus Judaeus, *Mardochai ben R. Joſeph Juda Wall*, Francofurtenſis. Coeptum eſt opus anno 1611, anno ſequenti finitum; id quod *Wolffio* nec non *Walchio* anſam dedit, ut iteratae editionis Anni 1612. mentionem fecerint; quem tamen errorem *Wolfius* ipſe tempore inſequenti emendavit, et id quidem optimo jure, ſiquidem ad calcem annus notatur: כ׳י ל״א יש״א לפ״ק. i. e. ש״עב. (1612). Columnis bipartitis et typis minutioribus expreſſa ſunt Biblia. Litterae apertae et clauſae, deficientes et abundantes, ſecundum Maſorae praecepta ſuo loco ſunt poſitae, quibus Keri in margine lineis transverſis expreſſum accedit. Sequitur denique Tabula Haphthararum ſecundum duplicem Judaeorum conſuetudinem ad calcem operis. In fraudem emptorum quibusdam hujus editionis exemplaribus titulus hebraicus aeri inciſus datus eſt; in quo *Menaſſe ben Iſrael* tanquam editor operis celebratur; additis verbis latinis: *Amſtelodami ſumptibus Joannis Janſſonii.* 1639. quo anno *Janſſonius* codicem ſacrum edidit. Diſtinguuntur ambae editiones ſitu τῶ Keri, quod in *Baſileenſi* lineis transverſis, in *Janſſoniana* vero lineis rectis ſcriptum eſt g).

§. XIX.

B. H. Bragadini. B. H. Bragadini.

* Biblia Hebraea. 4 Vol. in 12. Venetiis Typis Joan. Bragadini, in domo Joan. Kaion. 1614-1615. h). [I.]

[Minorem ſolummodo recenſet *Le Long Bragadinorum* Bibliorum Hebraicorum editionem. Verum quemadmodum Bragadinorum familia Nobilis Veneta, quae ſine ullo fundamento ad gentem Judaicam refertur, variis libris hebraicis edendis ſumptus ſubminiſtravit i), ſic et libris ſacris facultates ſuas dicavit, et prima vice Biblia S. V. T. in duplici forma, in quarta nimirum et duodecima, in publicum emiſit.

f) p. 67. col. 1. E.

g) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 374. Vol. 4. p. 115. *Walchius* p. 9. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 197. Index Bibl. Wernigerod. p. 36.

h) p. 67. col. 2. B.

i) Ad manus ſunt Biblia Rabbinica 1617. f. edita, nec non R. Maimonidis Miſchne torah. IV. Fol. per Alphonſum Bragadinum. 1574.

Digitized by Google

B. H. Bragadini.

emiſit. Utramque editionem recenſet *Wolfius*, easque in ſe diverſas eſſe judicat, cum revera non niſi ſola externa forma differant, atque uno eodemque tempore prelo ſint exſcriptae. Editio major hoc titulo eſt decorata: חמשה חומשי תורה ונביאים ראשונים ואחרונים וכתובים׃ נדפס מחדש באותיות חדשות ויפותו הוגה בעין נמרץ כפי כח האפשור׃ במצות השר והטפסר האדון יואני בראגאדינו פה ויניציא בבית יואני קאיון שנת השיב׳ת׳י Annus in fronte expreſſus 373 reſpondet anno Chriſti 1613. Ad calcem vero annus 375 (1615) eſt notatus, quo labor finitus eſt. Typographi nomen eſt *Joannes Kajon*, e cujus officina plures prodiere libri hebraici. Typi ſunt diſtincti et nitidi; id vero haec editio habet peculiare, quod littera ש puncto diacritico omnino careat. *J. H. Michaelis*, edendis cum libris ſacris operam navaret, hanc editionem, ut ipſe in praefatione B. H. teſtatur, conſuluit. Exemplaria in forma minori, in quatuor volumina ſunt diſtincta, et a majori editione, non niſi forma recedunt. Utramque ſumptibus atque impenſis *Joannis Bragadini* debemus k).

[II.] * Biblia Hebraea per Petrum et Laurentium Bragadini. Venet. 379. (1619.) 4.

[*Johanni Bragadino* ſucceſſerunt Viri ex eadem familia, et fama et opibus clariſſimi, qui libris ſacris edendis haud deeſſe voluerunt. Proximi ſunt *Petrus* et *Laurentius*, qui hanc editionem *Le Long* et *Wolfio* ignotam procurarunt l).

[III.] * Biblia Hebraea. 4. Venetiis Bragadini. 388. (1628.) m).

[Ad calcem annus 388. ſed in frontiſpicio annus 387. (1627.) notatur n).

[IV.] * Biblia Hebraea ad uſum Judaeorum. in 4. Venetiis ex typographia Bragadina. 1707. o).

[Addi poſſent editiones annorum 1678. et 1730. ſed quia commentaria judaica textui ſacro juncta ſunt, de hisce infra agendum erit.

§. XX.

B. H. Genevenſia.

B. H. Genevenſia.

* Biblia Hebraica. in 4. in 8. et 6. Vol. in 18. Genevae. Cephas Elon. (hoc eſt Petri Quercetani, vulgo de la Rouviere, à veteri Gallica voce Rouvre orta à Robore, quod Quercum ſignificat.) 378. (1618.) Editiones mendoſae p).

[Quinque numerantur, ſi ad externam ſpectas formam, Bibliorum Hebraicorum editiones, quae Genevae intra decennium ex una eademque typographia prodiere. Duae ſunt in forma maxima cum Verſione latina *Ariae Montani* interlineari. Tres vero recenſentur editiones, quae ſolum textum hebraeum exhibent, et uno eodemque tempore e prelo egreſſae ſunt. Verum eum Typotheta tantummodo columnas

k) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 375. Vol. 4. p. 115. Michaelis praefat. ad B. H. p. 5. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 104.

l) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 19. n. 16.

m) p. 68. col. 1. E.

n) *Wolfius* Vol. 2. p. 377. *Baueri* Biblioth. univerſ. libr. rar. ſuppl. T. 1. p. 213.

o) p. 71. col. 2. C. Conf. *Wolfius* Vol. 4. p. 118.

p) p. 67. col. 2. D.

Digitized by Google

mnas inmiſtarit, tres editiones in ſe non ſunt niſi unica. Exemplaria in forma quarta titulum habent e Bibliis *Juſtiniani* §. XII. de verbo ad verbum exſcriptum; B. H. Genevenſia.
חמשת — לתולדותם. ותהי ראשתו בשנת שע״ח פה גנווא. בבית הארון מאר אר״ר כאפא אילן. Ad normam itaque Bibliorum *Juſtiniani* praeſentem eſſe exſcriptam editionem, non ſine fundamento judico. Diſtinguitur vero ab illa tum typis rudibus et detritis, tum charta, quae ſe albedine minime commendat, tum maxime ſphalmatibus typographicis, quorum hic tam larga eſt meſſis, ut et in rubro libri non deſiderentur. Nomen urbis Genevae, ubi artem Typographicam exercuit *Pierre de la Rouviere*, latine *Petrus Quercetanus*, et hebraice *Cepha Elon* dictus, aut per vitium typographicum, aut ſtudio ita eſt expreſſum, ut et *Genua* legi poſſit. Pentateucho, qui notam anni 1618. oſtendit, juncti ſunt libri Megilloth. In titulo Prophetarum priorum idem annus notatur, ſed editor in inferiori paginae parte *Elon Cepha* nominatur. In titulo Prophetarum poſteriorum nomen editoris reſtituitur, Hagiographorum titulus variis ornamentis cinctus, litteris rabbinicis, et more minime quidem conſueto annum 1617. exprimit. Verum ipſa exemplaria ratione notae anni inter ſeſe differunt. Adeſt alterum, in quo in titulo Hagiographorum legitur שעד. 374. (1614.) et tertium ubi vitioſe expreſſum eſt אשדדו (1617.) Ad calcem vero Hagiographorum notatur litteris quadratis: *Finitum eſt hoc opus ſanctitatis anno* 378. *minoris ſupputationis, die decima tertia menſis Ab*, (Julii) *omni ſtudio et cura, per manus Johan Caſpar Erari germani, qui operi edendo praefuit, in typographia Cepha Elon.* Sed idem Corrector ad calcem Megilloth vocatur *Johann Caſpar Oeder.* Columnae ſunt bipartitae. Capitum numerus intra lineas, commatis cujusvis quinti numerus in margine notatur, ubi et τo Keri locum ſuum occupat q).

Exemplaria in forma octava ſunt inventu difficiliora. Unicum vidi inter manus Judaei, ſed adeo tritum, mutilum et mancum, ut e litterarum reliquiis in fine Hagiographorum, eadem hic verba adſcripta fuiſſe, vix dijudicari poſſit.

Quae ſunt in forma minima, breviori ornata ſunt titulo: חמשה חומשי תורה׳ נדפס שנת שע״ח על ידי כאפא אילן פה גנווא Singulis partibus tituli praemiſſi ſunt, in quibus multum erratum eſt, dum in aliis annus 1620. expreſſus legitur, et nihilo tamen ſecius ad calcem editio iisdem, quas ſupra dedimus, verbis, ad annum 1618. refertur. Sub nomine Bibliorum *Petri Eliani* quibusdam veniunt hae editiones, quae denominatio omni omnino caret fundamento r).

§. XXI.

B. H. Menaſſe b. Iſrael. B. H. Menaſſe b. Iſrael.

* **Biblia Hebraica eleganti charactere impreſſa; editio nova, duabus diſtincta columnis, ex accuratiſſima recenſione R. Menaſſeh Ben Iſrael, cum ejus praefatione latina. Optima editio. 2 Vol. in 4. Amſtelod. ſumptibus Henr. Laurentii. 5395. (1635.)**

Ex praefatione: „Correctionem adhibui, quam potui diligentiſſime; errata „tum in punctis, tum in litteris, quae in exemplaribus hactenus editis non pauca re„peri,

q) *Wolfius* Vol. 2. p. 375. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 192. *Knochii* Nachrichten p. 60.

r) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 8. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamml. p. 20. Index Bibl. Wernigerod. p. 37.

B. H. Menaſſe b. Iſrael. „peri, poſtquam ea diligenter notavi, fideliter omnia emendavi. Uſus ſum in toto „hoc opere quatuor editionibus omnium correctiſſimis, et ubi diſcrepantia aliqua ſeſe „obtulit, ad regulas grammaticales et Maſſorae refugium coepi. His edendis (ſc. epiſtolis) „ſudabat typographia mea Hebraica, quam in iſtas regiones advexeram, (inquit Menaſſe Ben Iſrael praefat. tomi 2 Conciliatoris Hiſpanice anno 1641. editi) „propriis excellentibusque characteribus tres editiones Bibliorum Hebraicorum, (an. „1631. 1635. et 1639.) tres quoque Pentateuchi Hebraei (ann. 1631. 1640. 1646.) „et unam Pentateuchi Hiſpanici (anni 1645.) cum notis marginalibus procuravi [r].„

[Tres ſibi ipſi vindicat ſacri codicis hebraei editiones R. *Menaſſe ben Iſrael*, Synagogae Amſtelodamenſis Doctor celeberrimus [s]). Verum quinque recenſentur omnino editiones, quae nomen ejus in fronte gerunt. Prima ſine punctis, quae in fronte annum 1630, ad calcem vero 1631. habet. Secunda, quam hic recenſemus, coepta 1631. et finita 1635. Tertia *Laurentii* anno 1639. §. ſeq. Quarta, ſi exſtat, *Janſonii* non-punctata. §. XXXVII. et quinta ſpuria, nimirum *Baſileenſis* nova ornata Titulo. §. XVIII. Secunda Editio, quamvis haud paucis ſcateat vitiis, omni tamen applauſu ab eruditis eſt ſuſcepta, tum quia ſe et typorum nitore et punctorum claritate nec non chartae albedine eruditis maxime commendat, tum quia bipartitis columnis ad juvandam lectionem adjumentum adfert, atque adeo quotidiano uſui lectorum commode inſervire poteſt. Ad titulum latine ſcriptum: *Biblia Hebraica, eleganti charactere impreſſa. Editio nova. Ex accuratiſſima recenſione Doctiſſimi et celeberrimi Hebraei, Menaſſe ben Iſrael. Amſtelodami, ſumptibus Henrici Laurentii Bibliopolae Amſtelodamenſis M. DC. XXXV.* accedit in gratiam Judaeorum, una cum praefatione editoris hebraice ſcripta, in qua ſe plus quam trecentos errores correxiſſe afferit, et tabula Haphthararum, Titulus hebraicus aeri inciſus, in quo idem annus 395. (1635) notatur. Qua cura elaboratiſſimam reddere editionem ſtuduerit editor, propria ipſius verba ſupra e praefatione allata teſtantur. Addit idem: *Scopus mihi nullus alius fuit, quam veritatem in charitate ſequi, abſque alterius operae vel laboris, ante hac a quoquam praeſtiti, vel vituperio vel diſpendio. Haud ignarus ſcilicet iſtius Rabbinorum dicti:* Qui ſe onerat cum ignominia ſocii, non habet partem in futuro ſeculo. *Gratum piis omnibus hunc meum laborem futurum confido.* Duabus conſtat integrum volumen partibus; prior continet Pentateuchum et V. Megilloth; poſterior vero, quae, uti titulus teſtatur, jam anno 391. (1631) typis eſt exſcripta, reliquos V. T. libros, Prophetas priores et poſteriores et Hagiographa exhibet. Ad calcem operis, in fine ſecundi Libri Chronic. ante tabulam Haphthararum annus, quo editio, quae in titulo Prophetarum et Hagiographorum annum 1631 habet, e typographia exierit, ſequentibus notatur: השבח לאל בורא עולם אשר עזרנו להתחיל ולגמור המלאכה המפוארה הזאת ותהי השלמתה ביום ב׳ לחדש אדר שנת חמשת אלפים ושלש מאות ותשעים וחמשה ליצירה: i. e. *Gloria ſit Deo mundi creatori, qui nobis in incipiendo et perficiendo opere hocce celebratiſſimo auxilio adſuit. Finitum eſt die ſecundo menſis* Adar, *anno quinquies milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto creationis.* (1635). Menaſſe, cum prima editio anno 1631 finita eſſet, jam eodem anno codicem

[r]) p. 68. col. 2. B. [s]) De vita editoris conf. *Wolfius* Vol. 1. p. 778. Vol. 3. p. 703. Vol. 4. p. 901.

codicem punctis animatum prelo ſubjecit; ſed anno 1635. demum titulum addidit, atque diſtributis prioris editionis exemplaribus, hanc ſecundam publice venum expoſuit. Rarioribus libris jam haec editio annumerari ſolet u). B. H. Menaſſe b. Iſrael.

§. XXII.

B. H. Janſſonii. B. H. Janſſonii.

* Biblia Hebraica, in 8. Amſtelodami, typis Menaſſe ben Iſrael, ſumptibus Janſſonii. 1639. x).

[Amſtelodamenſium Bibliopola *Johannes Janſſonius* Biblia hebraica in domo ſeu typographia *Menaſſe ben Iſrael* exſcribi quidem curavit; verum nec ipſe *Menaſſe* curam operis edendi ſuſcepit, nec editionem proxime praecedentem §. XXI. iterum prelo ſubjecit, ſed editionem *Waldkirchii* Baſileenſem §. XVIII. ita recudi curavit, ut nova priori in omnibus atque ſingulis apicibus, excepto רנ Keri poſitu in margine, quod in Pentateucho interdum, in reliquis vero ſemper linea recta exprimitur, accurate reſpondeat. Titulum ipſum quoque quoad maximam partem ex illa mutuo ſumſit editione: עשרים — וכתובים — באמשטירדם בבית מנשה בן ישראל שנת דודי צ״ח לפרט קטן *Amſtelodami ſumptibus Joannis Janſſonii.* 1639. Ad calcem annus 98. (1638.) notatur: *Conſummatum fuit menſe tertio poſt liberationem meam anno* 98. omiſſo numero centenario. Columnae ſunt bipartitae, et typi omnino Baſileenſes nitore ſuperant. Plus compendii habet editio in quotidiano uſu, quam accurationis. In Pentateucho tituli Paraſcharum columnis impoſitae ſunt, id quod lectorem morari poteſt. Quoad lectiones in quibusdam a hodiernis recedit editionibus. Num. VII. ut in Stephanianis litterae cum accentibus, at ſine punctis, exhibentur. Pſ. IX, 1. et XLVIII, 15. adeſt Makkeph. Joſ. IV, 6. deeſt *Abotham*, c. VI, 8. deeſt *Aron*, c. XV, 5. legitur ינם, c. XXX, 10. ראש ſine Jod, Eſth. X, 1. *Acharueros*, Eſai. I, 22. לסגים habet *Tſere* ante Dag. fort. in ג per errorem typographicum. Commata duo Joſ. XXI. in hac editione expreſſa ſunt. Idem *Janſſonius* eodem anno et N. T. graecum, et Biblia Junio-Tremelliana cum Novo Teſtamento Bezae, una eademque forma edidit, ut ligatura commode ſibi invicem jungi poſſint y).

§. XXIII.

B. H. Athiae. B. H. Athiae.

* Biblia Hebraica correcta a curioſis Judaeis, inprimis a Joſepho Athias, ſecundum praeſtantiſſimas editiones et antiquiſſima manuſcripta, cum praefatione Latina Joannis Leuſden. Editio praeclariſſima, ab omnibus tamen mendis non immunis. 2 Vol. in 8. Amſtelodami, typis Joſephi Athias 421. (1661.) [I.]

„Cum

u) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 377. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 190. *Carpzovii* Crit. S. p. 418. *Walchius* p. 5. *Dornius* lib. 4. c. 2. p. 628. *Hottingeri* biblioth. quadr. p. 127. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 514. et Biblioth. crit. Tom. 3. p. 431. Index Bibl. Wernigerod. p. 136.

x) p. 68. col. 2. E.

y) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 377. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 208. *Carpzovius* l. c. p. 418. *Walchius* p. 5. *Hottingerus* p. 127. *Dornius* p. 628. Index Bibl. Wernigerod. p. 136. qui fere omnes hanc editionem erudito adſcribunt *Menaſſe*, qui tamen ſolam typographicam officinam operi edendo commodavit.

B. H. Athiae. „Cum viderem (*inquit Jo. Leuſden*) Biblia Hebraica eſſe vel cara, vel deſtituta diſtinctione numerali verſuum — — ideo anno 1661. edidi tria millia Bibliorum, in quibus ſinguli verſus biblici fere per notas numerales ſunt diſtincti. *Idem in allocutione ad lectorem praefixa Philologo Hebraeo-Graeco* [z]).

[En titulum editionis jam inter libros rariores numerandae: *Biblia ſacra hebraea correcta, et collata cum antiquiſſimis et accuratiſſimis exemplaribus manu ſcriptis et hactenus impreſſis. Amſtelodami. Typis et ſumptibus Joſephi Athias.* CIↃIↃCLXI. 8. maj. Ornat praeterea editionem titulus hebraicus aeri inciſus. In praefatione *Johannes Leuſden*, cujus ſtudio et cura editio procurata eſt, textum hebraeum cum Bibliis *Bombergi* et *Plantini*, et cum duobus MStis, quorum alterum Amſtelodami in manibus Judaei hiſpani *Gaſpari Ferdinandi Veiga* fuit, ſcriptum A. M. 5059. (A. C. 1299.); alterum Hamburgi adſervatur ante annos 900. Toledae in Hiſpania ſcriptum, curate collatum eſſe teſtatur. Prima eſt Bibliorum hebraicorum editio, in qua ſinguli verſus numeris certis ſunt diſtincti [a]).

[II.] * תורה נביאים וכתובים.

Biblia Hebraica accuratiſſima, notis hebraicis et lemmatibus latinis illuſtrata a Johanne Leusden Philoſophiae doctore et Linguae ſanctae in Academia Ultrajectina Profeſſore. Amſteldami, typis et ſumptibus Joſephi Athiae. Anno CIↃIↃCLXVII. (1667.) 2 Vol. in 8.

Ex praefatione: „Tibi damus B. L. Biblia accuratiſſima et correctiſſima, impreſſa, noſtro in gratia Dei ductu, per celeberrimum Judaeum D. Joſephum Athiam, quibus accuratiora et correctiora nunquam ſol aſpexit. Et quia hactenus talia non ſunt edita, ideo non abſonum nos eſſe facturos judicavimus, ſi hic indicaremus, quae a nobis et Athia in hac editione praeſtita ſunt.„ Verum cum diffuſius ſe expandat, hic conſulto praetermittitur. Rabbini in judicio ſic loquuntur: „Haec Biblia omnia hactenus in lucem edita longe ſine ulla contradictione ſuperant. Verum quidem eſt, quod in principalioribus omnes praecedentes editiones cum hac concordes ſint, attamen ob typographorum incuriam quandoque errores commiſſi ſunt in accentibus et punctis vocalibus, quandoque in verbis integris vel deficientibus vel redundantibus. Utque hos errores evitaremus, diverſis accuratiſſimis exemplaribus uſi fuimus, correctis ex Maſora et a Maſorethicis, qui ſepem legis fecerunt.„

Ob praeſtantiam hujus operis Celſ. et Praepot. D. D. Generales Foederati Belgii ordines Joſephum Athiam Typographum donarunt catena aurea cum numiſmate aureo ex ea pendulo, ut teſtatur extractum ex libro Decretorum ad caput hujus voluminis excuſum.

Ex praefatione Dan. Ern. Jablonski ad Bibl. Hebr. anni 1696. §. 3. „Biblia illa nitidiſſima ſunt; in litteris quidem perraro, in vocalibus frequentius, in accentibus ſaepiſſime aberrare correctores Athiani deprehenduntur.„ Idem §. 8. „Variant inter ſe quaedam exemplaria, quae annum editionis praeferunt 1667. — A Cl. Leusdenio

z) p. 69. col. 1. C.

a) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 378. *Carpzovius* p. 419. *Walchius* p. 5. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 58. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 9. *Knochii* Nachrichten p. 104. *Dorniur* p. 639. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 19.

Digitized by Google

denio edoctus ſum, Athiam primum decreviſſe exemplaria Bibliorum imprimere 4500. Poſtquam vero 4 aut 5 plagulas impreſſiſſet, ſtatuiſſe numerum illum quingentis exemplaribus augere; plagulas iſtas ſequenti anno impreſſas fuiſſe a Leusdenio non correctas. In prioribus leguntur הוצא־אתך cum Maccaph; in poſterioribus ſine Maccaph. Geneſ. VIII, 18.„ B. H. A-thiae.

„Ultimo loco mihi proſpexi de editionibus Athiae (inquit Henr. Opitius in praefatione Bibliorum Hebr. anni 1709.) inprimis vero illa, quae anno 1667. ex recenſione Synagogae Amſtelodamenſis, Summariis inſtructa Cl. Leusdenii lucem publicam adſpexit, quam quidem volvens animadvertebam Maſoram frequentius quam ullum codicem alium ſectari, tantamque in ea adhibitam fuiſſe diligentiam, quantam in aliis depraedicare vix liceret.„

Ex Diario Gallico Erudit. anno 1707. „Secunda Bibliorum Hebraicorum editio ab Athia anno 1667. vulgata priori inconcinnior eſt ac minus accurata. Id tamen peculiare eſt, quod marginem exteriorem Latina lemmata occupent vel potius onerent, quae quidem et iis qui Hebraicam linguam ſciunt, et iis qui eam ignorant, nullius ſunt uſus. Monet Leusdenus in praefatione notas in Pentateuchum a Judaeo Hiſpano primum Hiſpanice ſcriptas, deinde ab altero etiam Hiſpano Latine redditas eſſe.„ Sic ibi loquitur Leusdenus: „Itaque Judaei argumenta Pentateucho et nos coetera omnia a Joſue usque in finem textui ſacro adjecimus. Mirabitur forte nonnemo, quare in quibusdam Prophetiis de Meſſia agentibus non loquuti fuerimus paulo clarius, ut fides noſtra magis confirmaretur. Sed deſinet ille mirari, ſi conſideret hunc impreſſorem Joſephum Athiam Judaeum eſſe, qui nihil auſus fuerit imprimere, niſi antea ab aliis doctis Judaeis examinatum et ventilatum. — — Propterea coacti ſumus, aliquando non tam clare loqui, quam quidem voluiſſemus. Judaei etiam paucas notas, voculam vel addendo vel omittendo, leviter immutarunt.„ Num haec erga Judaeos indulgentia viro Chriſtiano competat? judicabunt Lectores.

De hoc Athiae codice cum in Epiſtola quadam impreſſa an. 1669. non adeo benigne judicaſſet Samuel Mareſius, Theologus Gröningenſis, hic chartam edidit inſcriptam: „ Caecus de coloribus, hoc eſt, Joſephi Athiae juſta defenſio contra ineptam, abſurdam et indoctam reprehenſionem V. Celeberr. D. Sam. Mareſii, qua judicat tanquam caecus de praeſtantiſſima et ubique celebrata Bibliorum Hebraicorum editione anni 1667. in epiſtola ad amicum nuper divulgata. Amſtelodami, typis auctoris 1669.„ Quod ipſum Athiae ſcriptum, conviciorum in Mareſium plenum, ſed et multa ad hiſtoriam illius Bibl. editionis facientia continens, recuſum extat P. II. Animadverſ. Philol. et hiſt. Thomae Crenii p. 121. etc.

Amſtelodamenſem aliam Bibliorum Hebr. editionem anno 432. (Chriſti 1672.) abſolutam recenſet R. Sabtai pag. 84. Biblioth. Rabb. col. 2. cujus aera temporis indicatur hoc verbulo תוכחה 432. Conſtat tamen hanc non aliam eſſe quam ſecundam Athianam editionem, quae anno mundi 5427. (Chriſti 1667.) vulgata eſt, ut fert prima pagina. Scriptum fuit quidem judicium Rabbinorum Synagogae Amſtelodami menſe Niſan anni תוכחה quod in verſione latina redditur 5427. idque recte, cum non addiderint *juxta minorem ſupputationem;* et proinde littera finalis ה non quintum numerum ſed quintum millenarium denotat [b].

 In

b) p. 69. col. 1. E.

Digitized by Google

B. H. Athiae.

[In nova *Leuſdeni* operi praemiſſa praefatione agitur de ipſo textu hebraeo; de notis latinis margini adſcriptis, argumentum textus continentibus; de additis in margine notis hebraice ſcriptis. Accedunt teſtimonia et approbationes Doctorum Judaicorum, et Doctorum Lugdunenſium, et Ultrajectinorum; nec non Theologorum Groningae et Franeckerae docentium. Summo ſtudio certe haec editio procurata eſt; et ſi forte vitium corrigibile in folio jam typis expreſſo remanſit, calamo ſcribae emendatum eſt; ſin minus, integra pagella de novo prelo eſt ſubmiſſa. Nihilo tamen ſecius plura in illa taxanda invenerunt, qui editionem curatius perluſtrarunt viri eruditi. *Sam. Mareſii* cenſurae jungi poteſt *Gerhardi Meieri* opella, qua hanc editionem ſub cenſuram yocat c).

Magni aeſtimatur omnino haec editio; ſed ſingula non ſunt ejusdem aeſtimationis exemplaria: Quingenta exſtant enim, quorum priores plagulas recudi curavit *Athias*, quas *Leuſdenus* neque vidit, neque emendavit. Exemplaria hujus generis diſtinguuntur Gen. I, 3. per lineam Makkeph: ויהי־אור d).

§. XXIV.

B. H. Niſſelii.

B. H. Niſſelii.

* Sacra Biblia Hebraea, ex optimis editionibus diligenter expreſſa, et forma, litteris, verſuumque diſtinctione commendata. Labore et ſtudio Joh. Georg. Niſſelii Palatini, Linguar. Oriental. Propagatoris. — Cum Privilegio. Lugduni Batavorum, ſumptibus et typis Niſſelianis. CIↃIↃCLXII. 8. maj.

[Non ſilentio praeteriit hanc editionem *Le Long* e) ſed nulla quae ad meliorem ejus notitiam quidquam facere poſſent attulit, excepto judicio: *Editio minus accurata. Niſſelius* ille indefeſſus linguarum orientalium propagator, propriam inſtruxit ad edendum codicem ſacrum typographiam. Proxime poſt *Athiae* priorem editionem Niſſeliana, privilegio Statuum Belgiae et Friſiae occidentalis munita prodiit. Ad titulum latinum accedit alter hebraicus: עשרים וארבעה והם חמשה חומשי תורה נביאים ראשונים ואחרונים וכתובים מדוייק כדיווק הנמרץ בכל עוז וגבורה שמנו אותותיה יפה ומניפה בשלש עשרה נפת עם הקרי וכתיב פתוחות וסתומות חסרות ויתרות כתיקון ספר תורה אשר עין לא ראתה כמוהו: העתקנו אות באות מספר ישן נישן מצוקת שבעתים. ראוהו בנים ויאשרוהו חכמים ונבונים יהללוהו. וממנו ראינו וכך עשינו אות באות מלה במלה. בנקודות ובטעמים כי בדי הוא לסמך עליו ואשרי עין ראתה אותו. נדפס מחדש בעיר ישיבה המהוללה לירה על ידי יוחנן גיורגיוס ניסיליוס בחור חריף בלשונות בשנת כי ביתי בית תפלה לפרט קטן i. e. *Libri viginti quatuor, nimirum Lex, Prophetae priores et poſteriores, et Hagiographa, omni ſtudio reviſa. Singu-*

c) Sphalmata Bibliorum Leusdenii atque Athiae. Witteb. 1687. 4.

d) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 378. Vol. 4. p. 116. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 107. Index Bibl. Werniger. p. 38. *Job. Fabricii* hiſt. Biblioth. Vol. 6. p. 144. *Carpzovius* l. c. p. 419. *Walchius* p. 5. *Dornius* p. 629. *Leusdenii* philol. hebr. mixt. praef. fol. 3. n. 10.

e) p. 69. col. 1. D.

Digitized by Google

Singulas litteras accurate et tredecies cribavimus, cum Keri et Kethibh, lineis apertis et clauſis, deficientibus et abundantibus litteris, ſecundum volumen legis, quemadmodum nunquam factum eſt. Singulas litteras ſepties conſideratas ex antiquo codice deſcripſimus. Pueri videbant et laudabant, ſapientes et prudentes extollebant eum. Secundum illum conſideravimus litteram et litteram, verbum et verbum, cum vocalibus et accentibus, ita ut in hiſce confidere poſſit. Beati ſunt oculi, qui hoc vident. De novo impreſſum in urbe celebratiſſima Leida, per juvenem linguarum eximie peritum Johannem Georgium Niſſelium, anno Nam domus mea domus precum dicenda eſt: *ſecundum ſupputationem minorem.* Ubi litterae כבת annum 422. (1662.) produnt. Accedit carmen arabica lingua ſcriptum, atque allocutio *Theodori Petraei*, nec non approbatio Facultatis theologicae Lugdunenſis ab *Abrahamo Heidano*, *Joh. Cocceio* et *Joh. Hoornbeekio* ſubſcripta, qui hanc editionem optimis, quae in ea forma hactenus viſae ſunt, ſi non anteferendam, certe tamen exaequandam judicant; ſed in eo errarunt, dum anno 1662. ſcribunt, ſe quod ad diſtinctionem verſuum, nihil hactenus par vidiſſe; praeceſſerat enim *Athiae* prima cum ſimili verſuum diſtinctione. *Niſſelius* vero antequam opus finiri potuit, diem obiit ſupremum; hinc *Alardus Uchtmannus* ultimam operi admovit manum, eique praefationem praemiſit. Columnae ſunt bipartitae et Keri lineis transverſis in margine eſt expreſſum. Singulis commatibus numerus additus eſt, et tituli librorum et capitum latinis verbis indicati ſunt. Per ſeptem annos integros, uti teſtatur praefatio *Uchtmanni*, de edendo codice occupatus fuit, et ex melioribus editionibus probatiſſimas punctationes expreſſit adjecta aliquando nota diacritica: quae gnaros rei alicujus admoneat minime negligendae. Ad Stephanicam majorem, collatis tamen editionibus aliis, Bombergiana ſecunda, et Menaſſii, editionem expreſſit, ſervatis ejusdem haud raro vitiis typographicis. Ubi vero editor variantem inter codices invenit lectionem, dictionem nota diacritica, i. e. circello maſorethico diſtinxit: quo lectorem monet, ſed de ipſa variatione minime erudit. Eſai. I, 22. in voce לסיגים Dageſch F. extraordinarium in ג obſervatur. Codicem MStum tantummodo ratione punctorum in ſubſidium vocaſſe videtur, uti ex exemplis 1 Reg. V, 10. חירום per *Tſere*, Gen. III. 6. טוב ſine accentu, ib. v. 21. ויעש ſine accentu, aliisque conjiciendum eſt. Typi ſe quidem nitore et claritate commendant, interim variis in locis typi, quorum forma eſt cognata, vix diſcerni poſſunt. Opus ipſum in tollendis operarum vitiis nimiam prodit negligentiam *f*). B. H. Niſſelii.

§. XXV.

B. H. Clodii. B. H. Clodii.

* Biblia Teſtamenti veteris idiomate authentico expreſſa, verſibus, capitibus et Paraſchajoth ſive ſectionibus interſtincta, Maſorecharum Kri, Ktif et [1.]

f) Conf. *Wolffius* Vol. 2. p. 378. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 105. *Carpzovius* l. c. p. 421. *Walchius* p. 9. *Tychſenii* Tentamen p. 346. *J. D. Michaelis* oriental. und exeget. Biblioth. Vol. 10. p. 214. Beyträge zu den hamb. Nachrichten A. 1776. n. 45. p. 353. Wittenbergiſche neue oriental und exeget. Biblioth. Vol. I. p. 281. etc. Auctor recenſionis in eo eſt, ut per *Codicem antiquum*, ad quem editor provocat, non Codicem MS. ſed antiquam editionem intelligendam eſſe ſtatuat. Verum cum nulla editione Niſſeliana magis conſentit, quam cum Hutteriana; et Joſuae XX, 8. ab omnibus quotquot conſulere potuimus editionibus recedit.

B. H. Clodii. quae ſunt ejus generis notis inſtructa, variantibus lectionibus Orientalium et Occidentalium; ben Aſcher et ben Naphthali, et quae praeterea in editionibus Plantini, Bombergii, Baſilienſi, Hiſpanica Regia, et Anglicana Polyglotta, deprehenſae fuerunt, adaucta, latinisque Summariis vel Lemmatibus illuſtrata. Opera et ſtudio David Clodii, Ling. orient. in alma Giſſena ordinarii S. que Theol. Profeſſoris Extraordinarii h. t. Rectoris Magnifici. Francofurti ad Moenum, typis et impenſis Balth. Chriſtoph. Wuſtii. Anno M. DC. LXXVII. 8. maj.

Tres ſunt, quae ſub Bibliorum Clodianorum nomine veniunt editiones, quas hic ordine recenſebimus. Primam ipſe *Clodius*, ſecundam *Majus*, tertiam *Burcklinus* adornavit. Primam recenſet qnidem *Le Long* g), ſed ita, ut nec integrum nec genuinum ejus exhibeat titulum. Sequitur *Clodius* potiſſimum Editionem *Athiae* ſecundam: ſed non preſſo pede veſtigiis *Athiae* et *Leusdeni* inhaeret; verum multa, inſtituta collatione editionum in ipſo titulo deſignatarum, emendavit, correxit, reſtituit. Quanta cura plagulae reviſae et a typothetarum mendis purgatae ſint, ipſe editor in praefatione, et *Leo Simon*, e gente Judaica, M. D. ſcripto hebraico teſtatur. Laude ab aliis exceptum eſt opus, quod inprimis artis criticae ſtudioſis inſervire poteſt, ab aliis vero cenſura eſt notatum. Multa ſunt, quae *Jablonskio* in opere Clodiano taxanda viſa ſunt, qui *Clodium* plurima, quae ſtylum cenſorium merebantur, intacta praeteriiſſe, et quaedam bene habentia, cum mendi ſuſpecta haberet, corrupiſſe, alibi Athianos errores novo errore auxiſſe; non tollendo menda, ſed mutando, et ſolius fere analogiae grammaticae et Codicum quorundam impreſſorum ſubſidio, absque Mſſ. codicibus, absque Maſorae collatione, absque recentis illius et docti Hebraeorum Critici R. *Menachem de Lonzano*, in tractatu *Or Thora* ſuffragio, imo absque peritiore Accentuationis metricae cognitione, ad biblici Textus recenſionem acceſſiſſe, in praefatione Bibliis hebraicis Berolinenſibus praemiſſa, judicat h).

[II.] * Biblia Hebraica, prout illa antehac diligenti opera atque ſtudio Davidis Clodii, Lingu. orient. in alma Giſſena quondam P. P. verſibus, capitibus, — vel Lemmatibus illuſtrata prodiere. Accurate recognita a Joh. Heur. Majo. S. S. Th. D. ejusdemque ut et Lingu. Orient. Prof. Ordin. in Academ. Giſſena, et ultimo reviſa a Johanne Leusdeno, in Academ. Ultraject. Ling. ſacrae Prof. P. Francofurti ad Moenum, typis et impenſis Balth. Chriſtoph. Wuſtii, Sen., Anno MDCXCII. 8. maj.

Ego bona fide (*inquit Leuſdenus in monito*) teſtor, me ſumma cum diligentia et attentione tota Biblia a capite ad calcem perlegiſſe, et judicare, hanc editionem eſſe accuratam, magnamque diligentiam circa illam eſſe adhibitam, eamque multis paraſangis priori anni 1677. eſſe praeferendam. Non tamen ab omnibus ſphalmatis immunem eam affirmat. „Quamvis D. Clodius aliquot paroramatum centurias in „Athia feliciter correxerit, Bibliorum tamen Clodianorum paroramata, quibus ſecun„da cumprimis editio ad nauſeam ſcatet, Athiana aliquot millibus vincunt.„ *Ex Jablonskii Praefatione* i).

[Incidit

g) p. 70. col. 1. E.

h) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 379. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 109. *Knochii* Nachrichten p. 107. *Carpzovius* l. c. p. 422. *Walchius* p. 9. *Dernius* p. 626. Index Bibl. Wernig. p. 38.

i) p. 70. col. 2. C.

[Incidit *Majus* in *Jablonskii* cenſuram, quam non mereri omni data opera allaboravit. Non priorem editionem, cujus titulum integrum iterum exhibet, ſolummodo prelo iterum ſubjecit, ſed ſingulari cura omnem nervum intendit, ut poſterior priori emendatior evaderet; et ut ſucceſſus eo magis propoſito reſponderet, *Johannem Leusdenum* in ſubſidium vocauit. Appendicis loco adjectae ſunt variantes lectiones, quae, ab anguſtia ſpatii, quod eſt ſub columnis, excluſae, notatis in textu aſteriſco locis, ad calcem operis recenſentur. Nonnullis exemplaribus, ſive per incuriam typothetae, ſive ut fraus fiat emptoribus, novaque venditaretur editio, annus MDCCXII. adſcriptus eſt [k]). Quae de editione tertia, quam ſuppoſititiam cenſemus, habet *Le Long*, in notis exhibemus [l]). B. H. Clod.

* Biblia ad optimorum tam impreſſorum, ſpeciatim Clodii, Leusdenii, Jablonski, Opitii, quam manuſcriptorum aliquot codicum fidem collata. Direxit opus, novas capitum inſcriptiones praefationemque adpoſuit D. Joh. Henr. Majus — Collationem vero ſedulam inſtituit, annotationem et interpretationem vocum ἁπαξ ἢ δὶς λεγομενων, cetera denique emendatae editionis ſive requiſita ſive ornamenta, quanto potuit accurato ſtudio addidit M. Georgius Chriſtianus Bürcklin, Illuſtris Paedagogii Giſſenſis Praeceptor. Francofurti ad Moenum. Impenſis Joannis Philippi Andreae. Anno MDCCXVI. 4. [m]). [III.]

[Ad normam editionis Clodianae Anni 1677. expreſſa eſt haec editio tertia; interim illam antiquiorem non improvide ſequuti ſunt editores, ut in praefatione profitetur *Majus*: ſed ſingula curatius, tum ſecundum grammaticam, et regulas accentuationis, tum collatis editionibus *Münſteri*, 1536, *Venetae Bragadini* 1613, *Genevenſi* 1618. nec non Mſtis codicibus, nimirum *Durlacenſi*, *Bashuyſii*, et *Uffenbachianis* ſunt examinata. Typi ſunt clari et diſtincti. Plagulas ſingulas ter emendavit *Bürcklinus*, cui in opere acceſſit *Jacobus Schudtius*; nihilo tamen ſecius, uti judicat *Reineccius*, multis ſcatet editio mendis typographicis; quae ut eo facilius evitentur, una cum litteris puncta vocalia et accentus ſculpta et fuſa ſunt. Poſt *Maji* praefationem leguntur *Bürcklini* annotationes, quibus, quid in hac editione praeſtitum ſit, exponit. Notae marginales Clodianae, ceu variantes ex impreſſis codicibus collectae lectiones expunctae ſunt. Lemmata capitum in interiori margine, interpretationes vero vocum, quae ſemel aut bis in ſacro codice occurrunt, ex interpretatione *Sebaſtiani* *Schmi-*

k) Conf. *Wolffius* Vol. 2. p. 380. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 192. *Knochii* Nachrichten p. 78. *Carpzovius*, *Walchius* et *Dornius* ll. cc. Index Bibl. Werniger. p. 156.

l) „Biblia Hebraea Clodio-Leusdeniana, „verſibus, capitibus et lectionibus interſtincta, Maſoretharum Keri et Ketib notis „inſtructa, latinis lemmatibus diſtinctim il„luſtrata. Editio nova et plane ſingularis, „tertia jam vice accurate recognita, et ultimo quidem ad duos in Europa vetuſtiſſi„mos codices rigidius, inprimis quoad ac„centus examinata etc. a Joanne Henrico „Majo. 8. Jenae, Joan. Phil. Andreae. 1711." Haec *Le Long* p. 72. col. 1, E. Verum editio a *Le Long* celebrata, omnibus, qui ſacrorum bibliorum hiſtoriam conſcripſerunt, omnino ignota eſt. Porro *J. P. Andreas* non *Jenae* ſed *Francofurti* vixit; ut adeo error commiſſus manifeſtus ſit. Hinc editionem hanc ſuppoſititiam eſſe omnino judicamus.

m) Bis hujus editionis mentionem facit *Le Long* ad ann. 1706. p. 71. col. 2, C. et ad ann. 1716. p. 72. col. 2. B.

B. H. Clodii. *Schmidii* in exteriori margine leguntur. Accedit, ut *Jablonſkio* par pari referatur, catalogus emendationum errorum editionis Jablonſkianae. Ad calcem additus eſt Index ſectionum legis et Prophetarum, ad cujus finem typographus nominatur: *Typis Joannis Koelneri. Anno* 1716. *).

§. XXVI.

B. H. Jablonſkii.

B. H. Jablonskii.

[I.] * Biblia hebraica cum notis hebraicis et lemmatibus latinis ex recenſione Dan. Ern. Jablonski Seren. Elect. Brand. a ſacris etc. edita opera et impenſis Joh. Henr. Knebelii, Collegae Gymnaſii Electoralis Joachimici. Berolini. MDCIC. (1699.) 8. maj.

Ex praefatione Jablonskii. „Biblia hebraea tibi damus, lector, communi„bus Hebraizantium noſtrorum votis expetita, cura et impenſis quorundam Hebraeae „litteraturae fautorum promota, noſtro denique ſtudio accurata: qua in re quemad„modum verſati fuerimus, cum te cognoſcere, et noſtra et tua interſit, id in ipſo „limine paucis accipe. Editionem, quam ſequeremur, ſelegimus Cl. Leusdeni poſte„riorem, quae anno 1667. prodiit. Verum ipſam non ita preſſo pede ſecuti ſu„mus, ne paſſim ab ea nonnihil diſcedendum eſſe putaremus. Proprio itaque ſtudio „Bibliorum recenſionem aggreſſuri, ex editionibus impreſſis eas, quae reliquarum „quaſi cardinales videbantur, ſelegimus, Bombergianam Venetam, Regiam, ſeu Ariae „Montani (*Hebraeo-latinam*), Baſileenſem Buxtorfii, et Hutterianam, quibuscum „editionem Menaſſis et aliorum paſſim contulimus. Praeterea uſi ſumus codice MS. „Bibliothecae Electoralis duplici, codice item Bibliothecae Sereniſſ. Principis Anhalti„no-Deſſavienſis. His plures alios codices conjunximus *).

[His ſubſidiis inſtructus, Editionis Athianae voces ſingulas ſingulosque apices ad examen revocavit, et ad analogiam Grammaticae et Accentuationis exegit, et ubi ab ea deflecti animadvertebatur, Codices, Maſoram, *Menachem Or thora*, et *ben Melech Michlal Jophi* inſpexit; et ſi teſtes Analogae Lectionis ſe ſiſterent, lectio eſt reſtituta; ſin minus, nihil immutatum eſt. Si vero diverſa occurrit lectio, utraque tamen analoga, eam elegit, quae codicibus melioribus, ſenſus cohaerentia aptiore, et interpretum ſuffragio niteretur. Inprimis editor de emendatione poſitus accentuum ſollicitus fuit; quem ad analogiam revocare ſtuduit; quodque ipſi tam feliciter ſucceſſit negotium, ut in innumeris locis vera accentuatio ſit reſtituta. Adfuit editori eruditus Judaeus quidam *Levi David*, vel *Juda Leo*, qui operi imprimendo praefuit, et quamlibet paginam quater relegit, atque typothetarum mendas ſtudioſe emendavit. Ad calcem praefationis adduntur nonnullae ſectiones e praefatione Editionis Athianae, et ad calcem operis Catalogus ſelectorum 2294. verſuum, in quibus omnes hebraicae et chaldaicae voces totius V. T. inveniuntur. Ipſi vero verſiculi, quia, cum opus jam ſub proelo ſudaret, Catalogus demum ad manus editoris venit, in opere Biblico Aſteriſcis non ſunt notati. Editio quidem non ab omni menda immunis eſt; magni tamen

*) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 383. Vol. 4. p. 118. Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 19. n. 20. Index Bibl. Wernigerod. p. 40. *Carpzovius* l. c. *Walchius* p. 10. *Dornius* p. 627. qui lepido errore editori jungit *Wilmersdorffium*, adjutorem, et ex urbe hominem fingit.

*) *Le Long* p. 70. col. 2. E.

Digitized by Google

tamen ab eruditis, et inprimis ab *Opitio* aeſtimatur, et optimis omnino adnumeranda eſt. *Burcklinus* vero eam ſtrenue ſub examen vocavit, et haud benigne de illa ſentit. Exemplaria unicae editionis externa forma inter ſe differunt. Nonnulla lato margine circumdata ſunt, ut quartam repraeſentent formam: quae vero exemplaria Judaeis deſtinata ſunt, lemmatibus latinis in margine ſunt deſtituta p). B. H. Jablonskii.

* תורה נביאים וכתובים Biblia Hebraica, in gratiam Philologorum recens edita: Subjungitur Cl. Joh. Leusdenii catalogus 2294. ſelectiorum verſuum, quibus omnes voces V. T. continentur. Ex officina D. E. Jablonski. D. cujus praefatiuncula praemittitur. Berolini Anno MDCCXII. 12. maj. [II.]

Ex praefatione: „Hac tempeſtate poſt primam Berolinenſem formae majoris, „anno 1700 et nuperam non punctatam formae minimae, haec jam tertia prodit for-„mae quidem minoris, punctis tamen vocalibus et accentibus juxta Maſoretharum „leges debite inſtructa „ q).

[Novam editionem majoribus typis procurare ſtatuerat editor, ſed quo minus promiſſis ſtare potuiſſet, impeditus, hanc minorem parum elegantem et minus accuratam in vulgus emiſit. Idem qui in edendo opere majori ad manus fuerat, *Juda Leo*, cum quodam Philebraeo, et huic operi edendo praefuit. Uſus vero eſt typotheta *Benjamin Joſeph* Berolinenſi, et impreſſore *Aaron Selig*, Glogavienſi r).

§. XXVII.

B. H. Toreſii.

B. H. Toreſii.

* תורה נביאים וכתובים — בבית הבחור עמנואל עטיאש שנת תס״ה (Amſtelodami 1705. 12.)

Titulus, cujus hic compendium exhibemus, aeri eſt inciſus, et annum 465. (1705.) expreſſe exhibet. Interim ex ſingularium partium titulis aeri itidem inciſis, per quinquennium editionem ſub prelo ſudaſſe apparet. In parte prima, quae Pentateuchum et Megilloth, et ſecunda, quae Prophetas priores continet, notatur annus 460. (1700.) in parte tertia annus 461. (1701.) et in quarta annus 463. (1703.) in fronte expreſſus eſt; ſed integrum opus non ante annum 1705. eſt abſolutum. Ad calcem enim libr. Chron. legitur: — — בסדר ואת תדבר אלינו את כל אשר ידבר ה' אלהינו. שנת כי תמכה ימינך לפ״ק ubi litterae תמכה annum indicant 465. (1705.) In altera tituli pagina leguntur quatuor Rhythmi hebraici, cum ſubjecto editoris nomine propria manu ſcripto, quibus declarat, exemplaria ſine nomine ſubſcripto eſſe furtiva, ſeu ab alio furtive recuſa. Sed nec omnia exemplaria ita ſunt manu propria notata; nec omnia hunc titulum aeri inciſum oſtendunt. Cum enim editor privilegia Rabbinorum Amſtelodamenſium utriusque Synagogae, Francofurtenſium et Metenſium exſpectaret, plura jam inprimis Pentateuchi Exemplaria diſtraxit, a qui-

p) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 381. Vol. 4. p. 116. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 111. *Carpzovius* p. 422. *Walchius* p. 10. *Reimmanni* Catal. p. 233. Index Bibl. Wernigerod. p. 136.

q) *Le Long* p. 72. col. 1. E.

r) *Wolfius* Vol. 2. p. 383. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 202. *Walchius* p. 10. Index Bibl. Wernigerod. p. 39. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 6.

Digitized by Google

B. H. Toreſii.

a quibus haud raro, etiamſi reliquae partes additae ſint, titulus ille et privilegia abſunt. Pentateuchum ita expreſſit, ut ſeorſim vendi poſſit, titulumque ei dedit, quo indicatur, quanta cura illum exſcribi curarit: חמשה חומשי תורה עם חמש מגלות והפטרות כל השנה כמנהג הקהלות׃ מוגה בהשקפה גדולה ובעיון נמרץ מפי סופרים ומפי ספרים עם הקרי וכתיב והסרות ויתרות וכמה מעלות טובות עד דוד הגדיל׃ ה״ה המוציא והמביא כה״ר דוד נוניש טוריס יז״א׃ באמשטרדם בבית הבחור עמנואל בן הגביר יוסף עטיאס יצ״ו׃ שנת גם ה׳ יתן הטוב לפ״ק i. e. *Quinque partes Legis cum quinque libris feſtivalibus, et Haphtaroth ſecundum conſuetudinem Synagogarum. Summo ſtudio et graviſſima cura ad MStos codices et editiones recognitae, cum Keri et Kethibh, deficientibus et abundantibus litteris et aliis non inutilibus additamentis usque ad perfectionem* Davidis, *per editorem et promotorem* David Nunes Tores, *quem Deus ſervet.* Amſtelodami *in domo docti* Immanuelis *filii* Ioſephi Athias *anno* 460. (1700.) Textus nitide, et eodem modo uti in Bibliis cum Commentariis Raſchianis ab eodem editis, expreſſus eſt, uti in MStis exſcribi ſolet. Singuli verſiculi notis numeralibus ſunt diſtincti; quilibet vero quintus more judaico littera conſueta indicatur. Commata duo Joſuae XXI. hic quidem exſcripta ſunt, at aſteriſcis a reliquo contextu diſtincta ſunt, addita in margine nota, ſecundum *Kimchium* et Maſoram duo commata eſſe exterminanda. Magni inter Judaeos aeſtimatur editio, et tanti quidem, ut fere manum ei, dum juramentum praeſtandum eſt, et nullum ad manus eſt *Sepher Thorah*, imponere recuſent. Id denique monendum eſt, editiones iſtas, quas *Le Long* et *Wolfius* ad annum 1700. et 1705. tanquam diverſas recenſent, unam eandemque eſſe. Error iſte ex diverſa in fronte et calce anni nota originem traxit [r]).

§. XXVIII.

B H. Ev. v. d. Hooght.

B. H. Ev. v. d. Hooght.

* תורה נביאים וכתובים

Biblia Hebraica, ſecundum ultimam editionem Joſ. Athiae, a Johanne Leusden denuo recognitam, recenſita, atque ad Maſoram et correctiores Bombergi, Stephani, Plantini, aliorumque editiones exquiſite adornata, variisque notis illuſtrata ab Everardo van der Hooght V. D. M. Editio longe accuratiſſima. Amſtelaedami et Ultrajecti, ediderunt Boom, Waesberge, Goethals, Borſtius, Wolters, Halma, van de Water et Brodelet. MDCCV. 8. maj.

Adjecta eſt ad calcem praecipua diverſitas lectionis inter editiones Athiae, Bombergi, Plantini et aliorum obſervata ab eodem *Van der Hooght.* Haec editio praeſtantiſſima et nitidiſſima, novis typorum formis excuſa. Ajunt enim quemlibet characterem ſua ſecum puncta ſimul fuſa geſtare.

Ex praefatione: „Ut autem ineunte hoc ſeculo XVIII. ſacra Volumina, characterum elegantia, chartae nitore, omnique accuratione, omnibus hactenus vulgatis palmam praeriperent, nec labori, nec ſumptibus parcere decreverunt ſpectabi-

„les

r) *Le Long* p. 71. col. 1. C. col. 2. B. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 113. *Wolfius* Vol. 2. p. 381. Vol. 4. p. 117. *Walchius* p. 6.

„les ſocietatis Amſtelodamenſis et Ultrajectinae Bibliopolae, titulo hujus codicis nomi- B. H. Ev. v.
„ne ſignati. — — Aſſequuti ſunt ipſum illud exemplar, quod tertiae et novae editi- d. Hooght.
„oni concinnaverat Joan. Leuſden. — — Cum autem omnium conſenſu ultimam „Athiae editionem anni 1667. omnibus reliquis et accuratione et uſu multis modis „praeſtare certum ſit, eandem etiam nobis exacte ſequendam perſuaſum habuimus. „Cura correctionis foliorum demandata eſt correctori Judaeo. — Omnia folia ad mi- „nimum ter ante impreſſionem ſumma diligentia ipſe perluſtravi. — — Typis igitur „divulgamus textum originalem tanta cura et indefeſſo labore emendatum, ut omnes „editiones reliquas, notis accuratione et correctione in plurimis ſuperet [t]).

[Pereruditae praefationi, in qua editor tum ea, quae in aliis editionibus aut bene aut male ſunt expreſſa, recenſet, et de iis, quae reſtituit, aut emendavit, aut de novo addidit, rationem reddit, accedunt judicia Theologorum Leidenſium, Franeckeranenſium, *Melchioris Leydeckeri*, *Joannis Braunii*, *Joh. Meyeri*, *Nic. Gürtleri*, *J. Rhenferdii* et *Adriani Relandi*. Textus hebraicus non ad codices MStos, ſed uti in titulo aeri inciſo indicatur, ad editionem *Athiae* ſecundam *aliosque codices optimos* eſt recognitus, quorum in numero ſunt, *Athiae* duplex, *Bombergi*, *Plantini*, aliorumque editiones, quarum ratione punctorum diverſitates ad calcem 22 foliis exponuntur. Typi ſunt admodum diſtincti et clari; et puncta vocalia accurate et clare expreſſa: verum quemlibet characterem ſimul cum punctis fuſum eſſe, non omni ex parte verum eſt; Gen. V, 3. in voce ויולד punctum *Segol* caſu ſuo loco motum eſt. Inter imprimendum varia hic illic detecta ſunt emendanda, quibus ſtatim medela parata eſt; quapropter ſingula exemplaria ſibi invicem haud accurate reſpondent. Lemmata latina in margine conſpiciuntur, quae paucis argumentum cujusvis ſectionis exponunt. Ad calcem librorum ſacrorum adjecta eſt Maſora finalis, una cum latina interpretatione: Nomen cujusvis libri latinis verbis una cum numero capitum in ſuperiori paginae parte eſt adſcriptum, ſingulis vero commatibus numerus eſt adſcriptus. Hinc quotidiano uſu editio maxime eſt accommodata [u]).

§. XXIX.

B. H. Opitii. B. H Opitii.

* מקרא והוא תורה נביאים וכתובים

* Biblia hebraica cum optimis impreſſis et manuſcriptis codicibus in et extra Germaniam per plurimos annos incredibili labore et diligentia collata, et juxta Maſoram, Or Thora, Schaar Hanneginoth aliaque Hebraeorum principia critica ſollicite examinata, accuratiſſime emendata, et fideliter recenſita, charactere illuſtri expreſſa, capitibus, verſiculis et ſectionibus tum Chriſtianis tum Judaeis uſitatis, interſtincta, notis Keri et Ketibh inſtructa, ac latinis ſummariis illuſtrata, ſtudio et opera D. Henrici Opitii. — Kilonii typis et ſumtibus Bartholdi Reuteri. Anno MDCCIX. 4. maj. [x])

 [Edi-

t) p. 71. col. 1. C.

u) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 381. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 193. *Knochii* Nachr. p. 167. *Carpzovius* p. 422. *Walchius* p. 10. Act. Erudit. Lipſ. 1707. p. 215. Index Bibl. Wernigerod. p. 39. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 6.

x) p. 72. col. 1. D.

B. H. Opitii. [Editio accuratiſſima a *Le Long* ſalutatur, et id quidem optimo jure. Per triginta annos Editor, Kilonenſium Profeſſor celeberrimus, operam eo impendit omnem, ut editionem codicis ſacri elaboratiſſimam pararet. Nec operam, nec indefeſſum laborem perdidit; ſiquidem, quamvis quoad nitorem externum aliis ſit inferior, plurimis tamen ut elaboratiſſima atque accuratiſſima anteponi meretur. Accedit typorum forma majuſcula, qua oculis lectorum bene conſultum eſt. Praefatio recenſet ſubſidia, quibus editor inſtructus fuit, In quorum numero ſunt codices typis exſcripti, Biblia Brixienſia 1494. (§. V.) Biblia Rabbinica 1523. (Sect. II. §. III.) et 1543. (Sect. II. §. V.) Biblia hebraica Bombergi 1521. et 1525. (§. IX.) Biblia Veneta R. Jacobi Lombroſo 1639. (Sect. II. §. XIV.) Biblia Polyglotta Sanct-Andreana 1587. (Cap. III. §. VIII.) Roberti Stephani Biblia hebraica in quarto, quae hic ad annum 1536. referuntur, ejusdemque editio minor, (§. XI.) Biblia Polyglotta Antwerpienſia, (Cap. III. §. III.) Duae editiones minores Plantini, 1580, et 1540. (lege 1566. §. XV.) Biblia Polyglotta Londinenſia, (Cap. III. §. VI.) Biblia Rabbinica Buxtorfii, (Sect. II. §. VIII.) Biblia hebraica Eliae Hutteri, (§. XVII.) Biblia hebraica Menaſſe b. Iſrael (§. XXI.) Biblia Francofurtenſia Hartmannorum, (§. XIV.) et denique Editiones Athiae (§. XXIII.). „Hoc itaque (ita editor in praefatione) inſtructus apparatu ad ipſum me accinxi opus et dictum Athiae codicem, tunc temporis optimum, pura interſperſi charta, ut fundamenti loco mihi eſſet, ad quem meas congererem notas et obſervationes. Hinc ſingulo folio plicatura quadam in duo latera diviſo, unum variantibus, quas deprehenderem, librorum ſcripturis, alterum Maſorae, quaeque in *Or Thora*, Schaar Hanneginoth aliisque libris criticis occurrunt, obſervationibus deſtinavi. Tum vero ſeligens ex plurimis tunc temporis Auditoribus meis Hebraeae linguae peritiores, qui mihi in tanto opere adjumento eſſent, duodecim quotidie et plures meis adducti precibus, per tres quatuorve horas convenerunt, quibus ego ſingulis peculiare ex ſupra dictis exemplar in manus dedi, uno eorum quam Leusdenianus Codex haberet lectionem, clara voce recitante. Omnibus itaque ad ea, quae dicebat, diligenter mecum attendentibus, ſi quae diverſa ab illo Codice occurreret lectio, occurrebat autem frequentiſſime, fideliter ea indicabatur: ubi nec ego mei immemor officii varietatem iſtam, ſi quam probabilitatis aut veritatis ſpeciem prae ſe ferret, meo inſerebam codici; quodſi vero manifeſti proderet vitii indicia, rejeci ſtatim et procul abeſſe juſſi. Quo quidem factum eſt, ut tantam variantis Codicum ſcripturae nactus fuerim farraginem, ut vix chartae ſufficeret anguſtia — — Qui quidem labor maximi certe taedii atque ſollicitudinis fervente quotidie opere vix intra quatuor annos tandem fuit abſolutus.„ Conſuluit editor praeterea Codices MSS. Berolinenſem, Francofurtanum et Hamburgenſem, qui quanto ipſi emolumento fuerint, variis editor illuſtravit exemplis. His ſuffultus ſubſidiis ſingulas codicis voces et apices ad rigidiſſimum revocavit examen, emendatumque codicem praelo ſubmiſit. Singula folia ad minimum ſexies relegit. Lemmata quoad maximam partem e Codice Leusdeniano et Jablonskiano deſumta margini adjecit, atque ita editionem et ſplendidam et accuratam procuravit. Scripſit editor quoque commentarium criticum ad dijudicandum lectionum variantium valorem, qui vero, quantum me ſcire licuit, lucem non adſpexit y).

§. XXX.

y) Conf. *Wolffius* Vol. 2. p. 382. Vol. 4. p. 118. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 11. *Knochii* Nachr. p. 61. *Carpzovius* p. 423. *Walchius* p. 8. Act. Erud Lipſ. 1710. p. 33. *Samlung von A. und N.* 1709. p. 775. Index Bibl. Wernigerod. p. 39.

Digitized by Google

§. XXX.

B. H. Michaelis.

B. H. Michaelis.

* עשרים וארבע ספרי הקדש

ſive Biblia Hebraica ex aliquot Manuſcriptis et compluribus impreſſis codicibus; item Maſora tam edita quam manuſcripta aliisque Hebraeorum criticis diligenter recenſita. Praeter nova lemmata textus in Pentateucho, accedunt loca ſcripturae parallela, verbalia et realia, brevesque annotationes, quibus nucleus graecae LXX interpretum et O. O. verſionum exhibetur, difficiles in textu dictiones et phraſes explicantur, ac dubia reſolvuntur, ut ſuccincti commentarii vicem praeſtare poſſint. Singulis denique columnis ſelectae variantes lectiones ſubjiciuntur. Cura ac ſtudio D. Jo. Henr. Michaelis, SS. Th. D. etc. et ex parte opera ſociorum, ut pluribus in praefatione dicitur. Halae Magdeburgicae, typis et ſumptibus Orphanotrophei. MDCCXX. 8. maj.

[Jam anno 1705 editionem exſpectari juſſerat editor, quapropter et Le Long editionem ad huncce annum recenſet z). Verum ex eo tempore ſingulari cura et ſedulitate, collato ſtudio aliorum, quorum nomina in praefatione recenſentur, per quindecim annos in adornanda editione laboravit. Quo praeterlapſo annorum ſpatio Anno 1720 e prelo exiit. Praefatio de conditione hujus editionis rationem reddit. Agit enim de hiſtoria hujus operis; de laborum ſociis et adminiculis; de textu hebraeo ejusque partitione et integritate; de lectionibus variantibus; de Maſora; de editione ipſa et annotationibus. Singula capita pereruditе ſunt tractata, quae ſi hic recenſere vellemus, a ſcopo noſtro aberraremus. Subſidia itaque, quibus editor inſtructus fuit, hic nominaſſe ſufficiat. Sunt illa: 1) MStum Erfurtenſe primum; 2) — ſecundum; 3) — tertium; 4) — quartum; 5) — quintum. 6) *Bombergi* Biblia Rabbinica, 1517. fol. (Sect. II. §. III.) 7) Biblia Rabbinica Veneta. 1618. (Sect. II. §. VII.) 8) *Buxtorfii* Biblia Rabbinica. (Sect. II. §. VIII.) 9) *Bombergi* B. H. 1518. 4. (ſupra §. IX.) 10) *Rob. Stephani* 1543. 4. (ſupra §. XI.) 11) Biblia regia Antwerpienſia 1571. fol. (Sect. III. §. 3.) 12) B. H. Plantiniana 1566. 4. (ſupra §. XV.) 13) Bibl. Polygl. Sanct-Andreana. (Cap. III §. VIII.) 14) B. H. *Hutteri*. (ſupra §. XVII.) 15) Biblia Polygl. Anglic. (Cap. III. §. VI.) 16) Bibl. hebr. lat. Lipſienſia. (Sect. III. §. VII.) 17) B. H. *Athiae* ſecunda. (ſupra §. XXIII.) 18) B. H. *Clodii* (ſupr. §. XXV.) 19) B. H. *Rob. Stephani* minora. (ſupr. §. XI.) 20) B. H. *Bombergi* 1521. 4. (ſupr. §. IX.) 21) B. H. *Bragadini*. Venet. 1614. 4. (ſupr. §. XIX.) 22) B. H. ejusdem 1678 (Sect. II. §. XV.) 23) B. H. *Hartmanni* Francof. 1595. 4. (ſupr. §. XIV.) 24) B. H. *Opitii* (§. XXIX.) Acceſſerunt et alii codices, qui certis in locis conſulti ſunt. De ipſo autem labore exantlato editor ſolertiſſimus in praefatione: „Fundamenti loco in collatione Codicum nobis fuere „Biblia hebraica S. R. atque Cl. V. *Dan. Ern. Jablonſki* Berol. 1699. edita utraque „forma 8. et 4. cujus editionis textum non ad verba ſolum et dictiones, ſed ad ſingulas etiam ſyllabas, puncta et apices, a capite ad calcem usque recenſuimus, et in „noſtro variantium lectionum ſelectu ſub nota *Ber.* aut *Berol.* citamus. Labor autem

 iſte

z) p. 71. col. a. B.

Digitized by Google

B. H. Michaelis.

„iſte collationis Codicum die 9 Octobris 1702. incoeptus, et per 15 menſes ac ultra „productus, finem ſuum vidit ineunte anno 1704. poſtquam huic negotio ego cum „duodecim commilitonibus ſingulis diebus tres quatuorve horas tribueram. Et quan„quam moleſtum ſatis eſſet, ſuperfluis fere minutiis et vacuis ſaepe ſignis notandis „inhaerere: facile tamen ejus rei taedium abſtergebat uſus, quem nonnunqnam ſen„tiebamus, et felix laboris progreſſus. — — Lectoris autem et notarii vices ipſe „ſuſtinebam, paullulumque ſubſiſtebam non ad ſingulas tantum voces, ſed etiam ad „conſonantes, vocales et accentus, criticasque notas, ut quisque ſuum codicem ac„curate inſpiceret, meque et univerſum collegium, ſi quid varium deprehenderet, „moneret.„ Textus ita recognitus typis claris et diſtinctis eſt exſcriptus, quamvis puncta nonnulla interdum nimis ſint exilia. Ad marginem interiorem accedunt lemmata latina, numerus verſuum, et annotationes; ad exteriorem potiſſimum parallela loca, et annotationes, quae et inferiorem paginae occupant partem: in infima vero parte lectiones variantes exhibentur, quae certis ſignis ad codices ſupra laudatos, unde hauſtae ſunt, remittuntur. Singulis Prophetis poſterioribus praemiſſae ſunt uberiores praefationes; annotationes vero in Hagiographa, quia uberiores ſunt, quam quae in margine locum habere potuiſſent, ſeorſim ſunt excuſae *a*). Unica tantummodo eſt editio, quae formam primam, quartam et octavam habet; quae vero in forma quarta ſunt exemplaria, albedine chartae aliis omnino eminent. Caſu infelici multa libri Geneſeos exemplaria perierunt, quae vero ad redintegrandum opus ſummo ſtudio recuſa ſunt. Non ab omnibus libera eſt editio mendis; puncta interdum ſunt nimis leviter expreſſa; litterae latinae hebraicis vocibus ſaepe ſuperimpoſitae lectorem aliquantulum impediunt; et annotationes tam minutis typorum formis ſunt exſcriptae, ut fere oculum armatum requirant; nec integrum opus oculis ſeſe ita, ut Biblia Hooghtiana, commendat. Nihilo tamen ſecius omnium eſt editio praeſtantiſſima, quae omnes praecedentes ſuperat, et ſequentes poſt ſe relinquit *b*).

§. XXXI.

B. H. Propſii.

B. H. Propſii.

* Biblia hebraea cum vetuſtiſſimis atque optimae notae tam MSS. quam typis excuſis codicibus diligenter collata, et ſecundum veterum ſcribarum ac Maſorethārum correctiones examinata. Notulis *τ̃ου* קרי et כתיב ubique fideliter appoſitis, ad variantes lectiones rite ac more majorum legendas ac pronunciandas, litteris, vocalibus et accentibus cum omni humana cura atque induſtria reviſis. (Amſtelodami 1724.) 8. maj.

Ad latinum libri Titulum accedit hebraicus, in quo editor *Salomo ben Joſeph Props* Bibliopola Amſtelodamenſis expreſſe nominatur: ארבעה ועשרים הם תורה נביאים וכתובים תיקון סופרים מוגה ומנופת בכל כח האפשרי מהפסולות שנפלו בכל הראשונים באמשטרדם על ידי ובבית כה״ר שלמה בן כה״ר יוסף כ״ץ זצ״ל

a) Uberiorem Annotationum philologico-exegeticarum in Hagiographos Vet. Teſtamenti Libros Vol. I. II III. Halae 1720. 4.

b) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 384. *Knochii* Nachrichten p. 67. *Carpzovius* p. 423. *Walchius* p. 11. 12. *Joh. Franc. Buddei* iſagog. p. 1479. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 60. Acta erudit. Lipſ. 1721. p. 49. *Sammlung von A. u. N. A.* 1721. p. 429. Index Bibl. Wernigerod. p. 40.

Digitized by Google

לפק לשמי הבית יבנה הוא בשנת ספרים מוכר פרופס זצ"ל i. e. *Libri viginti quatuor, nimirum Lex, Prophetae et Hagiographa, ſecundum praecepta ſcribarum diſtincti, et ab omnibus mendis praecedentium editionum omni poſſibili cura liberati. Amſtelodami per manus* et *in domo Salomonis ben Joſeph, Props Bibliopolae, anno:* Hic nomini meo domum aedificabit. (2 Sam. VII, 13.) i. e. 484. (1724.) Accedunt varia *Joh. Meyeri*, *Wilh. Surenhuſii*, *Caroli Schaafii*, *Alberti Schultenſii* et *Ottonis Verbruggi* teſtimonia, quibus praeſtantia hujus editionis celebratur, quam *Surenhuſius* tanti facit, ut ſe nullam ſacrorum bibliorum editionem correctiorem hactenus vidiſſe teſtetur. Remota vero ſunt teſtimonia ab exemplaribus hebraico titulo ornatis et Judaeorum uſui inprimis dicatis. Initium imprimendi jam anno 1722. factum eſt, uti ex titulo Prophetarum priorum apparet, ubi annus 482. (1722.) notatur: biennio vero peracto demum opus abſolutum eſt. Accurate editio repraeſentat editionem Hooghtianam §. XXVIII. omiſſis tamen annotationibus et Lemmatibus latinis. Singuli verſus, contra morem Judaeorum, ſuis numeris ſunt diſtincti. Editio optimis et correctiſſimis adnumeranda c). B. H. Propſii.

§. XXXII.

B. H. Reineccii. B. H. Reineccii.

* Biblia Hebraica ad optimorum codicum et editionum fidem, recenſita et expreſſa, adjectis notis Maſorethicis, aliisque obſervationibus, nec non verſuum et capitum diſtinctionibus, numeris et ſummariis, accurante M. Chriſtiano Reineccio. SS. Theologiae Baccalaureo et Conſiliario Saxo-Weiſſenfelſenſi. Lipſiae apud Bernhardum Chriſtoph Breitkopfium. 1725. 8. [I.]

Biblia manualia quotidiano uſui accommodata, typis nitidis et luculentis at minoribus exſcripta. Textus in praefatione ad optimos codices MStos expreſſus dicitur, quos tamen minime recenſet; ſequitur vero accurate textum Bibliorum Polyglottorum ejusdem editoris, quorum initium jam 1713. factum eſt. Keri et nonnullae variantes in poſitu accentuum columnae ſubjiciuntur. Emendandarum plagularum cura *G. J. Kehrio* demandata fuit d).

* Biblia hebraica ad optimorum — Editio altera. Lipſiae — MDCCXXXIX. 8. [II.]

Priorem preſſo pede ſequitur editio altera, quae ſine jure a *Walchio* tertia appellatur; ſiquidem, quam recenſet anni 1730. editionem, non exſtare conſtat. Aſſerit quidem qui plagularum emendandarum curam ſuſcepit, *J. C. Meſſerſchmidt*, ſe prioris editionis mendas emendaſſe; ſed ex priori in alteram nonnulla ſphalmata tranſierunt, uti infra columnam ad Joſuae IV, 1. באלצא pro באמצא et ad Deut. XXXII, 6. להור pro לחור. quibus de novo alia acceſſerunt, ut prior poſteriori omnino ſit praeferenda e).

* Biblia

c) Conf *Wolfius* Vol. 4. p. 121. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 9. p. 196. *Walchius* p. 6. Theolog. Biblioth. Vol. 1. p. 1045. *Gelehrte Zeitungen*, Lipſiae A 1754. p. 165. Index Bibl. Wernigerod. p. 40.

d) Conf *Wolfius* Vol. 4. p. 122. *Walchius* p. 12. Acta Erudit. Lipſ. A. 1725. p. 381. *Samlung von A. u. N. A.* 1725. p. 785. *Coleri*

e) *Walchius* p. 12. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 204.

Digitized by Google

B. H. Reineccii.

[III.] * Biblia hebraica, ad optimas quasque editiones expreſſa cum notis maſorethicis, et numeris diſtinctionum in Paraſchas et capita et verſus; nec non ſingulorum capitum ſummariis latinis accurante M. Chriſtiano Reineccio — Lipſiae ſumtibus haeredum Lankiſianorum. MDCCXXXIX. 4.

Prodiit haec editio eodem, quo ſuperior anno, differt vero ab illa non ſola forma, ſed plane eſt ſingularis et ſui generis unica. Evolvitur liber more librorum latinorum a dextra ad ſiniſtram. Ipſi vero V. T. libri, neglecta communi Bibliorum hebraicorum conſvetudine, juxta ſeriem in Bibliis germanicis uſitatam ordinati ſunt; ita ut diviſio codicis in quatuor partes penitus ſublata ſit f).

[IV.] * Biblia Hebraica ad optimorum — — Editio tertia. Lipſiae — — MDCCLVI. 8.

Poſt fata editoris curam editionis geſſit *Caſp. Gottlob Pohlius*, qui et praefationem praemiſit, in qua de emendatione hujus editionis, inprimis quod accentuum puncta concernit, rationem reddit; plura emendavit, alia praetermiſit, novisque volumen adauxit g).

§. XXXIII.

B. H. Zullichoviana.

B. H. Zullichoviana.

* Biblia ſacra tam Veteris quam Novi Teſtamenti, cum Apocryphis, ſecundum fontes hebraicos et graecos, cum Praefatione Chriſtiani Benedicti Michaelis — — Zullichovii, impenſ. Orphanotrophii. 1741. 4. maj.

Textus hebraeus ex editione *Opitii* §. XXIX. eſt exſcriptus, et variis in locis emendatior redditus. Conſentit accurate cum textu hebraeo Bibliorum hebraico-germanicorum. Nihil omnino mutatum, niſi quod eliminata verſione germanica, in locum Praefationis *Muthmanni*, praefatio *Michaelis* Hallenſium Th. D. et Pr. ſucceſſerit h).

§. XXXIV.

B. H. Simonis.

B. H. Simonis.

[I.] * Biblia hebraica manualia ad optimas quasque editiones recenſita, atque cum brevi lectionum maſorethicarum, Kethiban et Krijan reſolutione ac explicatione, ut et cum dictionario omnium vocum Veteris Teſtamenti hebraicarum et chaldaicarum, in uſum ſtudioſae juventutis edita a Johanne Simonis, Hiſtor. S. et Antiquit. Prof. Halae Magdeburgicae, ſumtibus H. Gottl. Bierwirthii. MDCCLII. 8.

Ad normam editionis *van der Hooght* §. XXVIII. effigiata eſt editio, quam omnis adhibita ab editore cura a multis mendis typographicis haud liberare potuit, quemadmodum ipſa teſtatur praefatio. Dictionarium Veteris teſtamenti hebraeo-chaldaicum, ut ligatura cum Bibliis hiſce jungi queat, eadem forma editum, continet ſingulas radices et derivata codicis ſacri. Adjecta eſt analyſis et explicatio lectionum maſo-

f) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 194. p. 240. *Zuverläſſige Nachr.* Vol. 2. p. 604. *Walchius* l. c. Acta hiſtorico-eccleſiaſtica Vol. 7. p. 1056.

g) *F. W. Kraftii* theologiſche Biblioth. Vol. 2. p. 799. Vid. infra de bibl. hebr. german. Sect. III. §. XLII.

h) *F. W. Kraftii* theolog. Nachr. Vol. 1.

Digitized by Google

maſorethicarum, ea forma, qua illae in textu ſacro exſtant, ordine alphabetico digeſta, inque uſum ſtudioſae juventutis edita *i*). B. H. Simonis.

* Biblia Hebraica manualia ad praeſtantiores editiones accurata. Acceſſerunt I. Analyſis et explicatio variantium lectionum, quas Kethibh et Kri vocant. II. Interpretatio epicriſeon maſorethicarum ſingulis libris biblicis ſubjectarum. III. Explicatio notarum marginalium textui S. hinc inde additarum. IV. Dictionarium omnium vocum Veteris Teſtamenti hebraicarum et chaldaicarum denuo emendatius editum. Cura et ſtudio Johannis Simonis — — Editio ſecunda emendatior. Haſae ſumptibus Orphanotrophei. MDCCLXVII. 8. maj. [II.]

Editio priori longe anteferenda, cui de novo duae appendices acceſſerunt *k*).

§. XXXV.

B. H. Piſauri. B.H.Piſauri.

Recenſitis Sacrorum Bibliorum editionibus, Biblia iſta, quae vulgo Biblia nuda appellantur, ſubjungimus. Sunt illa, quae textum ſacrum ſine punctis vocalibus exhibent, atque ſtudiis eruditorum Judaeorum magis quam Chriſtianorum inſerviunt. Numerus illorum haud magnus eſt. Antiquiſſima ſunt:

* Biblia Hebraea nuda. (vel ſine punctis) in folio et in 4. Impreſſa Piſauri anno 1494. correctiſſime *l*).

[Debemus binas haſce editiones, aut ſi mavis unicam editionem in duplici forma, eiſdem Soncinatibus, qui eodem anno Biblia S. cum punctis emiſerunt §. VI. *Buxtorfio* teſte editiones ſunt correctiſſimae. Recenſet eadem *Hermannus von der Hardt:* „Judaei in Italia, Soncini, Piſauri, Venetiis auſi pro ſuis privatis uſibus uti „maturius typographiae beneficio ad deſeribendos codices Hebraeos ſacros, ipſorum „peculium, in 4. et folio, minorique forma *m*). „ Verum celebratiſſimas iſtas Piſaurenſes editiones nuper in dubium vocavit Cl. *De Roſſi*, qui cum ingenti ſtudio antiquiſſimas Bibliorum editiones congeſſit, de hiſce Piſaurenſibus nullibi vel volam vel veſtigium indagare potuit *n*).

§. XXXVI.

i) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 2. p. 115. *Kraftii* theolog. Biblioth. Vol. 7. p. 814. 817. *Walchius* p. 13. Index Bibl. Wernig. p. 40. Quo ſtudioſae juventuti eo magis inſerviret, edidit Auctor Introductionem grammatico-criticam in linguam hebraicam, qua de linguae illius appellationibus, origine et antiquitate, natura, fatis ac ſubſidiis, de praecipuis item grammatices hebraicae momentis, de textu denique hebraico ſacri codicis V. T. diſſeritur, in uſum juventutis φιλεβραιων edita. Accedit appendix de lingua chaldaica. Halae Magdeburgicae, ſumt. Orphanotrophil. 1754. 8. Conf. *Gelehrte Zeitung*, Lipſ. 1754. p. 645.

k) *Theolog. Berichte.* Gedani. Part. 51. p. 1. etc.

l) p. 62. col. 2. D.

m) Memoria ſecularis Ximenii. p. 45. Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 109. *Buxtorfii* biblioth. rabbin. p. 301. *Schelhornii* amoenit. litterar. Tom. 2. p. 419. *Maittaire* annal. (1719.) p. 323.

n) De hebraicae typogr. origine. p. 80.

Digitized by Google

B. H Plantiniana.

§. XXXVI.

B. H. Plantiniana.

[I.] • חמשה חומשי תורה עם רב העיון על ידי כרשטופורוס פלנטין יצ׳ו בשנת ש׳לג לפק פה העיר המהוללה אנוירשה

Biblia Hebraica ſine Punctis. in 8. et 2 Vol. 12. Antwerpiae Chriſtophori Plantini. 333. (1573.) o).

[Ad calcem notatum eſt hebraice: *Finita ſunt hodie die* 2. *Menſis Elul* (Auguſti) *anno* 334. *ſecundum minorem ſupputationem.* (1574.) *in typographia* Chriſtophori Plantini, *Antwerpiae, regnante Philippo Rege Hiſpaniae, qui et imprimendi licentiam conceſſit.* Editio nitida typis minuſculis in bipartitis columnis exſcripta. Capita et verſus Judaeorum more ſunt diſtincti; at in prima codicis plagula ſingulis commatibus numerus arabicus in margine eſt adſcriptus. Altera editio in forma minori ab hac non niſi forma differt. Referuntur plerumque ad annum 1574. quo finitae ſunt. Adaptavit editioni majori Novum Teſtamentum graecum, et N. T. Syriacum typis hebraicis exſcriptum, ut ligatura commode jungi queant; minori vero N. T. Syriacum in eadem forma adaptatum eſt p).

[II.] • Biblia Hebraica. 2 Vol. 16. Leidae, Raphelengii. 1595. q).

[*Plantini* editionem recuſam dedit gener ejus *Franciſcus Raphelengius*, qui ipſe Typographiam Lugduni Batavorum exſtruxit.

[III.] • Biblia hebraica ex officina Raphelengiana. Leidae 1610. 12.

Proſtat editio ſub titulo: חמשה חומשי תורה נדפס עם רב העיון על ידי בני פרנ׳קישקוש רפלנגיוש ז׳ל בשנת ש׳ע לפ׳ק פה העיר המהוללה לירה 370. (1610.) *Franciſci Raphelengii* filii e paterna typographia codicem ſacrum ad normam prioris editionis in publicum iterum emiſerunt. In quatuor partes per titulos eis praefixos diſtincta eſt editio, a *Jacobo Le Long* praetermiſſa r).

[IV.] • Biblia hebraica ſine punctis. 2 Vol. in 24. Hanoviae Jacobi Hana. 370. (1610.) s).

[Prodiit itidem in forma octava, et ad normam Plantinianarum editionum ita ambae effigiatae ſunt, ut paginae paginis accurate reſpondeant. Curam Editionis geſſit *Abraham ben Elieſer*, qui poſtea *Buxtorfio* ad manus fuit, plagulasque Bibliorum Rabbinicorum correxit. Eidem *Wolfius* editionem Codicis ſacri hebraei punctatum ab eodem Typographo *Jacobo Häne* typis expreſſam tribuit. Verum omnibus, quos conſulere potui, ignota eſt iſta editio; quam itaque fictitiam cenſeo t).

§. XXXVII.

o) *Le Long* p. 66. col. 2. C.

p) *Wolfius* Vol. 2. p. 372. *Knoebii* Nachrichten p. 73. *Carpzovius* p. 411. *Walchius* p. 13. 14. ubi duplex error in determinando anno commiſſus eſt. *D. Clement* biblioth. hiſt. crit. Vol. 4. p. 35. Beyträge zur Geſchichte merkw. Bücher, Vol. 1. p. 14.

q) *Le Long* p. 67. col. 1. D. Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 374. *Walchius* p. 14.

r) *Wolfius* et *Walchius* ll. cc.

s) *Le Long* p. 67. col. 1. E.

t) *Wolfius* et *Walchius* ll. cc.

Digitized by Google

§. XXXVII.

B. H. Menaſſe b. Iſrael.

B. H. Menaſſe b. Iſrael.

* חמשה חומשי תורה פרשיותיו פתוחות וסתומות ע״פ הרמ״בם ז״ל ומדויק בחסירות ויתרות להעתק ס״ת עם לוח בסופו מועיל לסופרים ונביאים ראשונים ואחרונים וכתובים: נדפס בבית מנשה בן יוסף בן ישראל זצ״ל והוגה בעיון נמרץ על ידו שנת ישמחו השמים. באמשטירדם במצות השר וחשוב בא״ה הינדריק לורינציאוס Amſtelodami 1630. 8. *). [I.]

[Quinque quinquerniones legis cum apertis et clauſis Paraſchis ad praeſcriptum Moſis b. Maimon p. m. litteris deficientibus et abundantibus, ad deſcribendum ex iis librum legis, inſtructae; cum tabula ad calcem adjecta in uſum ſcribarum. Cum Prophetis prioribus et poſterioribus et Hagiographis. Impreſſae in domo Menaſſe filii Joſeph, filii Iſrael, p. m. *et omni cura ab ipſo reviſae. Anno Laetabuntur coeli.* (390. A. C. 1630.) *Amſtelodami, impenſis Domini Henrici Laurentii.* Ab exemplaribus Chriſtianis deſtinatis abſunt ultima verba, quae notam anni ſequuntur; et illorum loco additum eſt: *Amſtelodami ſumptibus Henrici Laurentii.* 1630. In exemplaribus vero Judaeis conſecratis, quale ad manus eſt, leguntur, quae exſcripſimus, et quae ſimul de nequitia Judaica teſtimonium ferunt, dum *Laurentium*, per abbreviata verba nomini praemiſſa, *gentilem* appellat. Ad calcem operis ſibi ipſi editor laudes canit, quod omnia praeſtiterit, quae ab antiquis Scribis et Synedrii aſſeſſoribus ſunt requiſita: excuſat ſimul abſentiam tabulae in titulo promiſſae, quibus praemiſſis addit: ותשלם המלאכה המפוארה הזאת בבית מנשה בן ישראל יום ה׳ לחורש אדר שנת שצא לפק. *Abſolutum eſt hoc praeſtantiſſimum opus in domo Menaſſe ben Iſrael* die 5 menſis Adar anno 391. (1631.) Inter tres ab ipſo *Menaſſe* procuratas editiones haec eſt prima anno 1630. coepta et ſequenti anno finita; quapropter a *Le Long* ad poſteriorem annum refertur. Exhibet textum ſine punctis in bipartitis columnis expreſſum, et plane ſingulari ordine libros ſacros ſiſtit, dum V. Megilloth librum demum Jobi ſequuntur. Nil habet ſane editio, quo ſe oculis commendare poſſit, multisque ſcatet mendis typographicis *).

* Biblia hebraica 8. Amſtelodami, typis Menaſſe ben Iſrael ſumptibus Janſſonii. 1639. *). [II.]

[Plures ſunt de hujus editionis exiſtentia teſtes, quorum vero procul dubio nemo illam vidit. Si revera exſtaret, quinque, uti ſupra §. XXI. diximus, forent editiones hujus Judaei nomine inſignitae. Sed, ne haec editio non-punctata, ex illa quam ſupra §. XXII. deſcriptam dedimus, conficta ſit, omnino vereor.

§. XXXVIII.

B. H. Leusdeni.

B. H. Leusdeni.

* Biblia hebraica non punctata, verſibus, capitibus et ſectionibus interſtincta, notisque Maſorethарum, quas Kri et Ktif appellant, inſtructa. Accurantibus

u) *Le Long* p. 68. col. 2. A.

x) *Wolfius* Vol. 2. p. 377. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 206. *Knochii* Nachrichten p. 76. *Walchius* p. 14. *Th. Carpovii* animadv. phil. p. 12.

y) *Le Long* p. 68. col. 2. E. *Wolfius* et *Walchius* ll. cc. *Carpzovius* p. 425.

B. H. Leusdeni.

tibus Johanne Leusdeno et Joh. Andrea Eiſenmengero. Francof. impenſis Balthaſ. Chriſt. Wuſti ſen. typis Johannis Wuſti. Anno MDCXCIV. 8. z).

[Editio ſatis mendoſa, quorum nonnulla exemplaria, ut Judaeis ſint accommodatiora, titulo hebraeo ſunt ornata. Plagularum emendandarum ſuſcepit *Eiſenmengerus*, qui profugus tunc Francofurti vitam degit. Praefationem vero praemiſit *Johannes Leusdenus*, qui omnes ſacri codicis editiones non punctatas recenſet, ſed de illa quam §. praecedenti in dubium vocavimus, omnino ſilet. Promittit ſimul Novum Teſtamentum graecum ex eadem officina, ut cum Veteri iſthoc hebraico in unam eandemque ligaturam ſcite compingi poſſit: quod tamen jam anno 1693. huic editioni praeceſſit. Hinc per aliquot annos editio hebraica ſub prelo ſudavit. Quae de iterata codicis hebraei et graeci editione anni 1697. Amſtelodami facta habet *Johannes Fabricius*, vero non ſunt conſentanea. Iſto enim anno neque V. neque N. T. Amſtelodami typis eſt expreſſum. In errorem vero eum induxit Praefatio *Leusdeni* editioni Amſtelodamenſi anni 1698. praemiſſa. (v. Cap. II. Sect. 1. §. LXXI.) a).

§. XXXIX.

B. H. Mareſii.

B. H. Mareſii.

* עשרים וארבעה. Biblia Hebraica, ſine punctis. MDCCI. in 8. b).

[Jungimus praecedenti hanc editionem, non ſolum temporis ratione ducti, ſed quia *Georgius Mareſius* illam ad normam Leusdenianae, *Amſtelodami* et *Ultrajecti* impenſis *Gerardi Borſtii*, *Franciſci Halma*, et *Guilielmi van de Water* exſcribi curavit, praefationemque praemiſit. Triplici ornata eſt titulo breviori, quem ſupra dedimus, longiori ex Leusdeniana deſcripto, et hebraico. *Le Long* editionem ad annum 1702. remittit. *Wolfius* vero bis eandem recenſet editionem c).

§. XL.

B. H. Jablonskii.

B. H. Jablonskii.

* Biblia Hebraica non punctata in Philebraeorum gratiam forma minima compendioſe expreſſa. E Typographeo D. E. Jablonski Th. D. cujus etiam praefatiuncula praemiſſa eſt. Berolini. Anno Dni 1711. 24. d).

[Curam editionis ſuſceperat *Sebaſt. Gottfr. Starcke*, ſed morte praeventus laborem *Jablonskio* reliquit, qui et in praefatione rationes, quare codicem in minima forma, minimisque typis edere decretum ſit, uberius exponit. Editio nullius fere uſus, nulliusque pretii e).

§. XLI.

z) p. 70. col. 2. D.

a) Hiſtoria Biblioth. Fabric. Vol. 6. p. 369. Conf. *Wolfius* Vol. 2 p. 380. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 2. p 200. *Walchius* p. 14. *Carpzovius* p. 425. Index Bibl. Werniger p. 38.

b) p. 71. col. 1. C.

c) *Wolfius* Vol. 2. p. 381. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 10. *Carpzovius* p. 425. *Walchius* p. 14. *Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 122. Index Bibl. Wernigerod. p. 39.

d) p. 72. col. 1. E.

e) *Wolfius* Vol. 2. p. 383. *Baumgartenii* Nachr. V. 4. p. 13. *Walchius* p. 14. qui itidem recenſet Biblia hebraica nuda Zullichovii 1728 impreſſa. Sed de hac editione nihil certi indagare potui.

Digitized by Google

§. XLI.

B. H. Forſteri.

B. H. Forſteri.

* תורה נביאים וכתובים Biblia Hebraica ſine punctis. Accurante Nath. Forſter S. T. B. CCC. ſocio. Oxonii, e Typographeo Clarendoniano, typis et ſumptibus academicis. MDCCL. in 4.

Multa exſpectari iuſſit editor, ſed parum praeſtitit. Quoad externam formam opus eſt ſplendidum, ſed tanti emitur, ut emptorum tanto pretio nudum Textum Hebraeum non-punctatum emiſſe facile poeniteret. Variantium lectionum recenſionem promiſerat quidem editor: ſed et illam in perpetuum exſpectabunt hujus operis poſſeſſores *f*). Singula quae ad nos ab Anglis pervenerunt eruditionis hebraicae ſpecimina, artis critices non vegetam aetatem, ſed adoleſcentiam produnt. *Baylii* Biblia hebraeo-anglicana, (Sect. III. §. XLV.) ut aliter judicemus, nos minime commoverunt. Utrum vero *Kennicottii* herculeus labor, ut aliter ſentiamus, nos cogere poſſit, aut idem confirmet judicium, adhuc ſub judice lis eſt.

§. XLII.

B. H. Kennicottii.

B. H. Kennicottii.

* Vetus Teſtamentum Hebraicum cum variis lectionibus Edidit Benjaminus Kennicott S. T. P. aedis Chriſti Canonicus et Bibliothecarius Radclivianus. Tomus primus. Oxonii, e Typographeo Clarendoniano. MDCCLXXVI. fol. maj.

Jam opus magnum multoties annunciatum, avide exſpectatum, magnis curis vigiliisque et multis impenſis accuratum, quin et antequam publicum in conſpectum prodiit, ſub cenſuram vocatum, accuſatum, defenſum, ad noſtras pervenit manus, haud levi aere comparatum. Cujus cum hiſtoriam ſcribimus, non omnia, quae ab aliis relata ſunt, hic, ne in volumen evadat recenſio, nobis repetenda ſunt, ſed tantummodo ea, quae nobis maxime neceſſaria videntur, hic in compendio exhibebimus. Jam circa annum 1753. Cl. *Kennicottius* ſuſpicionem aluit, MSta hebraea varias et a Codice Maſorethico longe diverſas habere lectiones, idque allatis variis ſpeciminibus probare ſtuduit *g*). Natum eſt inde ipſi ſtudium, MSta in Magna Britannia adſervata cum Textu Maſorethico conferendi; hinc anno 1759. menſe Januario, quod ceperat conſilium, cum orbe erudito communicavit. Univerſo operi perficiendo decem annorum ſtatuit ſpatium, et quotannis de opere peracto publice rationem reddidit. In Magna Britannia omnia MSta, quae diu variis in ſcriniis cum luctu et ſqualore dimicarant, conquiſita et in lucem pertracta ſunt. Extra Britanniae fines, Romae, Florentiae, Hamburgi, Taurini, Toledae, Roterodami, Conſtantinopoli, Warſoviae, Venetiis, Neapoli, Bologne, Genuae, Ultrajecti, Erfurti, Berolini, Pariſiis etc. MSti codices indagati ſunt; nec defuere viri eruditi, qui codices contulerunt, collationesque cum editore communicarunt; quin et Cl. *Paulus Jacobus Bruns* varias in terras iter cum in finem fecit, ut quibusdam in locis dubiis MStos conſuleret codices.

f) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 9. p. 198. *Walchius* p. 14.

g) The ſtate of the printed Hebrew Text of the old Teſtament conſidered. 1753. 8. quam opellam latine edidit Cl. *Tellerus*. Lipſiae 1756. 8.

B. H. Kennicottii. codices. Collati ſunt per decennium MSti codices 253. et 12 editiones typis expreſſae. Ut vero ſcirent, quomodo opus aggrederentur, qui editori auxilio eſſe vellent, jam anno 1763. publicavit Methodum varias lectiones notandi et res ſcitu neceſſarias deſcribendi, a ſingulis hebraicorum Codicum MStorum V. T. collatoribus obſervandam, qua iis non de punctis, ſed tantum de litteris, et quidem de additionibus, omiſſionibus, transpoſitionibus, Variationibus, Correctionibus et Raſuris ſollicitos eſſe praecipit [b]). Habemus nunc Operis tomum primum ante oculos, qui Pentateuchum, et e numero Prophetarum priorum priores quatuor continet. Quaelibet pagina in duas diſtincta eſt columnas. In Pentateucho exhibet columna altera textum hebraeum ex editione *Everardi van der Hooght* §. XXVIII. at ſine punctis expreſſum: in altera vero columna, quoties Pentateuchus Hebraeo-Samaritanus in litteris ab hebraeo maſorethico recedit, litterae typis quadratis, non Samaritanis, expreſſae ſunt, reliqua vero ſpatia lineolae transverſim ductae adimplent. In margine inferiori ſub utraque columna variantes ſiſtuntur utriusque Pentateuchi lectiones, ita ut codices MSti certis numeris diſtinguantur. In reliquis vero Voluminis partibus Textus hebraeus per duas columnas eſt diſpoſitus, ſubjectis itidem lectionum varietatibus. Opus eſt ſplendidum in magna charta typis claris et diſtinctis expreſſum. Accedit ab initio epiſtola nuncupatoria, qua Magnae Brittanniae Regi opus ab editore ſingulari qua par eſt obſervantia inſcribitur; Teſtimonium *Semleri* de opere Kennicottiano; Recenſio eorum, qui ſubſcribendo impenſas ſubminiſtrarunt, et denique praefatio, qua uſus notarum in deſignandis MStis adhibitarum, docetur. Ad calcem vero Teſtimonia Variorum de hoc opere adjecta ſunt. Quae omnia tuto in ſcriniis Editoris quieſcere paſſi eſſent Lectores; ſi modo prolegomena promiſſa, quae auctoritatem et aetatem conditionemque MStorum, e quibus Variantes Lectiones prolatae ſunt, demonſtrabunt, volumini praemittere placuiſſet. Habes hic externam operis faciem. De interna vero ejus conditione, jam antequam lucem adſpexit, multum inter eruditos diſputatum eſt. Collectionem variantium lectionum codicis hebraei non eſſe ſuperfluam, aut plane inutilem, nec exinde rei ſacrae periculum imminere, ſed potius eſſe neceſſariam, id eſt, in quo omnes quidem conſentiunt. Sed num tam neceſſaria ſit, ut exinde Textus Maſorethicus depravatus ſuam iterum integritatem recipiat; num inſtitutum Kennicottianum ita ſit adornatum, et ſingula tentamina ita comparata ſint, ut exinde tam inſigne rei ſacrae emolumentum ſperari poſſit, id eſt, de quo in diverſas omnino abeunt ſententias. Sunt qui Cl. *Kennicottio* omni ex parte applauſerunt, calamumque contra eos, qui non tam benigne de opere judicarunt, pro eo ſtrinxerunt. Sunt vero alii, qui varia, et minime nihili facienda ipſi oppoſuerunt. Inter ipſos Anglos nonnullos invenit editor cenſores, qui quamvis in genere negotium illud varias lectiones colligendi minime oppugnarent, varia tamen in methodo ac inſtituto reprehendebant. Inter noſtrates vero omnium primo nominandus eſt Cl. *O. G. Tychſenius*, qui in erudito *Tentamine* [i]) multa in medium protulit, quae Cl. *Kenni-*

[b]) Conf. The ten Annual Accounts of the Collation of hebrew MSS. of the old Teſtament, begun in 1760. and completed in 1769. by Benjamin Kennicott. Oxon. 1770. 8.

[i]) Tentamen de variis codicum hebraicorum Vet. Teſt. MSS. generibus, a Judaeis et Non-Judaeis deſcriptis: eorum in certas claſſes diſtributione, et antiquitatis et bonitatis characteribus. Roſtochii 1772. 8.

Digitized by Google

Kennicottio, aliiſque, qui a partibus ejus ſtant, minime placere potuerunt. In varias diſtinguit vir ille rei hebraicae natus MSta hebraica claſſes; quorſum referuntur MSta ex antiqno codice hebraeo litteris graecis depicto, quales olim exſtitiſſe multis exemplis e verſione ſeptuagintavirali adductis probat, iterum ſed litteris hebraicis deſcripta; MSta a Non-Judaeis exarata; Latinizantia; exercitii gratia a ſcribis indoctioribus, aut a juvenibus exarata; inſtitutioni puerorum dicata; aut ſimulacris ferarum immundarum exornata. Addit denique criteria, ſecundum quae gennina aetas et auctoritas MSti codicis indagari poſſit. Ex quibus omnibus, cum Cl. *Kennicottius* ex omnibus, quae inter manus venire poſſint, MStis, Variationes colligere ſtatuerit, ipſa vero Codicum aetas, auctoritas et conditio tam ambigua ſit, ut ipſe *Kennicottius* de pauciſſimis tantum quidquam certi determinare poſſit, denique concludit, parum emolumenti a laboribus Kennicottianis exſpectandum eſſe, et fere ubivis dubium remanere, utrum lectio annotata a textu maſorethico recedens digna ſit, quae notetur, an vero ſit error aut oſcitantia aut negligentia indocti Scribae? Ita accuſati Editoris cauſam defendendam ſuſcepit Cl. *J. D. Michaelis* k), cui accedunt ex parte, ex parte vero *Tychſenio* adſtipulantur Cl. *J. A. Erneſti* l), Cl. *J. F. Hirtius* m) et Cl. *J. A. Dathius* n). Defendit vero rem ſuam Cl. *Tychſenius* in liberato tentamine o); et cum anonymus contra eum de novo inſurgeret adverſarius p), appendicem liberato tentamini adjunxit q), qua adverſario reſponſa mittit, et paulo poſt, editionis ſpecimen, quod Cl *Kennicottius* emiſit, idem ſub examen vocavit r). Acceſſit ei nuper, qui Volumen operis primum recenſet, Cl. *J. E. Eichhornius* s), qui ex collatione Variantium, quas Cl. *C. F. Schnurrerus* in Diſſ. de Codicum Libr. V. T. aetate difficulter determinanda, e Codice Harleſ. Oxonienſi communicavit, cum opere Kennicottiano, editorem ſatis oſcitanter egiſſe demonſtrat. Ultimo denique loco hic ad inſtitutum a Cl. *Tychſenio* operis Kennicottiani examen provocamus t), quo ſingula accurate recenſentur et excutiuntur, quae ad ſequentia capita reduci poſſunt: 1) Editorem non accurate Hooghtianam expreſſiſſe editionem, ſed τo Keri marginale, puncta et accentus omiſiſſe, pericopas poëticas vero ad normam Odarum Anacreonticarum exſcribi curaſſe; 2) haud commode textum Samaritanum e Polyglottis Anglicanis, typis hebraicis

B. H. Kennicottii.

k) *Oriental. und exeget. Biblioth.* Vol. 5. p. 1-70.

l) *Neueſte theol. Bibl.* Vol. 2. p. 357. 451.

m) *Oriental. und exeget. Biblioth.* Vol. 3. p. 70.

n) In praefat. verſ. germ. duod. Proph. minor. p. 19.

o) *Befreyetes Tentamen von den Einwürfen der Herren M. Bruns, D. Dathe, Hofr. Michaelis u. a. m. nebſt einer Beurtheilung einiger in des Herrn D Kennicotts Pränumerations-Avertiſſement vorkommenden paradoxen Sätze, wobey zugleich eine genaue Beſchreibung der ſeltenen Mantuaniſchen hebräiſchen Bibel-Ausgabe geliefert worden iſt.* Roſtock 1774. 8.

p) *Der entdeckte Urſprung der alten Bibel-Ueberſetzungen, die in ihr voriges Nichts verſetzte Tychſeniſche Erdichtungen, und der gerettete Samaritaniſche Text von einem eben ſo warmen Freunde der ächten, als abgeſagten Feinde aller Afterkritik.* Minden 1775. 8. Auctor eſt Cl. *Joh. Matth. Haſſenkampius*, Profeſſor Matheſeos et oriental. ling. Rintelenſis. Conf. *Critiſche Samlungen* Vol. 3 p 144.

q) *Erſter Anhang zu ſeinem befreyeten Tentamen, worin eines Ungenanten ſo betitelte Schrift: der entdeckte wahre Urſprung der alten Bibel-Ueberſetzungen etc. geprüfet und ihr Ungrund gezeiget wird.* Roſtock 1776. 8.

r) *Critiſche Samlungen* Vol. 3. p. 584.

s) *Gelehrte Zeitungen.* Jenae 1776. n 100. p. 825.

t) Conf. *Critiſche Samlungen* Vol. 4. Part. 2. p 230 etc. et p. 353. etc. ubi ſingulae, de hoc opere, publice emiſſae recenſiones exhibentur et examinantur.

Digitized by Google

B. H. Kennicottii. braicis eſſe expreſſum; in utroque enim typorum genere non eaſdem litteras, e quarum permutatione multae exortae ſunt variantes, ſibi invicem eſſe ſimiles: 3) Literas majores vel minores in textu hebraeo obvias non ſuperſtitioni Maſorethicae eſſe tribuendas; 4) E multitudine Variantium lectionum in hoc opere cumulatarum nihil contra Textus impreſſi integritatem concludi poſſe; 5) Textum hebraeum multitudine aſteriſcorum litteris unius vocis interpoſitorum valde eſſe deformatum; 6) In notandis variantium fontibus editorem eſſe varium, nec ſibi ipſi ubivis conſtare, quin et variis in locis, quid velit intelligi, ſatis eſſe incertum. 7) Alios codices tantummodo ex parte, cum tamen integri ad manus fuerint, alios vero integros eſſe collatos. 8) Sine omni jure Maſoram plane eſſe neglectam; 9) Ubi in MStis Codicibus litterae quaedam deſunt, non obſervatum eſſe, an et quomodo defectus emendatus ſit. 10) Codices ab alia manu emendatos et correctos ſine ratione ab editore rejici; quippe quos ante correctionem nullius pretii fuiſſe, ex ipſa correctione appareat. 11) Codices Synagogicos antiquos, ſeu Legis Volumina publicae praelectioni conſecrata, in detrimentum operis eſſe plane neglectos. Haec ſunt quae multa eruditione exponuntur, variisque teſtimoniis et exemplis comprobantur. Adeſt interim opus, multo labore elaboratum, in ſuo genere primum et unicum, Bibliothecarum ornamentum. Editionem enim iteratam, quam Bibliopola Lipſienſis annunciavit, ad Bibliothecam promiſſam et latentem ablegamus *).

§. XLIII.

Editiones ſacrorum librorum, quae integrum textum ſacrum legendum exhibent, hactenus recenſitas, excipiunt editiones vel Partium codicis ſacri, vel ſingulorum librorum. Quibus in recenſendis ordinem ſequimur Bibliorum hebraicorum antiquiorum, quae Pentateuchum praemittunt, eique ſtatim V. Megilloth ſeu libros feſtivales Judaeorum ſubjungunt: quos Prophetae priores, deinde Prophetae poſteriores, et denique Hagiographa ſequuntur. Editiones Pentateuchi minime omnes ſunt ejusdem bonae notae. Aliae ex officinis prodiere, quae magnae ſunt famae, et editiones accuratas et multo ſtudio procuratas exſpectare jubent. Aliae vero locis obſcuris et inter manus Judaeorum ſunt natae et uſui Scholarum Judaicarum dicatae, quae plerumque minoris ſunt valoris et parum accuratae. Recedimus in recenſendis hiſce editionibus ab ordine chronologico a *Jacobo Le Long* et *Wolfio* obſervato, dum editiones uniuscujusque editoris vel typographi ordine, quo in vulgus exierunt, recenſemus.

§. XLIV.

Pent. Amſtelodami.

Pent. Amſtelodami.

ΠΕΝΤΑΤΕΥΧΟΣ. hoc eſt quinque libri Moſis. Editio nova ex accuratiſſima recenſione doctiſſimi Hebraei D. Menaſſeh ben Yſrael. Amſtelodami apud Henricum Laurentium. MDCXXXII. 4.

[Con-

*) Hiſtoria operis bipartita legitur in *Neueſter Religions-Geſchichte.* Partem primam conſcripſit *J. C. F. Schultzius* Gieſſenſis Vol. 1. p. 319. etc. ſecundam vero *J. H. Waltherus*, hodie Rector Scholae Neobrandenburgenſis, Vol. 5. p. 401. etc.

[Continet Pentateuchum hebraice adjunctis in fine Haphtaroth et nota anni 1631. Deſunt vero quinque Megilloth. Prodiit eodem anno ſumptibus ejusdem *Laurentii* Pentateuchus cum Targumim, id quod in dubium vocavit *Baumgartenius*. At ſunt revera diverſae editiones [x]). Pent. Amſtelodami.

Pentateuchus cum Megilloth et Haphtaroth. Amſtelodami apud Immanuel Benbeniſte 404. (1644.) 4. [y]). [II.]

* Pent. cum M. et H. Amſtelodami apud Joſ. Athias. 425. (1665.) 8. [z]). [III.]

Pent. cum M. et H. notatis in margine praeceptis 613. ſtudio R. Salomonis de Olivera. Amſtelodami apud Uri Levi ben Aaron. 427. (1667.) [a]). [IV.]

Pentat. cum M. et H. et 613. praeceptis. Amſtel. 437. (1677.) 12. [b]). [V.]

* Pentateuchus. Amſtelod. apud Uri Levi ben Aaron. 430. (1670.) 12. [c]). [VI.]

Pentat. cum M. et H. Amſtelodami apud Uri Levi ben Aaron. 434. (1674.) 8. [d]) [VII.]

Pentat. cum Hapht. Amſtelodami apud David de Caſtro Tartas. 429. (1669.) 8. [e]). [VIII.]

Pentat. cum M. et H. Amſtelod. apud Uri Veibſch. 431. (1671.) 12. [f]). [IX.]

Pentat. cum M. et H. Amſtelodami apud Uri Veibſch. 445. (1685.) 12. Bis eodem anno [g]). [X.]

* Pentat. cum M. et H. Amſtelodami apud Chriſtophorum van Ganghel. 443. (1683.) 24. [h]). [XI.]

Pentat. cum M. et H. mandato Jacobi ben Moſche Raphael de Cordua. Amſtelodami per Caſparum Stein. 452. (1692.) 32. [i]). [XII.]

* Pentat. cum M. et H. ſtudio R. Davidis Nunnes Torres. Amſtelodami in domo Immanuel ben Joſ. Athias. 460. (1700.) 12. [k]). [XIII.]

* Pentat. cum M. et H. ſtudio Abrahami Jacob Cordubenſis. Amſtelodami, in domo Moſes Abraham Mendes Coutinio. 461. (1701.) 12. [l]). [XIV.]

Pentat. cum Hapht. Amſtelodami per Chaſan Schemuel Rodrigves Mendes, Moſche Zarpathi de Geronna, et David Gomes da Silva. 486. (1726) 8. [m]). [XV.]

Pentat.

x) *Wolfius* Vol. 2. p. 390. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 15.

y) *Wolfius* Vol. 2. p. 390.

z) *Le Long* p. 74. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

a) *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

b) *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

c) *Le Long* p. 74. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

d) *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

e) *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

f) *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

g) *Wolfius* Vol. 2. p. 392.

h) *Le Long* p. 74. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 392.

i) *Wolfius* Vol. 2. p. 392. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 95.

k) *Le Long* p. 74. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 393.

l) *Le Long* p. 74. col. 2. C. ubi falſe *Comino* legitur.

m) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 9. p. 199.

Digitized by Google

[XVI.] Pentat. cum M. et H. cum Keri et Kethibh. Amſtelodami apud Salomon ben Joſeph Props. 472. (1712.) 12. n).

[XVII.] Pentat. cum M. Amſtelodami apud Salomon ben Joſeph Props. 484. (1724.) 8. o).

[XVIII.] Pentat. cum Megill. et Hapht. Amſtelod. 404. (1644.) 12. p).

[XIX.] Pentat. cum M. et H. Amſtelod. 439. (1679.) 12. q).

[XX.] Pentat. cum M. Amſtelod. 443. (1683.) 12. r).

[XXI.] * Pentat. cum M. Amſtelod. 448. (1688.) 16. s)

[XXII.] Pentateuchus Hebraicus cum Megilloth et Haphtaroth curante R. Iſaac Premſela, per manum R. Harſch. Amſtelodami. 527. (1767.) 8. maj.

Editio ſatis ſplendida, eleganti typo majuſculo exſcripta. Textus ad Biblia Rabbinica Bombergiana R. Chajim et Bombergi minorem anni 1544. formatus eſt. Volumen in quinque partes eſt diſtinctum; et cuilibet parti brevis praemittitur tractatus ſub titulo דברי אמת. Quinque volumina ita cum Haphtaris ſunt impreſſa, ut libris moſaicis inſeri poſſint; ſic Geneſin excipit Koheleth cum Haphtaris ad Geneſin; Exodum Eſther cum Haphtaris, Leviticum Canticum Cant. cum Hapht., Numeros Roth cum Haphth., et Deuteronomium Threni cum Haphtaris. Keri in margine eſt notatum. Editor eſt R. *Iſaac Premſel* Pragenſis, cujus filius *Harſch* codicem ſecunda vice hac forma expreſſit. Quinque titulis aeri inciſis ornatum eſt volumen.

§. XLV.

Pentat. Antwerpiae.

Pent. Antwerpiae.

[I.] Pentateuchus. Antwerpiae. 306. (1546.) 4. t).

[II.] Pentateuchus cum Megilloth et Haphtaroth. Antwerpiae apud Chriſtophorum Plantinum. 326. (1566.) 8. u).

§. XLVI.

Pentat. Baſileae.

Pent. Baſileae.

* Pentateuchus cum Megill. majuſculis litteris, curante Joh. Buxtorffio. Baſileae. 367. (1607.) 4. x).

§. XLVII.

Pentat. Berolini.

Pent. Berolini.

* Pentateuchus ſine punctis. Berolini, e typographeo Jablonskiano. 1710. 24. y).

§. XLVIII.

n) *Wolffius* Vol. 2. p. 394. Vol. 4. p. 132.
o) *Wolffius* Vol. 4. p. 133.
p) *Wolffius* Vol. 2. p. 390.
q) *Wolffius* Vol. 2. p. 392.
r) *Wolffius* Vol. 2. p. 392.
s) *Le Long* p. 74. col. 2. A. *Wolffius* Vol. 4. p. 132.
t) *Wolffius* Vol. 2. p. 387.
u) *Wolffius* Vol. 2. p. 388.
x) *Le Long* p. 73. col. 2. D. *Wolffius* Vol. 2. p. 389.
y) *Le Long* p. 75. col. 1. A. *Wolffius* Vol. 4. p. 132.

§. XLVIII.

Pentat. Briſkiae.

Pent. Briſkiae.

* Pentateuchus, quinque Megilloth et Haphtaroth. Briskiae in Lithuania, per David ben Jonathan. 306. (1546.) fol.

Servatur hujus editionis exemplar in urbe Breslavienſi *).

§. XLIX.

Pentat. Brixiae.

Pent. Brixiae.

Pentateuchus cum V. Megilloth et Haphtaroth. Brixiae 252. (1492.) 8. [I.]

Editio ab eodem *Gerſom* Soncinate procurata, cujus Biblia Hebraica ſupra §. V. laudavimus, *Wolfio* et *Le Long* ignota, quam anxie quaeſivit Cl. *Kennicottius* Exſtat codex 220 fol. conſtans in Bibliotheca Marchionis Durlacenſis Carolisruhae. In prima pagina non titulus, ſed primum Geneſeos verbum conſpicitur, ornamentis multis colore rubro cinctum, cui deinde reliqua verba, typis quidem minoribus, at diſtinctis, et punctis clare expreſſis ſubjiciuntur. Locus et nomen editoris ad calcem ſequentibus annunciatur: ותשלם כל המלאכה מלאכת ה' ותורתו תורת ה' תמימה עם חמש מגילות והפטרות כפי מנהג בני אסונתינו אשכנזים וצרפתים היום יום כ"ד לחדש שבט רנ"ב לפ"ק פה בריש"ה אשר תחת ממשלת השררה מווניזיי"ה יר"ה ידי צעיר המחוקקים גרשם בן הח"ר משה זצ"ל זרע ישראל איש שונצינו ושם כינויו בלשון אשכנז נקרא מענצלאן שונצין יצ"ו i. e. *Finitum autem eſt opus integrum, opus Domini, nimirum Lex ipſius, Lex Dei perfecta una cum quinque Megilloth et Haphtaroth, ſecundum ritum Judaeorum Germanorum et Gallorum, hodie Lunae die 24 Menſis Schebat, anno minoris ſupputationis 252. (1492.) hic Brixiae, ſub imperio Celſiſſimi Venetorum Principis, per minimum Typothetarum Gerſchom filium ſapientis R. Moſis, felicis memoriae, Iſraelitam, Soncinatem, qui cognomen gerit in lingua germanica Menzelan Schontin, quem Deus protegat.* Nomina divina hic eodem more, quo in eodice integro, mutato *He* in *Daleth* exprimuntur. Diſtinguendus omnino eſt hic Pentateuchus a codice integro Bibliorum hebraicorum Brixienſium, neque pro parte ejus habendus eſt. Primum enim Geneſeos verbum, hic typis expreſſum et ornamentis veſtitum, in Bibliis Gerſonianis vero calamo in ſpatio vacuo exaratum, una cum expreſſa ad calcem anni nota, diverſam ſatis indicat editionem. Conf. ſupra §. V.

Pentateuchus cum V. Megilloth et Haphtaroth. Brixiae 254. (1494.) 8. [II.]

Notitiam hujus editionis rariſſimae debemus Cl. *De Roſſi*, qui, cum Cl. *Kennicottium* editionem ad annum 1492. retuliſſe, animadvertiſſet, notam anni mendoſam eſſe judicat. Verum quod pace hujus Viri Cl. dixerim, diverſae omnino ſunt duae editiones, quae ſibi quidem ex omni parte ſunt ſimiles; ipſa tamen epigraphe ſatis diſtinguuntur. Exemplar iteratae editionis ad calcem habet ſequentia: *Abſolutum autem eſt totum opus, opus Domini, Lexque ejus, Lex Domini perfecta cum quinque voluminibus et propheticis lectionibus auxilio rerum omnium Domini, cujus regni nomen glorioſum ſit in ſeculum atque in aeternum benedictum* היום יום ב' ט"ו לחדש כסליו

*) Le Long p. 73. col. 1. A.

Pent. Brixiae. כסליו רנ״ד לפ״ק פה ברישה אשר תחת ממשלת השררה מוויניזייה יר״ה *hodie feria II. die XV. menſis Caslev anno 254. minoris ſupputationis, hic Brixiae, quae eſt ſub dominio ſeren. reip. Venetae, cujus majeſtas augeatur, per manum minimi ex impreſſoribus Gerſonis filii ſapientis R. Moſis (memoria juſti ſit in benedictione), ex ſemine Iſrael, viri Soncinatis, qui germanice cognominatur Mentzelan Soncinas, cuſtodiat eum rupes ac redemptor ejus.* Prior editio finita eſt die XXIV. menſe Schebat anni 252. poſterior die XV. menſis Caslev anni 254. a).

§. L.

Pentat. Conſtantinopoli.

Pent. Conſtantinop. * Pentateuchus et V. Megilloth et Haphtaroth. Conſtantinopoli typis exigui Samuelis Chajim Germani, imperante Solymanno ſecundo. 4.

Editio rariſſima, quae extat in Bibl. Illuſtr. Dn. Caroli Henrici de Camtout de Coiſlin, Epiſc. Metenſis b).

[Prodiit anno 1550 et titulus libri omnes XXIV. Codicis hebraei libros exſpectari jubet.

§. LI.

Pentateuch. Cracov.

Pent. Cracov. * Pentateuchus et quinque Megilloth. Cracoviae 1530. fol. c).

§. LII.

Pentateuch. Halae.

Pent. Halae. * Pentateuchus. Halae ex Orphanotrophio. 1710. 8.

[Editio nitida et accurata; quam procuravit *Joh. Henr. Michaelis*, cujus ſtudio integra Biblia hebraica debemus d).

§. LIII.

Pentat. Hamburgi.

Pent. Hamburgi. * Pentateuchus hebr. ſtudio Eliae Hutteri. Hamburgi. 1581. fol. e).

§. LIV.

Pentat. Hanoviae.

Pent. Hanoviae.

[I.] Pentateuchus ſine punctis. Hanoviae apud Hans Jacob. Hine. 370. (1610.) 8. f).

[II.] Pentat. c. M. et H. Hanoviae apud Jo. Jac. Beauſang. 476. (1716.) 4. g).

[III.] Pentat. cum libello Eſther, ſine vocalibus et accentibus. Hanov. 490. (1730.) 8. h).

§. LV.

a) *De Roſſe* diſquiſ. de hebraic. typogr. orig. p. 52.

b) *Le Long* p. 73. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 387.

c) *Le Long* p. 72. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 386.

d) *Le Long* p. 74. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 394. Index Bibl. Wernigerod. p. 39.

e) *Le Long* p. 73. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 388.

f) *Wolfius* Vol. 2. p. 389.

g) *Wolfius* Vol. 4. p. 132.

h) *Wolfius* Vol. 4. p. 133.

§. LV.

Pentat. Helmſtadii. Pent. Helmſtadii.

* Pentateuchus hebr. ſtudio Jan. Sauberti Filii. Helmſtadii 1660. 8. [i]).

§. LVI.

Pent. Lugd. Bat. Pent. Lugd. Batav.

* Pentateuchus cum punctis. Lugduni Batavorum ex officina Raphelengii. 373. (1613.) 12. [k]).

§. LVII.

Pentat. Olsnae. Pent. Olsnae.

* Pentat. cum V. Megilloth et Haphtaroth, litteris quadratis majuſculis et punctis. Oelsnae in Sileſia, per David ben Jonathan et Chajim ben David Sachor. 290. (1530.) fol. [I.]

[Codex rariſſimus, in quo ſingulis Paraſchis ſtatim Haphtarae ſubjiciuntur, paginis in duabus columnis diſtinctis. Conſtat plagulis 90. Sunt qui codicem tanquam reliquias codicis ſacrorum Bibliorum conſiderant, quae in ſalvo remanſerunt, cum immani tempeſtate typographia Judaeorum 1535 deſtrueretur. *Wolfius* vero id negat: et cum *J. G. Pagendarmius* in Diſſ. de codice Judaeorum Oelsnenſium Ebraeo ex parte adhuc ſuperſtite, Jenae 1730. contrarium ſtatuiſſet, novis *Wolfius* ſententiam ſuam argumentis confirmat [l]).

Pentat. cum V. Megilloth et Hapht. per Chajim ben David, Joſ. ben Jakar et Iſaac ben Chajim. fol. pp. 149. [II.]

[Jungimus codicem, qui ſine anni nota prodiit, praecedenti, quia idem in titulo nominatur typographus. Nomen loci typographiae in fronte איכנהורן expreſſum eſt; quo forte urbs quaedam ignota Sileſiae indicatur, quo ſe *Chajim ben David* cum reliquiis deſtructae typographiae contulit [m]).

§. LVIII.

Pentat. Pariſiis. Pent. Pariſiis.

* Pentateuchus hebraicus. Pariſiis. Caroli Stephani. 1556. 4.

[Inſcripſit librum *Carolus Stephanus*, *Roberti* filius, חמשה i. e. *Quinque quinquerniones legis, impreſſae per Carolum Stephanum, anno nono Regis et Domini noſtri Henrici, anno 316. min. ſup. Pariſiis, Urbe magna et Mitropoli Galliae.* Accedunt Verba latina: *Quinque Libri Legis, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Pariſiis ex officina Caroli Stephani, Typographi Regii.* MDLVI. Utrum vero *Carolus* de novo Pentateuchum exſcribi curaverit, an vero paternam editionem §. XI. novo rubro ornaverit, adhuc ſub judice lis eſt. Paginae certe paginis, minima minimis accurate reſpondent. Jungitur hic codex haud raro cum reliquis

I 3 a *Ro-*

i) *Le Long* p. 74. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

k) *Le Long* p. 73. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 390.

l) *Le Long* p. 75. col. 1. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 386. Vol. 4. p. 130.

m) *Wolfius* Vol. 2. p. 395.

Digitized by Google

Pent. Pariſ. a *Roberto* evulgatis ſacri codicis partibus. Quo facto Biblia hebraica nata ſunt, quae *Carolo Stephano* tanquam editori tribuuntur; at revera ſunt fictitia [n]).

§. LIX.

Pent. Pragae.

Pent. Pragae.

[I.] Pentateuchus c. Megilloth et Haphtaroth. Pragae. apud Moſen ש״כ 360. (1600.) 8. [o]).

[II.] * Pentat. c. M. cum punctis. Pragae. per Samuelem ben Joſeph Bezaleel. 375. (1615.) 4. [p]).

[III.] Pent. c. M. et H. Pragae apud Moſen ben Joſua Bezaleel. 12. ſ. a. [q])

[IV.] Pent. Pragae. 406. (1646.) 12. [r]).

[V.] Pent. c. M. Pragae apud Joſeph ben Iſrael. 406. (1646.) 12. [s]).

[VI.] Pent. c. M. et H. Pragae. 448. (1688.) 8. [t]).

[VII.] Pent. c. M. et H. ſine punctis. Pragae apud filios Judae Back. 453. (1693.) 4. [u]).

[VIII.] * Pent c. M. et H. ſine punctis. Pragae apud eosdem. 453. (1693.) 12. [x]).

[IX.] Pent. Pragae apud Nepotes Judae Back 460. (1700.) 4. [y]).

[X.] Pentat. c. M. et H. Pragae apud eosdem. 460. (1700.) 4. [z]).

[XI.] Pent. c. M. et H. Pragae apud eosdem. 480. (1720.) 8. [a]).

§. LX.

Pentat. Sabionett.

Pent. Sabionett.

* Pentateuchus cum Megilloth ſine punctis. Sabionettae. ſ. a. 12. [b]).

§. LXI.

Pentat. Solisbaci.

Pent. Solisbaci.

[I.] * Pentateuchus cum libello Eſther, ſine punctis. Solisbaci apud Moſen Bloch. 445. (1685.) 8. [c]).

[II.] Pentateuchus. Solisbaci apud Salmann ben Aaron. 486. (1726.) 12.

Textus eſt punctatus. Titulus duplex: alter brevior, aeri inciſus, in quo ſignificatur, *cum licentia Sereniſſimi* prodiiſſe codicem; alter longior, in quo, quamvis ſine ratione, pulchritudo operis celebratur.

[III.] Pentateuchus, ſine punctis, Solisbaci apud Itzick Lebh. 528. (1768.) 12.

§. LXII.

n) *Le Long* p. 73. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 388.

o) *Wolfius* Vol. 2. p. 389.

p) *Le Long* p. 73. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 4. p. 231.

q) *Wolfius* Vol. 2. p. 295.

r) *Wolfius* Vol. 2. p. 390.

s) *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

t) *Wolfius* Vol. 2. p. 392.

u) *Wolfius* Vol. 2. p. 393.

x) *Le Long* p. 74. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 4. p. 132.

y) *Wolfius* Vol. 2. p. 393.

z) *Wolfius* Vol. 2. p. 393.

a) id. Vol. 4. p. 132.

b) *Le Long* p. 75. col. 1. B. *Wolfius* Vol. 4. p. 134.

c) *Le Long* p. 74. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 4. p. 392.

Digitized by Google

§. LXII.

Pentat. Venetiis.

Pent. Venetiis.

* Pentateuchus cum quinque Megilloth. Venetiis typis Danielis Bombergi. 287. (1527.) 8. d). [I.]

* Pentateuchus hebr. cum V. Megilloth. Venetiis typis Dan. Bombergi. 1544. 8. [II.]

Editio ſingularis, quae ad manus eſt ſequenti titulo ornata: זאת התורה אשר כתב משה לבני ישראל נחלק לחמשה ספרים כמו שנודע: עוד חמשה מגלות: והם שיר השירים: רות: איכה: קהלת: אסתר: נדפס על ידי דניאל בומבירגי בשנת את״ק ומ״ד לגאולתינו. בויניציאה i. e. *Haec eſt lex quam Moſes ſcripſit Filiis Iſrael, in quinque partes more conſueto diviſa. Et porro quinque Megilloth, Canticum Canticorum, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes, Eſther. Impreſſa per manus Danielis Bombergi anno redemptionis noſtrae milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto.* Quamvis itaque in titulo redemptionis noſtrae mentio fiat, pagina verſa tamen brevis legitur praefatio hebraice ſcripta a *Cornelio Adelkind*, qua ſignificat, ſe hac minori forma legem ediđiſſe, ut quilibet eam ſecum portare, et uti multae ſvadent rationes, quotidie illam ſcrutari poſſit. Textus eſt nitide expreſſus et punctis vocalibus et accentibus inſtructus. Ad calcem cujusvis libri accedit maſora finalis; ad marginem vero nulla Capitum diſtinctio nec Keri obſervatur e).

* Pentat. c. M. Venetiis ap. eund. 308. (1548.) 8. f). [III.]

* Pentat. c. M. Venetiis in domo Bombergi. 5323. (1563.) 4. g). [IV.]

* Pentat. c. M. Venetiis apud Chriſtoph. Zanetti. 5326. (1566.) 4. h). [V.]

Pentat. c. M. et H. Venetiis apud Johan. de Gara. 334. (1574.) 16. i). [VI.]

* Pentat. c. M. et H. ſine punctis. Venetiis apud Johan. de Gara. 349. (1589.) 24. k). [VII.]

* Pentateuchus. Venetiis apud Petr. et Laur. Bragadinos, in domo Johann. Cajun. 1617. fol. l). [VIII.]

Pentat. c. M. Venetiis, juſſu Petri Bragadini, in domo Joh. Cajun. 380. (1620.) 12. m). [IX.]

Pentat. c. M. et H. ſine punctis. Venetiis. 391. (1631.) 16. n). [X.]

* Pentateuchus. Venetiis apud Joh. Vendramini. 1640. 12. o). [XI.]

* Pentateuchus. Venetiis apud Joh. Vendramini 406. (1646.) 4. p) [XII.]

* Pentateuchus cum Megilloth. Venetiis 406. (1646.) 12. q). [XIII.]

§. LXIII.

d) *Le Long* p. 72. col. 2. D.

e) Conf. *Wolfius* Vol. 4. p. 130. qui hanc tamen editionem eandem eſſe putat, quam *Le Long* ad annum praecedentem refert. Conf. infra Sect. II. §. XXI. n. 7. *Le Long* Typothetam mendoſe appellat *Akildenad* pro *Adelkind*.

f) *Le Long* p. 73. col. 1. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 387.

g) *Le Long* p. 73. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 388.

h) *Le Long* p. 73. col. 1. E. *Wolfius* ibid.

i) *Wolfius* Vol. 4. p. 131.

k) *Le Long* p. 73. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 388. *Buxtorffii* biblioth. rabb. p. 302.

l) *Le Long* p. 74. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 390.

m) *Wolfius* Vol. 2. p. 390.

n) *Wolfius* Vol. 2. p. 390.

o) *Le Long* p. 74. col. 1. B. *Wolfius* Vol. 1. p. 390.

p) *Le Long* p. 74. col. 1. B.

q) *Le Long* p. 74. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 390.

Digitized by Google

Pent. Wilmerſdorf.

§. LXIII.

Pentateuch. Wilmerſdorf.

Pentateuchus cum Megilloth et Haphtaroth. Wilmerſdorffii 470 1710. 4. [r]).

§. LXIV.

Pent. Edit. ſ. l.

Pent. Edit. ſ. l.

[I.] Pentateuchus hebraicus abſque punctis cum Megilloth et Haphtaroth 4. maj. ſ. l. et a.

De hac editione ſequentia annotavit Cl. *De Roſſi*: Elegantiſſima editio bibliographis omnibus incognita, cujus membranaceum ac nitidiſſimum Florentiae in Bibliotheca divi Marci ſervatur exemplar. Duplici columna ea conſtat, incipitque pagina verſa a primo Geneſeos capite, cujus prima libera Beth eo exhibetur ornatu, quo in Ulyſſiponenſi Pentateucho. Character eſt luculentus, major eo, quo Pentateuchus Sorianus anni 1490. exaratus eſt, et paulo minor eo, quo exaratus eſt Ulyſſiponenſis anni 1491. Litera Vav ſub initium Exodi et Aleph ſub initium Decalogi et Deuteronomii eodem omnino ornatu in utroque Pentateucho, noſtro ſcilicet et Soriano, repraeſentantur. Idem etiam videtur character, quo ſub librorum finem verſuum ſumma innuitur, ut conjicere fere liceat, in uno eodemque loco utrumque Pentateuchum lucem vidiſſe. Sub finem capitis XVIII. Numerorum typographorum oſcitantia quinque lineae bis impreſſae exſtant, quae in commemorato exemplari abraſae ſunt. Quinque Moſis libros ſtatim excipiunt Haphtaroth ac Megilloth, ſub quarum finem prolixum 44. verſuum carmen reperitur, quo divina lex loquens introducitur, quoque ejus laudes, praeſtantia, emolumenta fuſius enarrantur. Hoc porro ſingulari animadverſione dignum eſt, quod binae paginae, quae Moſis Canticum in ſectione בשלח complectuntur, eleganti quodam ornatu decorantur, qui varias aves et animalia repraeſentat. Ad calcem librorum Moſis et V. Voluminum impreſſa conſpicitur quaedam erecti leonis imago, quae exſtat etiam in editione *Orach Chajim* anni 1485. Haec de rara hac editione, quae foliis conſtat 190. cujusque reliquiae ſervantur Romae in Bibliotheca eminentiſſimi Zeladae [s]).

[II.] Pentateuchus hebraicus. ſ. l. et a. 12.

Editio antiquiſſima ad finem ſeculi decimi quinti referenda, quae procul dubio a Soncinatibus Brixiae aut Piſauri eſt expreſſa. Nomina divina ut in Brixienſibus Bibliis permutato *He* et *Daleth* expreſſa ſunt [t]).

[III.] Pentateuchus cum Haphtaroth. 318. (1558.) 12. [u]).

§. LXV.

Geneſis.

Geneſis.

[I.] Geneſis et Pſalmi hebraice, cura Jablonskii. Berolini 8 ſ. a.

[II.] ספר בראשית. Geneſis. Cothenis 1622. 4. [x]).

Gene-

r) *Wolffius* Vol. 4. p. 132.

s) *De Roſſi* Diſq. de hebr. typogr. orig. p. 67.

t) Biblioth. Solgeriana Tom. 3. p. 384.

u) *Wolffius* Vol. 4. p. 131.

x) *Wolffius* Vol. 2. p. 396. Index Bibl. Wernigerod. p. 37.

Digitized by Google

Geneſis, cura Joh. Henr. Maji. Francof. ad Moen. 1691. 8. Geneſis.

Cum lemmatibus latinis in margine, et praemiſſa inſtitutione Linguae hebraicae y). [III.]

Geneſis — — Francof. Typis Chriſtophori Wuſtii, 1695. 8. [IV.]

* Geneſis ex collatis tribus noviſſimis accuratiſſimisque editionibus. Francof. ad Moen. 1714. 4. [V.]

[Editorem *Georgium Chriſtianum Burcklinum*, cujus ſtudio Biblia Hebraica anni 1716. §. XXV. debemus, *Le Long* falſo *Benatilia* vocat. Contulit ille editionem Kilonienſem *Opitii* §. XXIX. Berolinenſem *Jablonskii* §. XXVI. et Halenſem *Michaelis* §. XXX. quae quidem anno 1720. demum prodiit, cujus vero plagulae editori transmiſſae fuere. Conſuluit quoque duo MSS. fragmenta z).

Geneſis hebraice. Genevae per Cepha Elon. 1617. 12. a). [VI.]

* Geneſis hebraice. Pariſiis apud Chriſtianum Wechel. 1535. 4. [VII.]

[Typographum mendoſe *Le Long* nominat *Andream*, qui Geneſin hoc anno excudi curavit. Acceſſit anno ſequenti Exodus, et denique novus titulus cum nota anni 1537. b).

* Geneſis. Pariſiis per Carolum Stephanum. 1556. 4. [VIII.]

[Ita recenſet *Le Long* et *Wolfius* primi libri Moſaici editionem, quae in ſe non eſt, niſi particula Pentateuchi §. LVIII. deſcripti, ſive Geneſis a *Roberto Stephano* Patre impreſſus, et a filio *Carolo* novo et aliquantulum mutato titulo ornatus c).

Geneſis et VI. Pſalmi ex recenſione Joh. Juſti Raui. Regiomonti apud Joh. Frider. Hartung. 1737. 8. [IX.]

Geneſis et VI. Pſalmi — Regiomonti — 1752. 8. [X.]

* Geneſis. Romae apud Franciſcum Zanetti 1578. 8. Cura Vittorii Aeliani, cum notis et radicibus in margine notatis d). [XI.]

* Geneſis. Wittebergae. Zachariae Cratonis. 1587. (1586.) 8. [XII.]

[Bis eundem librum recenſet *Le Long*: Primo ſub nomine *Cratonis*, et deinde: *Liber Geneſeos ex Bibliis hebraicis quae mandato D. Auguſti Electoris Ducis Saxoniae excuduntur.* En opellae rarioris titulum: בראשית. *Geneſis. Ex Bibliis Hebraicis, quae mandato et liberalitate Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Auguſti Electoris etc. excuduntur. Witebergae. Typis Zachariae Cratonis, Anno* 1586. 8. Ex eadem typographia, in eademque forma prodiere Duodecim Prophetae minores. Conf. §. XVI. LXXI. et LXXXI. e).

§. LXVI.

y) *Wolfius* Vol. 2. p. 396.

z) *Le Long* p. 75. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 396. Vol. 4. p. 134.

a) *Wolfius* Vol. 4. p 134. Catal. Biblioth. Uffenbach. Tom. 1. p. 25.

b) *Le Long* p. 75. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 395. Vol. 4. p. 134.

c) *Le Long* p. 75. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 4. p. 134.

d) *Le Long* p. 75. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 395. Vol. 3. p. 240.

e) *Le Long* p. 75. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 396. Vol. 4. p. 134. *J. M. Goetii* Verzeichnis p. 289. Conf. §. LXXI.

§. LXVI.

Geneſeos Capita.

Geneſeos Capita.

[I.] Geneſeos capita V. hebr. Gothae. 1694. 8. [f]

[Capita Geneſeos priora in uſum Tironum ſaepius appendicis loco inſtitutionibus linguae ſanctae ſunt adjecta. Singula iſta recenſere, fortaſſe lectori nauſeam crearet. Sufficiant itaque, quae hic recenſentur.

[II.] Geneſeos capita IV. priora hebr. aeri inciſa a Joachimo Wichmanno. ſ. a. [g]

[Duplex exſtat exemplar, alterum textum habet punctatum, alterum textum ſine punctis exhibet.

[III.] * Geneſeos capita IV. priora. Hamburgi. 4.

Aliquoties edita ſunt in uſum tironum [h].

[IV.] Geneſeos capita IV. priora. Helmſtadii. 1690. 8.

[V.] Geneſeos capita IV. cum parte cap. V. Jenae 1727. 8.

Edidit *G. Tympe* cum analyſi vocum grammatica [i].

[VI.] Geneſeos capita IV. cum parte Cap. V. Jenae. 1736. 8. [k]

§. LXVII.

Liber Exodi.

Liber Exodi.

[I.] * Secundus Liber legis Moſaicae, qui ab Hebraeis Elle Semoth, a Graecis et Latinis Exodus dicitur, hebraice. Pariſiis ex officina Chriſtiani Wechelii ſub ſcuto Baſilienſi. 1536. 4. [l]

[Cum libro Geneſeos ab eodem *Wechelio* edito, uno ſub rubro quoque exſtat cum nota anni 1537. [m]

[II.] Exodi Cap. XV. litteris Samaritanis, hebraicis quadratis et Rabbinicis rotundioribus. In Petri *Guarini* grammat. hebr. ex optimis quae huc usque prodierunt collecta. Pariſiis 1724. 4. [n]

[III.] Decalogus hebraice. Pariſiis per Chriſtianum Wechelium 8. [o]

[IV.] Decalogus hebraice. Baſileae 1523. §. LXXXVII.

[V.] Decalogus hebraice. Pariſiis 1551. 8.

Adjunctus eſt Decalogus una cum VII. Pſalmis Poenitentialibus, Pſalmo CXIX, et oratione Danielis, Evangelio Matthaei hebraico cura *Johannis Quinquarborei* Pariſiis apud Martinum Juvenem edito [p].

§. LXVIII.

f) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 38. n. 22.

g) Hamb. freywill. Beyträge Vol. 3. A. 1775. p. 352.

h) *Le Long* p. 75. col. 1. D. *Wolffius* Vol. 2. p. 396.

i) *Wolffius* Vol. 4. p. 136. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 38. n. 23.

k) Bibliotheca Solgeri Vol. 3. p. 28.

l) *Le Long* p. 75. col. 1. E.

m) *Wolffius* Vol. 4. p. 136. *Maittaire* annales Tom. 3. Part. 2. p. 433. 834.

n) *Wolffius* Vol. 4. p. 136. *Gelehrte Zeitungen*, Lipſiae 1727. p. 677. *Calmetii* Bibliſche Biblioth. p. 25.

o) *Wolffius* Vol. 4. p. 136.

p) *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 595. Recenſet Cl. *Knochius* in Nachrichten p. 556. *Johannis Tilii* editionem Evangelii Matthaei hebraici, Pariſ. 1555. 8. cui, neſcio quo fato, appendicis loco annexa fuerunt, quae proprie ad *Quinquarborei* editionem referenda ſunt, Decalogus, Pſalmi VII. et reliqua. Jungimus hiſce editionem fictitiam Libri quarti Moſaici, quam *Wolffius* Vol 2. p. 397. ita recenſet: Numeri hebraice cum libello Ruth et Threnorum. Pariſiis 1520. 4. Conf. infra §. LXXIII.

§. LXVIII.

Pentateuchus Hebraeo-Samaritanus. Pent. Hebr. Samarit.

1. * Pentateuchum Hebraeo-Samaritanum, ſeu Hebraeum literis Samaritanis exaratum, hic referre placuit; diſcrepat enim ab Hebraeo-Judaico non ſolum characteribus, verum etiam multis identidem acceſſionibus, juxta quas facta eſt Samaritana interpretatio. An ille ante verſionem LXX Interpretum adornatam exſtiterit, an fuerit ex Hebraeis, Graeciſque codicibus conflatus, certe nihil ferme ſtatui poteſt, cum utrinque firmiſſimas pro ſua opinione rationes videantur afferre, qui diverſam ea de re ſententiam amplectuntur; dicam tamen codicem hunc quibusdam in locis ad verſionem graecam LXX Interpretum propius accedere, quam ad ipſum textum Hebraeum *t*).

[Haec *Le Long*. Quae ut rite intelligantur, accurate duo exemplaria, quae Samaritana vocantur, diſtinguenda ſunt. Alterum continet Pentateuchum Hebraeum, ſeu Judaicum, lingua hebraea, ſed litteris Samaritanis exaratum; alterum vero verſionem ſeu Paraphraſin Pentateuchi, lingua Samaritanorum ſeu Cuthaeorum, et litteris iisdem Samaritanis propriis ſcriptam. Jam vero non de poſteriori ſed tantummodo de priori exemplari hoc loco nobis ſermo erit. Hiſtoriam hujus codicis hebraei, cui nonnulli, ut *Morinus*, *Mareſchallus*, *Capellus*, *Harduinus* aliique, inprimis in definienda temporum ratione multum aut nimis tribuunt; ſatis accurate expoſuit *Joh. Gottl. Carpzovius* *r*). Noſtrum non hic eſt, quae de Codice diſputata ſunt, exponere, qui tantummodo de editionibus typis exſcriptis occupati ſumus. Nunquam ſeorſim prodiit Codex iſte Samaritanus. Interim placuit auctori noſtro nonnullas ejus recenſere editiones, quibus duae recentiores accedunt.

[I.] * Pentateuchus Hebraeo-Samaritanus juxta codicem oratorianum juſſu Eminentiſſimi Cardinalis Berulli edi coeptus an. 1630. et abſolutus anno 1632. et Pentateuchus idiomate Samaritano, ſtudio et opera Joannis Morini cum una utriusque verſione latina. v. Tom. V. Bibliorum polyglottorum Pariſienſium, anni 1645. fol.

Joan. Morinus in Epiſt. ad Hieron. Alexandrum *s*) haec ait: „ Editionem Pentateuchi Samaritani juſſu illuſtriſſimi Cardinalis Berulli meditor. „

Idem addit: *t*) „ Ante quadriennium (hoc eſt anno 1632.) excudi curavi in corpore magnorum Bibliorum duplicem Pentateuchum Samaritanum cum latina verſione, Hebraeo-Samaritanum, et ejusdem in linguam Samaritanam verſionem, utrumque excuſum hac hyeme relegi ac recenſui, et quae a Typographo errata fuerant, adnotavi; Hebraeo-Samaritanum vero excuſum cum IV. antiquis MSS. comparavi, et varias lectiones exſcripſi: Samariticam vero verſionem, quae Judaeorum Chaldaicae reſpondet, permultis ſed brevibus annotationibus (quae non fuerunt hic editae, ſed ſeorſim anno 1657. 12.) illuſtravi *u*). „

 Penta-

q) p. 83. col. 1. C.

r) Critica ſacra, Part. 2. c. IV. p. 585. etc. Conf. *J. F. Buddei* hiſt. Eccl. V. T. Vol. 2. p. 842 etc. Ejusd. Iſagog. hiſt. theol. p. 1457. *J. C. Wolfii* Biblioth. h. Vol. 2. p. 419. Vol. 4. p. 164. aliique, quos *Carpzovius* recenſet.

s) pag. 140. Epiſt. 4. ſcripta anno 1625. inter Antiquit. Eccleſ. Orient.

t) Epiſt. 49. ibidem pag. 253. ad Cardinalem Barberinum ſcripta 4. idus Febr. 1637.

u) *Le Long* p. 87. col. 1. C. Conf. infra Cap. III. §. IV.

Digitized by Google

Pent. Hebr. Samarit. [II.] * Pentateuchus Hebraeo-Samaritanus et Pentateuchus idiomate Samaritano cum eadem verſione latina; editio emendatior, licet ab omni ſphalmate non immunis, ex tribus Codicibus Uſſerianis. V. Biblia Polyglotta Londinenſia 1657. fol. x).

[III.] Biblia Hebraeo-latina Houbigantii, Pariſiis 1753. fol.

Non ſine omni jure Pentateuchus adnumeratur editionibus, quae una cum textu hebraeo ſimul hebraeo-ſamaritanum exhibent. Quotieſcunque enim poſterior in litteris recedit, id in margine notatum eſt: ita ut in compendio Pentateuchus ſamaritanus exhibeatur. Conf. infra Sect. III. §. XI.

[IV.] Biblia Hebraica Kennicottii. 1776. fol.

Singulari plane methodo hic Pentateuchus Samaritanus eſt expreſſus. Duas habes in qualibet Pentateuchi pagina columnas: altera exhibet textum hebraeum litteris quadratis expreſſum; alteram occupant tot lineolae transverſae, quot in altera ſunt litterae hebraicae. Ubi vero Codex ſamaritanus ab hebraeo recedit, ibi litterae ſunt expreſſae, ſed non typis ſamaritanis, verum typis hebraicis quadratis. Conf. ſupra §. XLII.

[V.] * Geneſeos IV. prima capita Hebraeo-Samaritana et latina. Studio Georgii Otthonis. V. eadem polyglotta. 1702. y).

[VI.] Quatuor prima Capita Geneſeos Samaritana ex Waltoni Bibliis Polyglottis deſcripta et Gloſſario harmonico ornata a Frider. Eberhardo Collino Werthemia-Franco. Francofurti ad Moenum. Typis Martini Jaqueti An. 1704. 4.

Exhibentur quatuor capita primo hebraeo-ſamaritana, ſequitur p. 12-24. verſio ſamaritana cum verſione latina ad latus poſita, et denique gloſſarium harmonicum ad p. 32.

§. LXIX.

Pentateucho juxta conſvetudinem apud Judaeos receptam junguntur Quinque Megilloth, ſeu libri quinque feſtivales, qui minoris quidem ſunt molis, at Judaeorum ſacris publicis inſerviunt. Hi ſunt Canticum Canticorum, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes et Eſther: qui quidem ad Hagiographa, ſeu quartam codicis ſacri partem referuntur, verum cum Judaei, ſtatis diebus inter ſolemnia ſacra poſt Paraſcham legis, libellos feſtivales publice praelegere, nimirum Canticum Canticorum Feſto Paſchatos, Ruth Feſto Hebdomadarum, Threnos die 9. Menſis Ab, ſeu Julii, in memoriam deſtructi utriusque templi, Eccleſiaſten Feſto Tabernaculi menſe Septembri. et Eſther Feſto Purim menſe Februario, jam olim ſtatuerunt; conſultius ipſis viſum eſt, una cum Pentateucho libellos iſtos typis exſcribere, ut eo facilius, qui ſacris intereſſe volunt, una cum lectore publico textum ſacrum legere poſſint z). Plures inde ſunt librorum feſtivalium editiones Pentateucho junctae: pauciores vero, quae ſeor-

x) *Le Long* ibid. Conf. infra cap. III. §. VI.

y) *Le Long* p. 87. col 2. A. Conf. Cap. III. §. XIV.

z) Conf. *Carpzovii* critica ſacr. Part. I. p. 134. *Wolfii* Biblioth. hebr. Vol. 2. p. 46.

ſeorſim ſunt excuſae. Singuli vero libri tum ſeorſim, tum cum aliis ſacrae ſcripturae partibus ſunt in vulgus editi. Singulas ordine recenſebimus editiones.

§. LXX.

Megilloth c. Pentat. **Megilloth c. Pent.**

Amſtelodami: Bis 1644. 1665. 1667. 1674. 1677. 1697. bis 1683. 1685. 1688. 1692. 1700. 1701. 1712. 1724. §. XLIV.
Antwerpiae: 1566. §. XLV.
Baſileae: 1607. §. XLVI.
Briskiae: 1546. §. XLVIII.
Brixiae: 1492. §. XLIX.
Conſtantinopoli: 1550. §. L.
Cracoviae: 1530. §. LI.
Hanoviae: 1610. §. LIV.
Olsnae: 1530. §. LVII.
Pragae: 1600. 1615. 1646. 1688. bis 1693. 1700. 1720. et ſine anno. §. LIX.
Sabionettae ſ. a. §. LX.
Venetiis: 1527. 1548. 1563. 1566. 1574. 1589. 1620. 1631. 1646. §. LXII.
Wilmersdorffii: 1710. §. LXIII.

§. LXXI.

Quinque Megilloth. **Quinque Megilloth.**

Quinque Megilloth et Pſalterium, cum Machſor ex ritu Synagogarum Italicarum. Soncini et Caſali. 246. (1486.) 4. [I.]

Comprehendit collectio iſta Preces, ſacra Poemata, Pſalmos, Libellos Ruth, Eccleſiaſten, Eſther, Threnos et Canticum Canticorum, quae omnia quadrato charactere et cum punctis impreſſa ſunt; rabbinico vero praefationes, tituli, notae, monita, quaeſtiones et Capitula patrum exſcripta ſunt. Ad calcem operis ſequentia notantur: ואולם היתה התחלת בנין הספר הזה על ידי בני שונצין בעיר שונצין בחדש תשרי שנת ר״מו לאלף הששי והשלמנוהו פה קזאל מיורי בשני בשבת בעשרים יום לחדש אלול שנת חמשת אלפים ומאתים וששה וארבעים לבריאת עולם וכו׳ i. e. Fuit autem initium aedificii hujus libri per nos Soncinates in Urbe Soncini menſe Tiſri anno 246. ſexti millenarii, eumque abſolvimus hic Caſale majori, feria 2. hebdomadae, die 20. menſis Elul anno quinquies milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto a creatione mundi etc. a).

Quinque Megilloth, una cum Machſor ex ritu Judaeorum Germanorum. Francofurthi ad M. apud Kelnerum, ſumptu Salom. Aphtrod 1722. 4. b). [II.]

Quinque Megilloth Lubecae apud Gottfr. Jaeger. Lubecae 1650. 12. [III.]

Wolfio et *Le Long* ignota fuit editio, quae ſub titulo exſtat: שיר השירים רות איכה קהלת מגלת אסתר נדפס שנת ית על ידי גוטפריד יעגר פה העיר לובקה

a) De Roſſi de hebraicae typogr. origine. p. 28.

b) *Wolfius* Vol. 4. p. 151.

Digitized by Google

Quinque Megilloth. המהוללה לובקה pp. 129. Typi ſunt iidem, quibus haeredes Johannis Jägeri 1634. Prophetas minores exſcripſerunt, §. LXXXI. Paginae, Capita, et quintus verſus hebraicis litteris numerantur: et quolibet quarto folio infra columnam nomen libri latine eſt expreſſum. Libellus omnino rariſſimus.

[IV.] * Quinque Megilloth. Caroli Stephani. Pariſiis 1555. 4. c).

[Hebraice et latine inſcripſit volumini. Latine: *Canticum Canticorum — Eſther, collatis veteribus exemplaribus et adhibito peritiorum judicio. Pariſiis ex officina Caroli Stephani Typographi Regii M.D.LV.* In hebraico titulo ita legitur: — *impreſſa mandato Caroli Stephani et in typographia ejus, menſe Marchevan* (Octobris) *Anno octavo Regis Henrici, qui eſt annus 315. minoris ſupputationis. Pariſiis urbe magna et metropoli.* — Minus accurate annum hebraice expreſſit; nam *Marchevan* ſive October jam ad annum Judaeorum 316. referendus fuiſſet d).

[V.] * Quinque Megilloth. Witebergae apud Cratonem. 1587. 8. e).

[*Zacharias Crato* in edendis Bibliis hebraicis *Plantini* editionem ſequutum eſſe, jam ſupra §. XVI. obſervavimus. Sic et eum ſequi voluiſſe in edendis Bibliis duplici forma videtur. Geneſin et duodecim Prophetas minores §. LXV. annuntiavimus, quibus Megilloth accedunt.

§. LXXII.

Cantic. Canticor.

Cant. Canticor.

[I.] Canticum Canticorum. Antwerpiae 1566. §. XLV.

[II.] Canticum Cantic. Argentorati 1591. §. CXI.

[III.] * Canticum Canticorum hebraice. Pariſiis apud Martinum Juvenem. 1574. 4. f).

[IV.] Canticum Cantic. Raphelengii. 1608. 1615. §. CXIII.

[V.] Canticum Cantic. Venetiis. 1522. 1524. 1544. §. CXIV.

§. LXXIII.

Ruth.

Ruth.

[I.] Ruth hebraice. Antwerpiae 1566. §. XLV.

[II.] Ruth hebraice. Hafniae 1631. §. LXXXII.

[III.] Ruth hebraice, Raphelengii. 1608. 1615. §. CXIII.

[IV.] * Ruth et Threni, ac libellus de numeris, hebraice ex recognitione A. Juſtiniani Epiſcopi Nubienſis. Pariſiis veneunt in via Jacobaea apud Goarmontium 1520. g).

[Caſtigavit editionem *Petrus de Souez Lefour* Pariſienſis. Ter hujus editionis mentionem facit *Wolfſius*. Primo libellum *De Numeris* pro quarto accepit Moſis libro; hinc editio illa *Numerorum* Pariſienſis, de qua ſupra monuimus lectorem §. LXVII. *p*). Secundo loco ſcribit libro Ruth accedere Librum Numerorum. Tertio deni-

c) *Le Long* p. 79. col. 1. A.
d) *Wolfſius* Vol. 2. p. 410. Vol. 4. p. 151. *Maittaire* annal. typogr. Tom. 3. Part. 2. p. 151. p. 652. Index Bibl. Wernigerod. p. 35.
e) *Le Long* ibid. *Wolfſius* Vol. 2. p. 410.
f) *Le Long* p. 79. col. 1. C. *Wolfſius* Vol. 4.
g) *Le Long* p. 79. col. 1. C.

Digitized by Google

deniquе addit, ſeſe a *Chevillerio* didiciſſe, additum eſſe opuſculum *De Numeris*, quod quale ſit, definire non audeat. Verum non librum eſſe Moſaicum, ſed quoddam ſcriptum Judaicum, certum eſt [b]). Ruth.

Ruth hebraice cum precatione Pentecoſtali. Francofurti. 481. (1721.) 12. [i]). [V.]

§. LXXIV.

Threni. Threni.

Threni cum tikkun tel Schevuoth et Hoſchanna Rabba. Amſtel. 463. (1703.) [I.]

Threni cum tikkun — Rabba. Amſtelodami 468. (1708.) [II.]

Threni cum tikkun — Rabba. Amſtelodami 488. (1728.) [k]). [III.]

[Triplex editio ſibi invicem ſimilis, ubi libro Threnorum accedit ordinatio Feſti Schevuoth et Hoſchanna Rabba, a R. *Moſe Corduero b. Jacob* conſcripta.

Threni cum punctis, et libello Kirioth Judaicarum, ex ritu Judaeorum Polonorum. Amſtelodami apud Salomon Props 480. (1720.) 4. [l]). [IV.]

Threni — — ex ritu Judaeorum Germanorum. Amſtelodami apud Salomon Props. 486. (1726.) 12. [m]). [V.]

Additae ſunt preces Judaeorum lugubres.

Threni. Antwerpiae. 1566. §. XLV. [VI.]

* Threni. Studio Guil. Robertſon. Cantabrigiae 1685. 12. [n]). [VII.]

[Idem *Robertſonius*, qui hebraicam N. T. verſionem ab *El. Huttero* confectam Londini 1661. 8. edidit, et librum Threnorum exſcribi curavit. Duplex vero exſtat exemplar, alterum cum punctis, alterum ſine punctis.

Threni ſine punctis, in uſum publicae lectionis. 8. [VIII.]

Prodierunt Kiloniae curante *Haſenmüllero* [o]).

Threni. Pariſiis. 1520. §. LXXIII. [IX.]

* Threni. Pariſiis typis Martini Juvenis. 1552. 4. [p]). [X.]

Threni Raphelengii. 1608. §. CXIII. [XI.]

Threni Jeremiae, cum praefatione Philippi Melanchthonis. Wittebergae 1524. 8. [q]). [XII.]

§. LXXV.

Eccleſiaſtes. Eccleſiaſtes.

Eccleſiaſtes. Antwerpiae. 1566. §. XLV. [I.]

Eccleſiaſtes. Argentorati. 1591. §. CXI. [II.]

* Eccleſiaſtes. Pariſiis, typis Martini Juvenis. 1564. 4. [r]). [III.]

Eccleſiaſtes. Raphelengii. 1608. 1615. §. CXIII. [IV.]

Eccleſiaſtes. Venetiis. 1522. 1524. 1544. §. CXIV. [V.]

§. LXXVI.

b) *Wolfius* Vol. 2. p. 397. et 410. Vol. 4. p. 151. *Maittaire* annales Tom. 2. Part. 2. p. 592.

i) *Wolfius* Vol. 4. p. 182.

k) *Wolfius* Vol. 4. p. 153. conf. Vol. 3. p. 809.

l) *Wolfius* Vol. 4. p. 153.

m) *Wolfius* Vol. 4. p. 153.

n) *Le Long* p. 79. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 411. vid. §. LXXXIX.

o) *Wolfius* Vol. 4. p. 153.

p) *Le Long* p. 79. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 411. Vol. 4. p. 153. *Maittaire* annal. Tom. 3. p. 607.

q) *Wolfius* Vol. 2. p. 411.

r) *Le Long* p. 79. col. 2. A. qui tamen editionem ad annum 1569. refert. *Wolfius* Vol. 2. p. 411.

Digitized by Google

§. LXXVI.

Eſther.

Eſther.

[I.] Eſther. Antwerpiae. 1566. §. XLV.

[II.] Eſther. Hanoviae. 1730. §. LIV.

[III.] Eſther. Raphelengii. 1608. 1615. §. CXIII.

[IV.] Libellus Eſther aeri inciſus. ſ. a. s).

Ad formam Voluminis legis in uſum Synagogarum publicum conſcripti exſtat libellus aeri inciſus, et in membrana longitudine duarum ulnarum et latitudine unius et dimidiae expreſſus. Quatuor conſtat Jerioth, quarum quaelibet dimidium ulnae continet, atque tres columnas ſiſtit. Quaevis columna ornamentis cincta eſt, in quibus ea, quae in columna leguntur, figuris repraeſentantur. Vides ibi Hamannum ſecuri armatum patibulum Mardochai praeparare, Judaeos in acie ſclopeta hodierna exonerare, et grande patibulum, in quo decem Hamanni filii adſcriptis ſingulorum nominibus ſuſpenſi ſunt. Textus ſine diſtinctione verſuum eſt expreſſus, litterae vero interdum ſatis ſunt rudes.

§. LXXVII.

Secunda et tertia pars ſacri codicis continet juxta Judaeorum conſvetudinem, ſcripta Prophetarum, ſeu virorum Spiritu Sancto inſpiratorum, qui duplicis ſunt generis. Alii Prophetae Priores ſalutantur, nimirum liber Joſuae, Libri Samuelis et Libri Regum, qui nobis ſub nomine Librorum hiſtoricorum veniunt. Alii vocantur Prophetae Poſteriores, in quorum numero ſunt tres majores, Eſaias, Jeremias et Ezechiel, et duodecim minores, qui ob minorem ſcriptorum molem ut unicum volumen conſiderantur. Poſtponuntur Prophetae omnes legi Moſaicae, quia apud Judaeos minoris ſunt auctoritatis; et quemadmodum Moſi maximam tribuunt auctoritatem, ejusque Prophetiam et miracula a Prophetiis et miraculis reliquorum, qui poſt eum miſſi ſunt, Prophetarum maxime differre, ſibi perſvadent: ſic et Prophetarum ſcriptis minorem tribuunt auctoritatem, iisque ſecundum et tertium in ſacro codice adſignant locum t). Editiones Prophetarum ſcripta continentes inter ſeſe differunt pro numero ſcriptorum, quae in iis exhibentur.

§. LXXVIII.

Proph. omnes et Hagiogr.

Proph. omnes et Hagiographa.

Prophetae omnes et Ketubhim. Pragae. 381. (1621.) 8. u).

Recenſet hanc editionem *Wolfius*, praemittit vero aliam editionem: „Prophetae omnes et Hagiographa, adeoque Biblia integra praeter Pentateuchum. in 4. „Witteb. 347. C. 1587. per Zach. Crato, juſſu Jochananis Conr. Rühel;„ quae non eſt, niſi fragmentum Codicis ſacri integri, quem ſupra deſcripſimus. Idem cenſendum

s) Conf. O. G. Tychſenii Tentamen p. 31.

t) Conf. *Moſes ben Maimon* More neboch. interpr. Buxtorſio. Part. 2. c. 35. p. 290 etc. *Carpzovii* crit. ſacr. Part. I. c. 4. p. 133. *Wolfii* bibl. hebr. Vol. 2. p. 45. *Joh. Leuſdeni* philolog. hebr. Diſſ. 2. p. 25. *Joh. Henr. Hottingeri* Theſaur. philolog. p. 461 etc. *Hermanni Witſii* miſcell. ſacr. Vol. 1. c. 7. p. 41.

u) *Wolfius* Vol. 2. p. 397.

Digitized by Google

dum eſt de editione Prophetarum Pariſiis, *Roberti Stephani* 1544. 4. a *Le Long* [x]) recenſita, quae ſimili modo ad Biblia *Roberti Stephani* §. XI. eſt referenda. Proph. omnes et Hagiographa.

§. LXXIX.

Proph. priores. Proph. priores.

Prophetae priores. Venetiis apud Joh. Vendraminum per Joh. Caleoni. 393. (1633.) 4. [y]).

§. LXXX.

Proph. poſteriores. Proph. poſt.

Prophetae Poſteriores et Hagiographa. Pragae per Iſaac ben Aaron 372. (1612.) 4. [z]). [I.]

Prophetae poſteriores. Venetiis apud Marcum Anton. Juſtiniani. 312. (1552.) 4. [a]). [II.]

Tempore et forma coincidit editio cum Bibliis ab Eodem editore editis, et fortaſſis non eſt niſi fragmentum integri codicis. §. XII.

Prophetae poſteriores. Venetiis juſſu Laurentii Bragadini per Joh. Cajum. 378. (1618.) 4. [b]). [III.]

§. LXXXI.

Prophetae minores. Proph. minores.

* הנביאים קטנים Prophetae minores, quos Hebraei a numero תרי עשר hoc eſt duodecim vocant: ad uſum Scholarum et in ſacrae linguae ſtudioſorum gratiam ita ſeorſim editi: una cum Davidis Chytraei praefatione. — Baſileae per Joannem Oporinum. (1567.) 8. [c]). [I.]

[Praelectionibus publicis in Academia Roſtochienſi deſtinata eſt editio, in cujus praefatione, ſeu ad *Oporinum* epiſtola, Chytraeus, de Prophetarum officio, doctrina, praeſtantia etc. diſſerit. Epiſtolam iſtam *Oporinus* 30. paginis inſcripſit; ſed utrum et ipſum textum hebraicum exſcripſerit, an vero plura exemplaria editionis aut Antwerpienſis aut Venetianae adquiſiverit eisque latinam addiderit epiſtolam, dubium eſt. Epiſtola Latinorum more, a ſiniſtra ad dextram, textus vero Hebraeorum more a dextra ad ſiniſtram vergit. Typi non ſunt baſileenſes, in *Munſteri* Bibliis et Evangelio Matthaei ibidem ter expreſſo obvii, ſed Bombergiani, ergo aut Veneti aut Antwerpienſes. Nec charta nec forma in utraque ſibi reſpondet; nec ordine ſeſe excipiunt plagularum ſignaturae [d]).

* Duodecim Prophetae minores. Excuſi Guſtroviae Anno M. DC. XXXIV. Typis Haeredum Johannis Jaegers. 8. [e]). [II.]

[Accedit Praefatio M. *Gottfr. Geſii*, Roſtochii die 6. Novembris ſignata. Typi ſunt clari et diſtincti, et ejusdem formae, ut in Bibliis hebraicis *Joh. Simonis* §. XXXIV.

x) p. 75. col. 2. B. *Wolffius* ibid.
y) *Wolffius* Vol. 2. p. 398.
z) *Wolffius* Vol. 2. p. 398.
a) *Wolffius* Vol. 2. p. 398.
b) *Wolffius* Vol. 2. p. 399. conf. §. XIX.
c) *Le Long* p. 75. col. 2. D.
d) *Wolffius* Vol. 2. p. 399. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 200. *Tychſenii* Bützowiſche Nebenſtunden Part. 5. p. 73.
e) *Le Long* p. 75. col. 2. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 399. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 203.

Digitized by Google

Proph. min. §. XXXIV. *Jägeri* typographia hebraica poſtea Lubecam translata eſt, ubi *Gotefr. Jägerus* Quinque Megilloth 1650. expreſſit. §. LXXI. Unicus et quidem ſolus eſt liber hebraicus intra ducatus Mecklenburgici limites typis exſcriptus.

[III.] * Prophetae minores Antwerpiae apud Raphelengium. 1588. 12. f).

[IV.] * Prophetae minores. Lugduni Batavorum apud eundem. 1597. 12. g).

[V.] Prophetae minores. Lugduni Batavorum apud eundem. 1603. 16. h).

Ad calcem legitur: Excuſum typis Plantinianis Franciſci Raphelengii. Anno MDCIII. Capita hebraicis litteris, paginae vero et verſiculi notis numeralibus numerantur. Typi ſunt, ut Raphelengiani eſſe ſolent, admodum detriti.

[VI.] Prophetae minores. Witebergae, Zachariae Cratonis. 1586. 8.

Exemplaria hujus editionis duplicis ſunt formae. Alia in rubro verba תרי עשר cum duodecim Prophetarum nominibus ſubjectis oſtendunt. Alia eundem fere habent titulum, quem liber Geneſeos prae ſe fert: *Duodecim Prophetae. Ex Bibliis Hebraicis, quae mandato et liberalitate Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Auguſti Electoris etc. excuduntur. Witebergae typis Zachariae Cratonis Anno.* 1586. 8. Sub duplici vero titulo unica proſtat editio. Conf. ſupr. §. XVI. XLV. et LXXI.

§. LXXXII.

Proph. ſinguli. *Prophetae ſinguli.*

[I.] Joel et Maleachi. Pariſiis apud Chriſtianum Wechelum. Pariſiis 1534. 8. i).

[II.] Obadias, cum Alphabetho hebraico, edente Agathio, Pariſiis per Chriſt. Wechelium. (1534.) 8. k).

Quem ſolo praenomine *Wolfius Agathium* appellat, eſt *Agathius Guidacerius*, cui et alias debemus partium ſacri textus editiones.

[III.] * Obadias et Jonas. Pariſiis apud Martinum Juvenem. (Le Jeune) 1568. 4. l).

[IV.] Abdias Propheta. Witembergae in edib. J. Grunebergii. MDXXI. 4. ll).

Editionem mere hebraicam, typis majuſculis expreſſam procuravit ſine dubio *Aurogallus* in uſum lectionum publicarum.

[V.] Obadias hebraice, cum praxi legendi. Londini 1726. 8.

[VI.] Obadias hebraice — Londini 1728. 8.

[VII.] Obadias hebraice — Londini 1731. 8.

Exſtat in *Thomae Benneti* grammatica hebraea cum uberrima praxi, in uſum tironum, qui linguam hebraeam absque praeceptoris viva voce ediſcere cupiunt, Londini triplici vice et auctoris ſumptibus edita. Textum Prophetae ſequitur praxis legendi, et

f) *Le Long* p. 75. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 4. p. 139.

g) *Le Long* p. 75. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 4. p. 139.

h) *Wolfius* Vol. 2. p. 399.

i) *Wolfius* Vol. 2. p. 400.

k) *Wolfius* Vol. 4. p. 140. *Maittaire* annal. Tom. 2. Part. 2. p. 421. et 791.

l) *Le Long* p. 76. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 4. p. 140.

ll) *G. C. Gieſe* Nachr. v. d. Bibelüberſ. Lutheri Part. I. p. 57.

Digitized by Google

z) Befreyetes Tentamen p. 141.

B. H. Rabb. Bomb. II. tus ſacer in plerisque editionibus eſt effigiatus, qui hodie textus maſorethicus ſalutatur, in quem, ut ajunt, R. *Chajim* maſoretharum nugas transplantavit [a]).

De commentatoribus Judaicis ſequentia annotabimus.

I. R. *Schelomo b. Iſaac* ſeu *Raſchi* Commentario in Pentateuchum prioris editionis, acceſſerunt ejusdem Commentaria in Prophetas priores et poſteriores, Pſalmos, Esdram, Megilloth et Libros Chronicorum. §. III. n. I.

II. Ex R. *David Kimchii* laboribus hic apparent Commentaria in Prophetas priores et in Jeremiam et Ezechielem. §. III. n. II.

III. R. *Levi ben Gerſon* Commentaria in Prophetas priores, Proverbia et Jobum exhibentur. §. III. n. VI. Acceſſerunt hiſce ſequentes:

IV. R. *Abraham ben Meir Aben-Eſra*, ſcriptor ſeculi duodecimi, quem Judaei magni faciunt, et ut cruditiſſimum in lege, grammatica, poeſi et aſtronomia celebrant: nec inter Chriſtianos, qui eum litteraliter et ſapienter ſcripturas explicaſſe judicent, omnino deſunt. Senſum litteralem felici quidem ſucceſſu eruit, ſed ipſe brevi et conciſo genere dicendi obſcuritate laborat. Habemus hic ejus commentaria in Pentateuchum, Eſaiam, XII. Prophetas minores, Pſalmos, Proverbia, Jobum, Danielem, Eſdram et V. Megilloth [b]).

V. R. *Saadias Gaon*, Aegyptius, ſcriptor ſeculi decimi, qui varia poſteritati reliqnit eruditionis ſpecimina, et commentariis ſuis multa e Talmude hauſta immiſcuit. Integrum ſacrum codicem in linguam Arabicam transtuliſſe refertur ab *Erpenio*; rectius vero, qui eum tantummodo Pentateuchum transtuliſſe ſtatuunt, ſentire videntur. Differt omnino haec translatio ab illa, quam *Erpenius* evulgavit, et ſeorſim excuſa exſtat, (Cap. III. §. XII.) nec non Bibliis Polyglottis Pariſienſibus et Londinenſibus inſerta legitur, cum verſione latina *Gabrielis Sionitae*. Scripſit praeterea Commentarium in Canticum Canticorum, et Commentarium in Danielem; qui poſterior hic exhibetur [c]).

§. V.

B. H. Rabb. Bomb. III.

B. H. R. Bombergi III.

* Biblia Hebraica Rabbinica. Venetiis 1547-1549. fol. IV. Vol.

Haec editio ſecunda cum praefatione R. Jacob F. Hhaiim, praeſtantiſſima eſt, et omnium optima, juxta quam praeſertim ſequentes prodierunt. Excudi coepta eſt anno שז, 307. (id eſt, Chriſti 1547.) ut notatur in ſecundo volumine. Ad calcem Paralipomenon haec leguntur: Et fuit conſummatio ejus hodie, die IV. menſis Tisri, anno אשוב 309. (1549) in domo Danielis Bombergi, opera Cornelii Adelkenad, (*lege Adelkind*) Levitae. At in primo libri folio denotatur annus שוב, 308. qui eſt Chriſti 1548. [d]).

[Ratione editionum in domo Bombergi paratarum haec omnino tertia eſt; quae vero plerumque ſecunda vocatur, ac ſtudio et labori ejusdem R. Jacob b. Chajim tribui-

a) Conf. *Wolffius* Vol. 2. p. 368. *Buxtorffii* bibl. Rabb. p. 298. *Knochii* Nachrichten p. 671. *Walchius* p. 179. *Carpzovius* p. 411. *Maittaire* annal. tom. 2. part. 1. p. 309.

b) *Wolffius* Vol. 1. p. 71. Vol. 3. p. 46. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 373. *Reimmannus* p. 152. *Joh. Fabricii* hiſt. biblioth. Vol. 1. p. 2.

c) *Wolffius* Vol. 1. p. 932. Vol. 3. p. 858. Vol. 4. p. 936. *Joh. Henr. Hottingeri* hiſt. eccleſ. ſec. X. p. 134. *Reimmannus* l. c.

d) p. 66. col. 1. A.

tribuitur. Differt omnino a praecedenti; et eſt illa emendatior et locupletior. Dividitur more inter Judaeos conſueto in quatuor partes. Maſora, Targumim et Commentarii Raſchiani reſpondent priori editioni. Commentarii Aben Eſrae illuſtrant Pentateuchum, Pſalmos, Jobum et V. Megilloth, quibus acceſſit ejusdem commentarius in Danielem, eliminato ejusdem commentario in Eſaiam et XII. Prophetas minores. Kimchii commentarii in omnes Prophetas et libros Chronicorum hic exhibentur: ſed in praecedenti deſiderantur ejusdem commentarii in Eſaiam, XII. Prophetas minores et libros Chronicorum. Additi porro ſunt in hac editione R. Levi ben Gerſon commentarii in Prophetas priores, Proverbia et Jobum, et R. Eſaiae commentarii in Librum Judicum et libros Samuelis. In Danielem hic uti in praecedenti legitur R. Saadias Haggaon; ſed R. D. Kimchi in librum Eſdrae de novo acceſſit. Ad Pentateuchum leguntur in margine annotationes ex Baal Turim. Operi edendo praefuit *Cornelius Adelkind*, cujus cura hanc editionem non ſolum adornatam, ſed et auctam eſſe ſibi perſuadent, qui eo usque R. Chajim fuiſſe ſuperſtitem, non veriſimile putant [e]. Eliminata ſunt ex hac editione commata duo Joſuae XXI, 36. 37. Pentateuchum hujus editionis R. Menachem de Lonſano in libro *Or Tora* cum pluribus et ad minimum X. MStis codicibus contulit [f]. B. H. Rabb. Bomb. III.

Commentaria, quae huic editioni acceſſerunt, ſunt ſequentia:

I. R. *Eſaiae ben Eliae* ſcriptoris ſeculi XIII. Commentaria in libros Judicum et Samuelis, quae e MSto prodiere [g].

II. R. *Jacob ben Aſcher ben Jechiel*, Germanus, ſcriptor ſeculi XIV. varias in Pentateuchum annotationes congeſſit, ſub titulo *Baal Turim*. Magni apud Judaeos aeſtimantur, hinc ſaepius ſunt recuſae iſtae annotationes ſubtiliores et cabbaliſticae [h].

§. VI.

B. H. R. J. de Gara. B. H. R. J. de Gara.

*** Biblia Hebraea Rabbinica. 4 Vol. in fol. Venetiis typis Bombergianis per Joan. de Gara. Anno שכ״ח. 328. (1568.)**

Editio tertia poſt ſecundam anni 1549. juxta quam paene de verbo ad verbum facta eſt, caeteris praeſtantior, eademque omnino ac ſecunda complectens [i].

[Hanc editionem opera *Genebrardi*, in iis quae contra rem Chriſtianam et praecipue contra Romanos dicuntur, caſtratam eſſe refert *Wolfius*. Verum non integram editionem, ſed tantummodo exemplaria nonnulla, poſtquam typis exſcripta fuerunt, a *Genebrardo* caſtrata, et loca nonnulla deleta eſſe crediderim. Id enim apud Romanos moris eſſe, exemplum ſupra §. IV. allatum docet, et ſequens editio quoque docebit [k].

§. VII.

e) *J. C. Zeltneri* Centuria correctorum p. 279.

f) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 370. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 5. *Walchius* p. 118. *Carpzovius* p. 412.

g) *Wolfius* Vol. 1. p. 705. Vol. 3. p. 627.

h) *Wolfius* Vol. 1. p. 584. Vol. 3. p. 450. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 382.

i) p. 66. col. 2. A.

k) *Wolfius* Vol. 2. p. 372. *Walchius* p. 180. *Carpzovius* p. 412.

Digitized by Google

B H R. Bragadini.

§. VII.

B. H. R. Bragadini.

* חמשה חומשי תורה מן העשרים וארבע. גדול שמו בישראל ונודע
אשר נדפס ראשונה בבית הבומבירגי נחמד ונעים לכל עם תרגום
מסרת גדולה וקטנה ופרושים ודקדוקים רבים. ועתה בחסד ה׳ שנדפס
רביעית לא יחסר כל בו מהראשונים אך טוב נוסף עליהם· מוגה בדיוק
רב מאד כפי כח האפשור כיד ה׳ הטובה עלינו· בויניציאה במצות
השרים היקרים· נודע שמם בשערים· פייטרו ולורינצו בראגאדין בבית
האומן ייואנו קאיון שנת אבינו מלכנו חדש עלינו שנ״ה טוב״ה לפרט קטן

In Venetia MDCXVII. Appreſſo i Clariſ. Sig. Pietro e Lorenzo Bragadin. IV. Vol. fol.

Quatuor abſolvitur haec editio, quae quarta vocatur, ordine vero quinta eſt, partibus, quarum prima et ſecunda annum praefert 1617. tertia vero et quarta annum 1618. Impreſſa eſt Venetiis impenſis Petri et Laurentii Bragadinorum, in domo Johannis Cajon. Quid in hac editione praeſtitum ſit, indicat ipſum rubrum: *Quinque libri legis e quatuor et viginti libris. Magnum et notum eſt nomen ejus, qui prima vice in domo celeberrima Bombergi exſcribi curavit. Omnia cum Targumim et Maſora magna et parva, et commentariis atque explicationibus multis. Nunc vero miſericordia Dei quarta vice impreſſa, ita ut nihil, quod prima exhibet editio, deſideretur, at nonnulla addita ſint bona. Singula omni poſſibili ſtudio ſunt correcta et emendata.* Proxime accedit editio ad praecedentem; charta eſt magna, typi ſunt luculenti et diſtincti. Quae *Le Long* de hac editione annotavit, ſequentia ſunt:

R. Judas de Mutina, vulgo dictus R. Leo de Modena, Rabbinus Venetus, praefuit huic editioni, et ut quam emendatiſſime prodiret, magnam diligentiam adhibuit correctis mendis, quae antehac in alias editiones irrepſerant, ita ut, quemadmodum in ſua praefatione illi praefixa dicit, plus quam trecenta loca alias errata correxerit. Neſcio tamen, num et ipſa correctione indigeant. Ita Bartoloccius Tom. IV. Bibliothecae Rabbinicae p. 198. Dixerat jam Tomo III. p. 33. hanc editionem ſuos quoque naevos pati [l]).

[Recognita ſunt quidem ab Inquiſitoribus omnia, antequam typis mandata ſunt. Verum quod ad manus eſt exemplar varia Cenſorum exhibet veſtigia lineis atramento obductis, et nomen Cenſoris ad Calcem operis: *Viſto per me Fr. Renato da Mod.* a. 1626. In praefatione Aben Eſrae, quae immediate Geneſi praecedit, in columna prima in lineis 51. 52. et 53. ſequentia expuncta ſunt: הדרך ה״ב משך ואפלה והיא מחוץ לקו העגולה: והם הבורת״י מלכם לכל הדברים סוד״ו: ואמונת כי התורת והמשפטים חידות ולא אצריך להשיב עליהם כי עם תועי לבבהם Gen. II, 22. verba Raſchii: *quod Adamus veniret ad omnia animalia;* Gen. XV. verba Raſchii: *populos cultui idololatrico deditos.* Gen. XXIV. in Commentario Aben Eſrae, linea 28 et 29. Gen. XXVI. Raſchii verba: *Eſaus comparatus eſt apro,* Exod.

l) p. 67. Col. 2. B.

Exod. XII, 47. in Targum verba nonnulla: Cant. VII, 15. ex Commentario Raſchii, et c. VIII, 2. varia in Targum deleta ſunt m). B. H. R. Bragadini.

§. VIII.

B. H. R. Buxtorfii.

B.H.R.Buxtorfii.

• ה' תשועתך באמרתך בכל דור ודור ממשלתך· — — נדפסו בשנת
למען יברכך ה' אלהיך בכל משלח ידך· בבאזיליא הבירה במצות
האדון לודוויג קיניג הנ"ל ובביתו·

I. e. *Jehova, ſalus eſt in ſermone tuo: regnum tuum eſt Regnum omnium ſeculorum — — Impreſſa* (biblia) *anno* 378. (1618.) *Baſileae urbe celebri, mandato Domini Ludovici Königii et in Domo ejus.* Fol. maj.

Integrum hujus editionis Bibliorum Rabbinicorum vel quintae vel ſextae, titulum, cujus initium e Pſalm. CXIX, 41. CXLV, 13. deſumtum eſt, hic deſcribere nimis longum foret. Quatuor abſolvitur partibus, quarum duae poſteriores, Prophetae nimirum poſteriores et Hagiographa, annum 379. (1619.) in fronte gerunt. Idem annus quoque ad calcem Paralipomenon notatur: *Et conſummatio ejus facta eſt menſe Ab, anni* שללה בזה i. e. 379. *minoris ſupputationis.* Curam editionis in ſe ſuſcepit *Johannes Buxtorfius*, cujus et latina praefatio quibusdam exemplaribus latino titulo inſtructis, praemittitur n); ſumptus vero operi inprimendo ſubminiſtravit *Ludovicus Königius* Bibliopola Baſileenſis. Ad normam editionis Venetae a *Cornelio Adelkind* paratae §. V. exſcripta ſunt quidem Biblia, ſed varia ſunt immutata, alia ejecta alia addita. Commentatores Judaici hic exhibentur ſequentes: *Raſchi* in integrum ſacrum codicem; R. *Aben Eſra* in Pentateuchum, Pſalmos, Proverbia, Jobum, Quinque Megilloth, Danielem, Eſdram, Nehemiam, quibus ejusdem commentarius in Eſaiam et duodecim Prophetas minores acceſſit; *Kimchii* commentarius in Eſdram vero eliminatus eſt; R. *David Kimchi* in Prophetas priores et poſteriores et libros Chronicorum; R. *Levi ben Gerſon* in Prophetas priores, Proverbia et Jobum; R. *Saadias Haggaon* in Danielem, cum excerptis e commentario R. *Jechaja* in libros Samuelis. Ad Pentateuchum accedunt excerpta e Baal Turim. Appendix continet praeter *Targum hieroſolymitanum*, Maſoram magnam R. Jacob ben Chajim, multis in locis a Buxtorfio correctam et emendatam; *Peſickta*, ſeu collectionem variorum commentariorum ſubtilium o); varietates ben Aſſer et ben Naphthali, ut et varietates orientalium et occidentalium Judaeorum; et denique Tractatum de accentibus. Singula ſunt ad normam praeceptorum Maſorethicorum de litteris ſuſpenſis, inverſis, majoribus, minoribus, de punctis et litteris vel abundantibus vel deficientibus, de ſectionibus clauſis et apertis, de Keri et Ketibh, ita exarata, ut haec editio praecedentibus facile palmam praeripiat. Quanta cura Buxtorfius Chaldaicam Paraphraſin emendarit, docet *Le Long*

m) Conf. *Wolffius* Vol 2. p. 370. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 3. n. 44. *Carpzovius* p. 412. *Walchius* l. c. De editore conf. *Wolfius* Vol. 1. p. 412. Vol. 3. p. 296.

n) De vita editoris conf. *Niceron* Nachrichten Vol. 20. p. 72. *Joh. Fabricii* hiſt. bibl. Tom. 1. p. 4. *Allgemeines Gelehrten-Lexicon* p. 1523.

o) Conf. *Wolfius* Vol. 1. p. 391. 720.

Digitized by Google

B. H. R. Buxtorfii. Long ex praefatione operi praemiſſa, juxta verſionem Richardi Simon, ſequentibus: „Textum Chaldaeum, qui Targum vulgo dicitur, et illuſtriſſimus eſt Textus Hebraici „Commentarius, in Moſe et Prophetis, ad antiquam, veram et perpetuam priſcae „linguae Chaldaicae analogiam libris Eſrae et Danielis pulcherrime praemonſtratam „redegimus, et ab inepta et inſigniter deformi punctatione, quam editiones Venetae „continent, vindicavimus.„

Buxtorfius in editione ſua innumeris locis punctationem veram reſtituit, loca depravata emendavit, Maſorae errata plurima caſtigavit, ita ut per immenſos viri clariſſimi labores Baſileenſis haec editio omnibus Venetis merito praeferenda ſit. Ita cenſet Waltonus in praefat. Bibl. Polygl. Londin. ubi poſt unam et alteram paginam haec addit: Multa quae in Bibliis Regiis expuncta, mutata, aliterque, quam in antiquis exemplaribus exiſterent excuſa, integritati ſuae Venetos ſecutus reſtituit.

Buxtorfius, inquit Rich. Simon cap. 13. Diquiſit. critic. de variis bibliorum editionibus p. 103. auſu improbo immenſum Paraphraſeων opus nuperae critices methodo conformatum edi curavit. — — Verum ut optime a Ludov. de Dieu annotatum fuit, nonnulla adhuc poſt Buxtorfii caſtigationem ſuperſunt in melius reformanda. Extat in Bibliotheca Oratoria num. 26. codex Paraphraſeos Onkeloſi, cum Textu ſacro alternis verſibus manu exarato, forma maxima in pergameno praegrandioribus litteris, at manu germanica deſcriptus. In eo exemplari (pergit R. Simon) punctatio chaldaica a qualibet alia, tam in editis quam in mſc. codicibus mire diſcrepat: haec enim analogiam punctationis librorum Eſdrae et Danielis longe melius quam Buxtorfiana editio repraeſentat. *Haec ille.*

Rectene ſe geſſerit Buxtorfius, cum ad librorum Eſrae et Danielis analogiam punctationem Targumim revocarit, dubitant viri eruditi; quandoquidem non amplius erat in utrisque eadem lingua, imo longa temporum intercapedine plurimum mutata fuerat; nec eadem proinde in utrisque obſervanda erat punctatio. D. *Euſeb. Renaudot.* Hactenus *Le Long* r).

[Non defuerunt eruditi, qui in eandem *Rich. Simonii* ſententiam abierunt, quibus acceſſit *Johannes Fabricius*, qui hoc opus non ad perfectionem Bibliorum Bombergi aſſurgere judicat. Verum aequior eſt judex vir in re hebraica verſatiſſimus *J. G. Carpzovius*, qui Buxtorfium contra cenſores ſi non defendit, attamen non ſine jure maxime excuſat, judiciumque ſuum interponit: „1) non negamus tam in Targumim, quod a Ludovico de Dieu jam fuit monitum, nonnulla adhuc poſt Buxtorfii caſtigationem ſupereſſe, in melius reformanda, quam in Rabbinorum commentariis, hinc easdem, ac in Venetis Bibliis, ex caſtratione Pontificiorum Cenſorum conſpici lacunas, hinc varias occurrere mendas, id quod in opere tam vario „ac vaſto, vix aliter ab uno homine poterat exſpectari: 2) indigne tamen agi cum „optimo Buxtorfio cenſemus, quod pro bene factis tam audiat male. Inſignem enim „in Maſora emendationem, plurimaque in Rabbinis correcta et reſtituta, induſtriae „ejus debemus loca, quod praeter ipſius et filii teſtificationem, ocularis inſpectio et „Venetorum cum his Bibliis collatio evincit. — — 3) Velut autem Simonii criminationes, ex communi Germanorum apud exteros contemptu, et odio in Proteſtantes promanaſſe nullus dubito; — — ita doctiſſimi Renaudoti mirari ſatis nequeo „judi-

r) p. 68. col. 1. A.

„ judicium, quo ad analogiam Eſdrae ac Danielis revocandam Paraphraſεων Chaldaica- B. H. R. Bux-
„ rum punctationem negat. Eſdrae enim ac Danielis in Chaldaicis puritatem, cum torfii.
„ in ſtylo vel maxime ſectatur Onkelos, tum in punctatione ſectandam eſſe omnibus,
„ temporum ratio jubet. Non enim ſequioris aetatis corruptio, ſed priſci Chaldaiſmi
„ accuratio, ad quam Paraphraſtae vel maxime enitebantur, punctandi normam prae-
„ ſcribit: nec alia praeter textum biblicum, proſtant chaldaicorum librorum exempla-
„ ria tam vetuſta, quae diverſam a Biblica Paraphaſium iſtarum punctationem doce-
„ rent q). „ Litem vero iſtam dirimere, quamvis nobis haud ſumamus: id tamen, ut cenſuris defenſionem jungamus, merita viri de lingua hebraica optime meriti, a nobis poſtulare, judicavimus. Adſunt praeterea meritorum ejus teſtes, nimirum opera tria praeſtantiſſima, quae faciliori Bibliorum Rabbinicorum uſui maxime inſerviunt, et omnibus, qui illa evolvere cupiunt, maxime neceſſaria ſunt ſubſidia r).

Commentatores quod attinet, nihil nobis de iis addendum eſt, cum ſupra jam omnes recenſuimus. Duo itaque tantummodo monenda ſuperſunt.

I. Duplicem exſtare librum ſub nomine *Peſickta*, alterum minorem, qui hic exhibetur, et varias continet annotationes ex Siphra, Siphri et Mechilta, in Leviticum, Num. et Deuteron. cujus auctor eſt R. Tobias b. Elieſer; alterum majorem, qui collectanea varii argumenti continet, e Miſchna et Gemara.

II. Tractatum de accentibus, quem *Buxtorfius* exſcribi curavit, alium eſſe ac illum, quem *Bombergus* primae editioni §. III. atrexuit.

q) Critica ſacr p. 412 etc. Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 375. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 3. p. 100. *Knochii* Nachr p. 34. *Joh. Fabricius* l. c. p. 1. etc. *Mich. Lilienthaln* exeget. Biblioth. p. 1. etc. *Reimmann* catal. p. 191. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T lib. 3. p. 126. Lettres choiſ p. 176. Biblioth. crit. Tom. 3. p. 430. *Briani Waltoni* Apparat. p. 265. *J. F. Buddei* iſagog. p. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 180 *Dornii* Biblioth. Tom. 1. p. 635. Index Bibl. Werngerod. p. 37. Catalog. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 6. Bibl. Solgeri Tom. 1. p. 3.

r) Primo loco hic recenſendum venit opus maſorethicum, quod ipſe *Buxtorfius* Pater anno 1620 tum in forma magna tum in forma quarta edidit, cujus editio iterata ad manus eſt: *Johannis Buxtorfii P. Tiberias ſive commentarius maſorethicus triplex, Hiſtoricus, Didacticus, Criticus, ad illuſtrationem Operis Biblici Baſilienſis conſcriptus, quo primum hiſtoria Maſorethorum Tiberienſium, ſive a quibus Maſora conſcripta ſit, excutitur: quid item tractet, quae ejus methodus, et quo fine inventa ſit, ample explicatur: ſecundo clavis maſorae traditur, per quam ad maxima et minima maſorae penitus cognoſcenda, facillimus datur aditus. Tertio caſtigationes innumerorum mendorum per univerſam maſoram proponuntur. Recognitus, et additamentis non paucis hinc inde locupletatus a Johanne Buxtorfio Fil. Editionem hanc novam accurante Johan. Jacobo Buxtorfio, Joh. Fil. Joh. Nep. Baſileae impenſis Johannis König, Bibliopolae, typis Joh. Jacobi Deckeri, Acad. typ.* MDCLXV. Fol. Secundum opus: *Johannis Buxtorfii Patris Lexicon chaldaicum, talmudicum et rabbinicum, in quo omnes voces chaldaicae, talmudicae et rabbinicae, quotquot in univerſis Vet. Teſt. Paraphraſibus chaldaicis, in utroque Talmud, Babylonico et Hieroſolymitano, in vulgaribus et ſecretioribus Hebraeorum ſcriptoribus, commentatoribus, Philoſophis, Theologis, Cabaliſtis et Jureconſultis extant, fideliter explicantur: — — Opus XXX. annorum. Nunc demum poſt Patris obitum, ex ipſius autographo fideliter deſcriptum, in ordinem aequabilem digeſtum, et multis propriis obſervationibus paſſim locupletatum, Reipublicae chriſtianae bono in lucem editum a Johanne Buxtorfio Filio. . . Baſileae ſumptibus et typis Ludovici König.* MDC. XXXX. Tertium: *Johannis Buxtorfii* Concordantiae Bibliorum Hebraicae, nova et artificioſa methodo diſpoſitae, in locis innumeris depravatis emendatae, deficien-

Digitized by Google

B. H. R. Amſtelodami.

§. IX.

B. H. R. Amſtelodami.

ספר קהלות משה. והוא המקרא גדולה עם כל הפרושים אשר באו בכל הדפוסים שהיו עד היום — — על ידי החכם התורני מהו״רר משה פרנקפורט דיין דק״ק אמשטרדם — — נדפס באמשטרדם בבית ובדפוס של הדיין הנ״ל — — הזאת לאמר לפ״ק

i. e. ***Liber congregationum Moſis, ſive Biblia magna cum omnibus interpretationibus praecedentium editionum — Opera docti et ſapientis Moſis Francofurtenſis, Judicis Synagogae Amſtelodamenſis — Impreſſa Amſtelodami in domo et typographia ejusdem, Anno minoris ſupputationis*** **484. (1724.) IV. Vol. fol.**

Recentiſſima eaque locupletiſſima Bibliorum Rabbinicorum editio, quam *Moſi ben Simeon, Francofurtenſi* debemus. Opus ſumptuoſum et ſplendidum in charta maxima typis nitidis impreſſum, cujus ſecundum volumen anno 486. (1726.) tertium et quartum vero anno 487. (1727.) in vulgus exiit. Ad normam editionum Bombergi eſt exſcriptum, et omnia exhibet, quae in iis ut et in Buxtorfianis leguntur, quibus editor tum aliorum commentarios, tum proprias ipſius lucubrationes addidit. Deſideratur vero praefatio R. Judae de Mutina, ſeu Leonis Judae, §. VII. nec non praefatio hebraica Buxtorfii, §. VIII. Tomus primus exhibet Pentateuchum. Praemittuntur 1) Index rerum a R. *Abdia Sporno* explicatarum juxta ordinem Paraſcharum; 2) Ejusdem tractatus de ſcopo legis; 3) Approbationes utriusque Synagogae Amſtelodamenſis et Francofurtenſis, ut et aliorum; 4) R. Moſis explicatio ſignorum, quibus ſcriptores, quibus uſus eſt, deſignantur; 5) Praefatio antiqua prioribus editionibus praemiſſa; 6) Index capitum cujusvis libri V. T. 7) Praefatio R. Chiſkuni; 8) Praefatio R. Levi ben Gerſon, una cum recenſione corporis talmudici; 9) Praefatio R. Abdiae Sporno; 10) Praefatio Aben Eſrae. Textui ſacro junguntur Targum, Raſchi, Aben Eſra, Baal Turim, Maſora magna et parva, Levi ben Gerſon, R. Chiſkuni, R. Jacob de Letkas *Imre Noah*, et commentarius Abdiae Sporno, quibus accedit editoris *Kometz Mincha* ſive collectanea e variis commentatoribus. Columnae ita ſunt diſpoſitae, ut in medio litteris quadratis Textus hebraicus et Targum, et in ſpatio intermedio maſora parva et in ſpatio inferiori maſora magna; ad latus vero litteris rotundis majuſculis in margine interiori Raſchi, in exteriori Aben Eſra et interdum R. Chiſkuni; in columna vero minori typis rotundis minoribus Baal Turim, Imre Noah, et Kometz Mincha, in parte denique inferiori Ralbag et Sporno iisdem typis minoribus exhibeantur. Tomus ſecundus, ſeu ut editori eam inſcribere placuit, *Pars ſecunda libri congregationis Moſis*, continet Prophetas priores, cum commentariis Raſchi, Radak, Ralbag, et R. Jeſchaja eum excerptis e R. Schemuel Laniado libro *Keli Jeker* dicto, et ad marginem editoris *Mincha Ketana*, ſeu excerptis e com-

ficientibus plurimis expletae, Radicibus antea confuſis diſtinctae et ſignificatione vocum omnium latina illuſtratae. – – cum praefatione, qua operis uſus abunde declaratur, per Johannem Buxtorfium Fil. — Baſileae ſumptibus et typis Ludovici König. Anno MDCXXXII. Fol.

Digitized by Google

e commentariis Moſis Alſchech, et R. Aaron ben Chajim commentario *Lebh Aharon* dicto in librum Joſuae et Judicum. Praefationes R. David Kimchi, Levi ben Gerſon, et R. Schemuel Laniado in *Keli Jeker* proximum poſt titulum occupant folium. Tomus tertius, ſeu *pars tertia libri congregationis Moſis*, exhibet Prophetas poſteriores. Ad Raſchium et Radak, qui in antiquioribus leguntur editionibus, acceſſit Aben Eſra; in Eſaiam et Jeremiam R. Samuel Laniado, et praeterea R. Jacob ben Rab, R. Obadia Sporno, R. Schemuel Almoſnino, et R. Jitzchak Gerſon, quibus editor *Mincha gedola* addidit. Quartae parti praemittuntur praefationes Aben Eſrae, Aben Jechajae, et R. Simeon ben Zemach in *Ohebh Miſchpat et Miſchpat Zedek*. Siſtuntur hoc volumine Hagiographa commentariis variis illuſtrata. In Pſalmos: Raſchi, Aben Eſra, R. Jitzchak Jabetz, R. Aben Jechaja, Obadia Sporno, et excerpta e libro R. Schemuel Arepol, *Miſmor lattora* dicto. In Proverbia: Raſchi, Aben Eſra, Ralbag, Aben Jechaja, R. Menachem Hammeiri, cum commentario *Kabh venaki* R. Schelomo ben Abraham. In Jobum: Raſchi, Aben Eſra, Aben Jechaja, R. Jitzchak Jabetz, Ramban, R. Abraham Peritzol, R. Obadia Sporno, et Simeon ben Zemach. In Canticum: Raſchi, Aben Eſra, Ralbag, Aben Jechaja, R. Jitzchak Jabetz, R. Meir Arama, et R. Obadia Sporno. In Librum Ruth: Raſchi, Aben Eſra, Ralbag, Aben Jechaja et R. Jitzchak Jabetz. In Threnos: Raſchi, Aben Eſra, Aben Jechaja et R. Jitzchak Jabetz. In Eccleſiaſten: iidem commentatores, quibus R. Obadia Sporno accedit. In librum Eſther: Raſchi, Aben Eſra, Ralbag, et Aben Jechaja. In Danielem: Raſchi, Aben Eſra, R. Saadia Gaon, Aben Jechaja, R. Jitzchak Jabetz, et Ralbag. In Eſdram et Nehemiam: Raſchi, Aben Eſra, Aben Jechaja et R. Jitzchak Jabetz. In libros denique Chronicorum: Raſchi, Radak, et Aben Jechaja. Ubique collectanea ſua adjecit ſub titulo: *Mincha haerebh*. Ad calcem remiſſa eſt maſora magna, Varietates orientalium et occidentalium, et tractatus de accentibus. Carmine hebraico celebrantur ſinguli, qui editori auxilio fuerunt, tam ſcriptores tum operarii. Pleniſſima et luculentiſſima eſt judice *Wolfio* Bibliorum Rabbinicorum editio, in qua non ſolum ea, quae Buxtorfius habet, ſed et quae ille ex Bombergianis Bibliis Rabbinicis anni 1518. omiſerat, exſtant, immo praeterea ex MSS. nonnulli interpretes acceſſerunt, et alii qui ſeorſim antea excuſi erant, vel integri vel ex parte ſunt producti. Verum non editionem anni 1518. ſequutus eſt editor, nec omnia reſtituit, quae in ſequentibus editionibus omiſſa erant. Deſideratur enim hic ut in praecedentibus Targum Hieroſolymitanus in Pentateuchum, et Targum ſecundus in librum Eſtherae. Commata duo Joſuae XXI. hic ejecta ſunt, et in margine notatur, exſtare quidem illa in quibusdam codicibus, at a codicibus antiquis et correctis illa abeſſe. Non omnia hujus editionis exemplaria ejusdem eſſe bonitatis, ſed ab iis, quae Chriſtianis deſtinata ſunt et venduntur, abeſſe tractatum *de ſcopo legis* auctore *Obadia Sporno*, obſervavit Cl. *Tychſenius*. Quod nobis ad manus eſt exemplar praemiſſum habet Tractatum tom. 1. n. 2. et ſatis eſt ſplendidum, quamvis charta ipſa non ubique ejusdem ſit albedinis. Opus ipſum in cenſuram vocavit *Paulus Theodorus Carpovius* [s]).

B. H. R. Amſtelodami.

 Com-

s) Animadverſiones philolog. crit. p. 1-10. Conf. *Tychſenii* Bützowiſche Nebenſtunden part. 4. p. 60. *Befreyetes Tentamen* p. 137. *Wolfii* Bibl. hebr. Vol. 4. p. 119. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 5. p. 105. *Walchius* p. 181.

B. H. R. Amſtelodami.

Commentatores Judaici textui ſacro juncti, vel praecedentibus editionibus jam inſerti, vel de novo additi, ſequentes ſunt:

I. R. *Schelomo b. Iſaac* ſ. Raſchi in integrum ſacrum Codicem §. III. n. 1.

II. R. *Abraham b. Meir Aben-Eſra*, in integrum Codicem, exceptis Prophetis prioribus §. IV. n. IV.

III. R. *Jacob b. Aſcher ben Jechiel Baal Turim*, in Pentateuchum. §. V. n. II.

IV. R. *Levi b. Gerſon*, in Pentat. Proph. pr. Proverb. Cantic. Ruth. Eſther. Daniel. LL. Chronic. §. IV. n. III.

V. R. *Chiſkuni*, aut vero nomine, R. *Chiſkia b. Manoach*, qui librum ſcripſit ſ. t. חזקוני i. e. *Confortate me*, ſ. commentarium in Pentateuchum, quem *Vittorius delianus* Cremonae 1549. edidit, qui et aliis Pentateuchis adjunctus eſt. §. XXII. [t]).

VI. R. *Jacob de Letkas*, aut *Deliſcitkas* conſcripſit commentarium litteralem, allegoricum et cabbaliſticum in Pentateuchum, qui Conſtantinopoli apud Elieſer b. Gerſon Soncinatem 1540. Cremonae apud Vincentium Conti 1556. et Cracoviae 1598. excuſus, hic quarta vice in publicum prodit [u]).

VII. R. *David Kimchi* ſ. Radak in Prophetas omnes. §. III. n. II.

VIII. R. *Eſaias b. Eliae* in LL. Judic. et Samuel. §. V. n. I.

IX. R *Samuel Laniado* ſcriptor ſeculi XVI. auctor eſt libri *Keli Jeker* i. e. *vas pretioſum*, dicti, ſive commentarii in Prophetas priores, ex antiquioribus interpretibus collecti. Multa ex *Raſchi*, *Radak* et *Ralbag* deſumſit et ubivis ſtudioſe R. *Abarbaneli* contradicit. Non integrum opus, ſed excerpta tantummodo, omiſſis iis, quae ex interpretibus hic integre exhibitis deſumſerat, *Moſes Francofurtenſis* hic publicavit. Qui eidem hic adſcribitur in Eſaiam Commentarius, non hunc, ſed R. *Meir Arama* agnoſcit auctorem [x]).

X. R. *Moſes Alſcheck*, Commentator inter ſuos maxime celebris, qui in varios ſcripturae ſacrae libros commentaria compoſuit. Novarum opinionum ſectator nonnullis audit, qui antiquiſſimarum interpretationum renovator dicendus eſſet. Commentaria ejus cum ſacro textu conjuncta exſtant. §. XXIX. XXXII. etc. Sed *Moſi* noſtro nimis ampla viſa ſunt, quam quae in hiſce Bibliis locum habere poſſint. Excerpta itaque nobiſcum communicavit [y]).

XI. R. *Aharon b. Chajim* vixit ineunte ſeculo XVII. In Librum Joſuae conſcripſit commentarium, ſ. t. *Leb Aharon*, §. XXXVIII. cujus excerpta hic habemus [z]).

XII. R. *Jacob b. Rab*, profugus ex Hiſpania, et poſtea princeps captivitatis in terra ſancta, ſcripſit commentarium in Eſaiam et Jeremiam, Ezechielem et Prophetarum nonnullos minores ſ. t. *Lekute Schuſchanim*, i. e. *collectio liliorum* [a]).

XIII. R. *Obadias ben Jacob Sporno*, Medicus Italus, cujus ſunt Commentaria in Prophetas aliquot, Pſalmos, Jobum, Canticum et eccleſiaſtem [b]).

XIV.

[t]) *Wolfius* Vol. 1. p. 364. Vol. 3. p. 248.
[u]) id. Vol. 1. p. 587. Vol. 3. p. 452.
[x]) id. Vol. 1. p. 1107. Vol. 3. p. 1111. Vol. 4. p. 995.
[y]) id. Vol. 1. p. 808. Vol. 3. p. 735.
[z]) id. Vol. 3. p. 73.
[a]) id. Vol. 1. p. 585. Vol. 4. p. 120.
[b]) id. Vol. 1. p. 938. Vol. 3. p. 866.

Digitized by Google

XIV. R. *Schemuel Almoſnino* notae litterales in Prophetas minores ex MSto hic prodeunt. Scripſit idem praeterea Supercommentationem in *Raſchi*, quae Conſtantinopoli excuſa exſtat c).

B. H. R. Amſtelodami.

XV. R. *Iſaac Gerſchom* ſcripſit annotationes in Malachiam, ex MSto etiam editas d).

XVI. R. *Iſaac b. Schelomo Jabetz* ſcripſit librum ſ. t. תורת חסד i. e. *lex benignitatis*, quo continentur decem diverſi Commentarii, ex variis interpretibus collecti, in Pſalmos, Job. Cant. Cantic. Ruth. Thren. Eccleſ. Dan. Eſdr. Nehem. Eſther e).

XVII. R. *Joſeph Aben Jechaja* in Pſalmos, Proverb. Job. Cant. Ruth. Thren. Eccleſ. Dan. Eſdr. Nehem. et Libros Chronicorum. Prodeunt hic ex MSto.

XVIII. R. *Samuel Arepol* ſcriptor ſeculi XVI. ſcripſit Commentarium in Pſ. CXIX. et XV. Graduum, §. LXII. ex quo hic excerpta exhibentur. Idem ſcripſit Commentarium in Canticum Canticorum שר שלום, i. e. *princeps pacis* dictum. §. XXX. f).

XIX. R. *Menachem Hammeiri*, aut *Beth Meir*, cujus eſt Commentarius in Proverbia, nunc ex MSto editus g).

XX. R. *Schelomo* b. *Abraham* in Proverbia. §. III. n. III.

XXI. R. *Moſes Bar Nachman* in Jobum. §. III. n. IV.

XXII. R. *Abraham b. Mardochai* in Jobum. §. III. n. V.

XXIII. R. *Simeon b. Zemach Duran*, Nepos R. *Levi* b. Gerſon, commentarium in Jobum ſcripſit, ſub titulo אוהב משפט i. e. *diligens* judicium, qui aliquoties editus §. LXIV. hic de novo prodit h).

XXIV. R. *Meir b. Iſaac Arama*, ſcriptor ſeculi XVI. Commentarium in Canticum Canticorum compoſuit, qui hic ex MSto prodit. Commentarius in Eſaiam et Jeremiam אורים ותומים qui R. *Samueli Laniado* adſcriptus eſt, elaborationibus hujus R. *Meir* annumerandus eſt, qui praeterea Commentarium edidit in Jobum. §. LXIV. et in Pſ. §. LX. i).

XXV. R. *Saadias Gaon.* Comment. in Daniel. §. IV. n. V.

XXVI. R. *Moſes ben Simeon* Francofurtenſis, qui lepido errore typographico in titulo Voluminis I. *Farckenfurt* nominatur, non ſolum typographus, et editor, cujus curae et impenſis integrum debemus opus, ſed et Interpres vel Commentator, qui aliorum commentariis integre expreſſis quatuor addidit opellas. Ad volumen primum ſeu Pentateuchum acceſſit קומץ מנחה i. e. *pugillus oblationis*, excerpta e variis antiquioribus interpretibus continens. Ad volumen ſecundum acceſſit in margine מנחה קטנה i. e. *oblatio parva*, quam e ſcriptis *Moſis Alſcheck* et *Aaronis ben Chajim* collegit. Ad tertium volumen מנחה גדולה i. e. *oblatio magna*, ſeu excerpta hinc inde conquiſita; et ad quartum denique מנחת הערב i. e. *oblatio veſpertina*, quibus omnibus, quae ab aliis praetermiſſa ſunt interpretibus, illuſtrare voluit k).

§. X.

c) *Wolfius* Vol. 1. p. 1090. Vol. 4. p. 993.

d) id. Vol. 4. p. 881.

e) id. Vol. 1. p. 692.

f) id. Vol. 1. p. 1090. Vol. 3. p. 1077.

g) id. Vol. 1. p. 767. Vol. 3. p. 683. Vol. 4. p. 899.

h) id. Vol. 1. p. 1147.

i) id. Vol. 1. p. 751. Vol. 3. p. 673. Vol. 4. p. 896.

k) id. Vol. 3. p. 818. Vol. 4. p. 120. 926.

§. X.

Recenſitis Bibliis Rabbinicis majoribus addi poſſet editio anni 1623. cujus mentionem facit *Brianus Waltonus:* „Quarta editio Veneta prodiit anno „1623. Eadem eſt cum priori, ſed typorum elegantia et impreſſionis „nitore praecedentibus multo inferior [l]). „ Verum iſta editio non immerito a *Johanne Buxtorfio F.* et *Wolfio* in dubium vocatur. Progredimur itaque ad recenſenda Biblia Rabbinica minora, quae textum ſacrum hebraeum cum uno vel altero commentario, aut notis Rabbinorum exhibent. Varii generis ſunt, quae ad hanc Claſſem referenda ſunt Biblia. Alia cum Textu jungunt Paraphraſin chaldaicam et Commentaria Raſchiana; alia hujus Commentaria vel ſine vel cum aliis explicationibus exhibent; alia breviores annotationes lingua vel hiſpanica, vel italica, vel Judaeo-germanica conſcriptas habent; alia denique commentarius criticus comitatur. Quae ſingula eo ordine, ut quae ſibi ſunt ſimilia, jungantur, recenſebimus.

§. XI.

B. H. c. Targ.

B. H. c. Targ.

Biblia Hebraica cum Paraphraſi Onkeloſi, et Commentario R. Salomonis Jarchi. Conſtantinopoli. 499. (1739.) 4.

Quam olim Judaei Conſtantinopoli habuerunt typographiam, cujus uſus a Turcis per plures annos interdictus fuit, recentiſſimis temporibus reſtaurarunt. Prodiit ex illa codex in hiſce oris rariſſimus, qui, cum B. *Pluerii* Paſtor. Altonav. Bibliotheca Altonae ſubhaſtaretur, pro pretio octo Thalerorum, divenditus eſt. De auctore Commentarii conferantur quae ſupra annotavimus. §. III. n. 1.

§. XII.

B. H. c. Comment. Raſchii.

B. H. c. Comment. Raſchii.

[I.] **Biblia Hebraica cum Commentario R. Salomonis Jarchi. Amſtelodami, apud Immanuel Benbeniſte. 413. (1653.) 4.**

Editiones, quibus Commentaria Raſchiana juncta ſunt, Judaeorum uſui potiſſimum ſunt dicatae, eorumque in gratiam procuratae; ſiquidem huic genti hic interpres tantae eſt auctoritatis, ut in textu ſacro interpretando ab illo recedere fere nefas ſit. Immanuelis Benbeniſtae cura plures librorum ſacrorum editiones in vulgus exierunt, quae infra recenſendae ſunt [m]).

[II.] * **Biblia Hebraica cum Commentario R. Salomonis Jarchi curante R. David Nunnes Tores. Amſtelodami in domo Immanuelis ben Joſeph Athias. 460-465. (1700-1705.) 12.** [n]).

[Prodiit editio nitida et ſatis accurata, cum editione Textus ſine commentario, quam ſupra ſect. I. §. XXVII. deſcripſimus, eodem tempore et iisdem typis. Textus ſuperiorem, Commentarius inferiorem occupat locum, ſed minutioribus et fere

l) Proleg. 4. p. 265. *m*) *Wolfius* Vol. 3. p. 378.
n) *Le Long* p. 71. Col. 1. B.

fere nimis exilibus typis eſt expreſſus. Unica eſt editio, quae modo ad annum 1700, quo coepta, modo ad annum 1705, quo finita eſt, referri ſolet o). B. H. c. Comment. Raſchii.

Biblia Hebraica cum Commentario R. Salomonis Jarchi. Cracoviae apud R. Iſaac ben Aaron. 370. (1610.) 4. [III.]

Commentarius textui ſacro eſt ſubſtratus. Vidit *Wolffius* tantummodo primum hujus editionis volumen, Pentateuchum et V. Megilloth continens. Verum et reliqua Volumina exſtare, nullus dubitat p).

* Biblia Hebraica cum Commentario R. Salomonis Jarchi. Venetiis apud Johannem de Gara. 355. (1595.) 4. q). [IV.]

[Recenſet quidem hanc editionem *Le Long*, ſed ita ut Commentarii adjecti nullam faciat mentionem. Deſcribi illum curavit *de Gara*, cui et Biblia hebraica ſine commentario debemus, (Sect. I. §. XIII.) e majori opere Rabbinico §. VI, Judaeorum ut ſtudiis eo facilius inſervire poſſit r).

Biblia Hebraica cum Commentario R. Salomonis Jarchi, Venetiis apud Johannem de Gara. 367. (1607.) 4. s) [V.]

* Biblia Hebraica cum Maſora in Pentateuchum, et Commentario R. Salomonis Jarchi. Venetiis apud Anton. Caleoni. 407-409. (1647-1649.) 4. t). [VI.]

§. XIII.

B. H. cum Excerpt. Raſch. B. H. c. Excerpt. Raſchii.

* Biblia Hebraica cum Compendio Commentariorum Raſchii, quod vocatur Caph Jerec Jacob, et brevi Commentario R. Jakal Sopher, collecto ex commentariis germanicis. Pragae 374. (1614.) 8. u). [I.]

[Auctor poſterioris commentarii, quo non tam textus ſacer, quam *Raſchius* explicatur, vero nomine audit *Jacob ben Moſes Chajat* x).

* Biblia Hebraica eadem recuſa. Pragae 389. (1629.) 8. y). [II.]

§. XIV.

B. H. c. Not. Hiſpan. B. H. c. Not. Hiſpan.

* Biblia Hebraica, cum verſione hiſpana vocum difficiliorum in margine charactere Hebraico-Rabbinico, regnante Joanne Vendramino inclyto Venetiarum Principe. Venetiis Joannis Caleoni. 5395. (1635.) 4. z). [I.]

[Judaei Hiſpani patria expulſi, in Italiam ſeſe contulerunt, atque ibi non ſolum ſacri textus verſionem hiſpanam ediderunt, ſed et interpretationes vocum difficiliorum hiſpanicas ſacro textui adſcripſerunt. Collectae exſtant eaedem interpretationes

o) *Wolffius* Vol. 2. p. 381. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 3. p. 109.
p) *Wolffius* Vol. 2. p. 374. *Clemens* Tom. 4. p. 39.
q) *Le Long* p. 67. col. 1. C.
r) *Wolffius* Vol. 2. p. 373.
s) *Wolffius* Vol. 2. p. 374.
t) *Le Long* p. 68. col. 2. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 377.
u) *Le Long* p. 67. col. 2. A.
x) *Wolffius* Vol. 4. p. 115. Vol. 3. p. 516.
y) *Le Long* p. 68. col. 1. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 377.
z) *Le Long* p. 68. col. 2. A.

B. H. c Not. Hiſpan. ones in libro hiſpanice ſcripto, ſub titulo: *Deſiderium Salomonis.* Venetiis apud Joh. de Gara 348. (1588.) et 5377. (1617.) 4. [a]).

[II.] * Biblia Hebraica cum praefatione et Commentario Grammatico R. Jacob Lumbroſo; accedit quoque vocum Hebraicarum difficilium Hiſpanica lingua expoſitio. Venetiis Johannis Martinelli 399. (1639.) 4.

Laudatur haec editio a Judaeis, praeſertim ab illis, qui orientis partem incolunt, teſte Simonio Diſquiſit. c. 8. p. 54. [b]). [Commentarius *Jacobi Lumbroſo* aut *Lombroſo*, מלא כף נחת dictus, ex variis interpretibus, inprimis *Raſchio* eſt collectus, et in Pentateuchum eſt diffuſior, in caeteris vero libris, ſi Jobum exceperis, brevior. Addidit notas marginales, quibus voces difficiliores lingua hiſpanica exprimuntur [c]).

[III.] Biblia Hebraica. Venetiis nella ſtamperia Bragadina cum licenza de Superiori. 1730. 4.

Accedit commentarius litteralis et explicatio vocum difficilium, lingua hiſpanica, typis rabbinicis exſcripta.

§. XV.

B. H. c. Not. Ital.

B. H. c. Not. Ital.

[I.] Biblia Hebraica. Venetiis apud Johannem de Gara. 330. (1570.) 8.

Accedit commentarius litteralis, ſeu difficilium vocum explicatio italica typis rabbinicis in margine. Editio ipſa ſatis oſcitanter eſt procurata. 1 Paralip. XXV. com. 18. bis expreſſum, et Pſalmo LXXXIX. comma 16. e Pſalmo LXXVI. intertum legitur [d]).

[II.] * Biblia Hebraica a Judaeis edita. Venetiis 5438. (1678.) [e]).

[In forma quarta prodiit integrum V. T. volumen ſumptu Bragadinorum, per *Dominicum Vedelago*, curantibus R. *Jehuda et Jacob Aſcher.* In margine leguntur Scholia italica, loca difficiliora illuſtrantia, rabbinicis typis expreſſa. Editio magna quidem diligentia, ſed minus eleganti typo adornata [f]).

§. XVI.

B. H. cum Comment. Germ.

B. H. c. Comm. Germ.

* Biblia Hebraica cum Commentario germanico R. Nephthali ben Aſer. Cracoviae 312. (1552.) Fol. [g])

[Prodiit e typographia *Iſaaci b. Aaron Proſtitz.* Textus hebraicus punctis eſt inſtructus. Accedit R. *Naphthali* commentarius אילת שלוחה dictus, quem e variis interpretibus collegit, et magni apud Judaeos aeſtimatur. Commentarium in linguam germanicam puram transtulit *Andreas Cnollenius*, qui tamen lucem non adſpexit [h]).

§. XVII.

a) *Wolfius* Vol. 2. p. 377. 452.

b) *Le Long* p. 68. col. 2. D.

c) *Wolfius* Vol. 2. p. 377. Vol. 1. et 3. n. 1070. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 541. *Tychſenii* Bützowiſche Nebenſtunden Part. 4. p. 75. *Befreyetes Tentamen* p. 83. *Paul. Theod. Carpovii* animadverſ. p. 11.

d) *Wolfius* Vol. 2. p. 372.

e) *Le Long* p. 70. col. 2. A.

f) *Wolfius* Vol. 2. p. 380. *Michaelis* praefat. ad B. H. p. 5.

g) *Le Long* p. 66. col. 1. E.

h) *Wolfius* Vol. 2. p. 371. Vol. 1. p. 916. Vol. 3. p. 843. *Unſchuld. Nachrichten* 1714. p. 773.

Digitized by Google

§. XVII.

B. H. c. comment. crit.

B H. c. comment. crit.

ספר ארבעה ועשרים.

— — In Mantova con Licenza de Superiori. 502. (1742) 4.

Inter Biblia Rabbinica hunc codicem ultimo loco recenſemus, quia ab omnibus aliis multo recedit. Alii commentatores de ſenſu litterali aut de exegeſi ſunt occupati; hic vero codex inprimis, arti criticae ut inſerviat, editus eſt. Exſcriptus eſt codex hebraicus ſubjectis punctis vocalibus, typis aliquantulum detritis, impenſis *Raphael Chajim Itala* M. D. curam vero editionis et emendandarum plagularum geſſit inprimis *Raphael Chajim Baſila.* Quatuor abſolvitur volumen partibus, quarum prior Pentateuchum et quinque Megilloth continet; et una cum ſecunda parte anno 502. (1742) exſcriptus eſt; acceſſerunt partes duae poſteriores anno 504. (1744.) Capita litteris hebraicis, non vero commata ſingula, diſtincta ſunt. Textus proxime accedit ad editionem Hooghtianam; at Decalogus triplici modo eſt expreſſus, et Commata duo Joſuae 21, 36. 37. uncinulis a reliquo textu diſtincta ſunt. Singulis partibus ad calcem, praeter alia, quae Judaeis inprimis uſui ſunt, adjecta eſt variantium lectionum collectio. Accedit commentarius criticus מנחת שי dictus, quem ſuperiori ſeculo *Jedidja Schelemo Norzi*, *Jacobi Lombroſo* coaetaneus, conſcripſit; jam vero primum in lucem exiit. Conſuluit auctor antiquiſſimos codices Maſorae; codices Textus hebraei antiquiſſimos et correctos, in quorum numero fuit codex hiſpanicus, Pentateuchus Jerichuntinus, codex Sambuki, aliique, quos paſſim recenſet: nec non editiones antiquiſſimas impreſſas, ut Neapolitanam et Ulyſſiponenſem; quorum auxilio genuinas textus lectiones, inprimis puncta vocalia, accentus, et matres lectionum aut reſtituere, aut vindicare ſtuduit i).

§. XVIII.

In recenſendis librorum ſacrorum partibus ſeorſim tam a Judaeis quam Chriſtianis editis, ordinem codicis ipſius conſuetum ſequimur. Praemittimus editiones Pentateuchi in certas claſſes diſtributas §. XIX etc. quibus editiones librorum Feſtivalium ſecundum morem Judaeorum junximus, §. XXIX. Sequuntur reliqui ſuo ordine libri, Prophetae priores §. XXXV, et poſteriores §. XXXIX. quibus denique accedunt Hagiographa §. XLVIII.

§. XIX.

Pentat. c. tripl. Targ.

Pentat. c. tripl. Targ. [I.]

* Pentateuchus cum triplici Targum, itemque Megilloth hebraice et chaldaice, cum Raſchi et Targum ſecundo in Eſther, et Haphtharoth. Amſtelodami per Menaſſe ben Iſrael. 400. (1640) 4.

[Tertia editio ab eodem erudito Judaeo procurata. Conf. ſupra Sect. I. §. XLIV. et infra §. XXI. k).

P 2 Penta-

i) *Wolfſius* Vol. 1. p. 1080. *Tychſenii* befreyetes Tentamen p. 80. Conf. *F. W. Dresdii* progr. quo commendantur Raphaelis Chajim Baſila, Judaei recentioris, exercitationes criticae in diverſitatem Lectionis Codicis Ebraei ab Everardo van der Hooght obſervatam. Witteb. 1774. 4.

k) *Le Long* p. 74. col. 1. B. *Wolfſius* Vol. 2. p. 390. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 6. Conf. *Wolfſius* Vol. 1. p. 786.

Digitized by Google

[II.] Pentateuchus cum triplici Targum et Raſchi et R. Pheibel. Amſtelod. 406. (1646) 8.

Ad normam editionis Hanovienſis, quam vide *l*).

[III.] Pentateuchus cum triplici Targum, commentario Raſchii et excerptis ex Baal Turim. V. Megilloth cum Targum ſecundo ſuper Eſther, et Haphtharoth. Amſtelodami apud Uri Veibſch. 430. (1670) 4. *m*).

[IV.] Pentateuchus cum triplici — — Haphtharoth. Amſtelodami apud David ben Uri Veibſch. 434. (1674) 4.

Editio praecedenti prorſus ſimilis *n*).

[V.] Pentateuchus cum triplici — — Amſtelodami cura Seligmann ben Moſe Schneior. 463. (1703) 4.

Editio tertia ad normam praecedentium effigiata *o*).

[VI.] * Pentateuchus cum triplici Targum et commentario Raſchii, R. Samuel ben Meir ſ. Raſchbam et Aben Eſrae, cum Maſora, Baal Hatturim et Toledoth Aaron; Haphtharoth cum commentario Kimchii et Praefatione R. David Oppenheimer. Berolini, cura et typis Dan. Erneſti Jablonskii. 465. (1705) 4.

Commentarius R. Samuel ben Meir hic ex MSto prima vice in publicum prodit. Editio ſatis eſt accurata *p*).

[VII.] Pentateuchus cum triplici Targum, Raſchi, Aben Eſra etc. cum Megilloth et Haphtharoth. Francofurthi ad Oderam, in domo Doctoris et Profeſſoris Grillo. 496. (1736.) 8. 5 Vol.

Editionem praecedentem Berolinenſem recudi curavit *Aaron Fränckel* qui et praefationem praemiſit. Impenſa ſubminiſtrarunt *Jehuda ben Hertz Bär*, Berolinenſis, *Aaron Fränckel ben Abraham Iſrael Haeker*, et *Aaron ben Iſaac Schaul* Francofurtenſis. Exemplar, quod ad manus eſt, ſatis eſt nitidum. Typographiam Judaeis conceſſit *Grillo* Profeſſor Francofurtanus, cui in ipſo libri rubro ignominioſo epitheto Judaei grates retulerunt *q*).

[VIII.] * Pentateuchus cum triplici Targum; V. Megilloth hebraice et chaldaice, et duplici Targum in Eſther, cum commentario Raſchii et Haphtharoth. Hanoviae apud Hans Jacob Hüne 374. (1614.) 8.

[Editor eſt R. *Pheibel*, qui ex veteri Raſchii codice varias lectiones et correctiones, una cum expoſitione vocum difficiliorum in triplici Targum occurrentium et indice locorum, ubi voces in Talmud, Medraſchim aliisque interpretibus inveniantur, addidit. Amſtelodamenſes hanc editionem anno 1646. recudi curarunt *r*).

[IX.] * Pentateuchus cum triplici Targum. Pragae. 406. (1646.) 8. *s*).

[X.] Pentateuchus cum triplici Targum et Raſchi, Pragae. 447. (1687.) 4. *t*).

* Penta-

l) *Wolffius* Vol. 4. p. 131.
m) *Wolffius* Vol. 2. p. 391.
n) *Wolffius* Vol. 3. p. 391.
o) *Wolffius* Vol. 2. p. 393.
p) *Le Long* p. 74 col. 2. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 394. Acta Erudit. Lipſ. 1709. p. 493. Saml. von A. u. N. 1709. p. 674.
q) *Tychſenii* Bützov. Nebenſtunden p. 58.
r) *Le Long* p. 73. col. 2. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 390.
s) *Le Long* p. 74. col. 1. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 390.
t) *Wolffius* Vol. 2. p. 392.

Digitized by Google

* Pentateuchus cum triplici Targum et Commentario Raſchii et V. Megilloth cum ejuſdem commentario, et duplici Targum in Eſther, cum praefatione R. Aſcher Phorins. Venetiis apud Joh. de Gara. 350. (1590.) 8. u). [XI.]

Pentateuchus cum triplici Targum etc. Venetiis apud Joh. de Gara. 354. (1594.) 8. [XII.]

Editio iterata, praecedenti ſimilis x).

§. XX.

Pent. c. dupl. Targ.

Pent.c.dupl. Targ.

* Pentateuchus cum Targum Jonathanis et Hieroſolymitano cum commentario R. Mardochaei ben Naphthali Hertz. Amſtelodami per Joſ. Athias 431. (1671.) Fol. y)

[Auctor Commentarii non *Hertz* ſed *Hirſch* nominandus eſt. Textus ſacer et Paraphraſes per tres columnas ſunt diſpoſiti, commentarius vero non tam textum, quam verba Paraphraſium chaldaicarum illuſtrat.

§. XXI.

Pent. c. Targ.

Pentat. c. Targ.

* Pentateuchus hebraicus et chaldaicus et V. Megilloth cum punctis, ſtudio Menaſſe ben Iſrael, Amſtelodami. Sumptibus Henrici Laurentii 391. (1631.) 4. [I.]

[Exiit eodem anno, quem ſupra Sect. I. §. XLIV. deſcripſimus, Pentateuchus mere hebraicus, ab hac editione omnino diverſus z).

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth et Haphtharoth. Amſtelodami 402. (1642.) 4. a). [II.]

Pentateuchus hebraicus cum Targum Onkelos et Haphtharoth. Amſtelodami apud Salom. Props. 479. (1719.) 8. b). [III.]

* Pentateuchus cum Targum Onkelos, V. Megilloth et Haphtharoth. Hamburgi Typis Georgii Rebenlini. MDCLXIII. 12. [IV.]

[Editionem curavit *Teble ben Benjamin Wolff.* Typographum mendoſe *Rebontari* appellat *Le Long.* In rubro libri commemorantur V. Megilloth et Haphtharoth; ſed deſunt exemplari, quod rebus noſtris inſervit c).

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth et Haphtharoth. Sabionettae apud Tobiam Pua. 317. (1557.) 12. d). [V.]

* Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth. Venetiis apud Danielem Bombergum. 287. (1527.) 8. e). [VI.]

Penta-

u) *Le Long* p. 73. col. 2. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 389.

x) *Wolfius* Vol. 4. p. 389.

y) *Le Long* p. 74. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 391. Vol. 1. p. 796. Vol. 3. p. 721.

z) *Le Long* p. 74. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 390. Vol. 4. p. 786. Catal. Biblioth. Bünav Tom. 1. p. 6. Conf. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 15.

a) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 19. n. 28.

b) *Wolfius* Vol. 4. p. 132.

c) *Le Long* p. 74. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 391. Vol. 4. p. 131.

d) *Wolfius* Vol. 2. p. 388.

e) *Le Long* p. 72. col. 2. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 386.

[VII.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth. Venetiis, mandato Daniel. Bombergi per manus Cornelii Adelkind. 303. (1543.) 8.

[Finitus eſt Menſe Ciſlev 304. (1544.) Fallitur *Wolffius*, qui ſibi exinde perſuaſit, hanc editionem eandem eſſe cum illa, quae notam anni 1544. expreſſe in fronte gerit, adeoque auctorem noſtrum bis eandem nominaſſe editionem accuſat. Verum diverſae ſunt editiones, quarum prior eſt hebraeo-chaldaica, poſterior hebraea f).

[VIII.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, cum V. Megilloth, ſine Targum, et Haphtharoth. Venetiis apud Marcum Anton. Juſtiniani. 307. (1547.) 8.

[Ex eadem typographia exiit eodem anno Pentateuchus cum variis commentariis. *Le Long* hunc ut Pentateuchum mere hebraeum recenſet g).

[IX.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, et V. Megilloth hebraice. Venetiis apud Joan. de Gara. 357. (1597.) 8. h).

[X.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, et V. Megilloth hebraice. Venetiis 381. (1621.) 8. i).

[XI.] * Pentateuchus cum V. Megilloth hebraice et chaldaice. Venetiis. 431. (1671.) 8. k).

[XII.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Haphtharoth. Venetiis apud Vendramini. 444. (1684.) 8. l).

[XIII.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth et Haphtharoth, Venetiis apud eundem. 462. (1702.) 8. m).

[XIV.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth et Haphtharoth. Wilmersdorffii apud Iſaac ben Juda Judels. ſ. anno n).

[XV.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, Megilloth et Haphtharoth hebraice. 366. (1606. 8. o).

§. XXII.

Pentat. c. Targ. et Comment. Var.

Pentat. c. Targ. et Comment. Var.

[I.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Megilloth et Commentario Raſchi et R. Sabtai Siphte Chachamim. Amſtelodami apud Uri Veibſch. 440. (1680.) 4. p).

[Editionem procuravit R. *Sabtai* Caliſſenſis Polonus. Textus hebraicus et chaldaicus ſibi in duabus columnis oppoſitis reſpondent. In margine legitur *Baal Turim* §. V. n. II. et R. *Aaronis Piſaurenſis Toledoth Aharon*, ſ. index locorum ſcripturae, qui in Talmu-

f) *Le Long* p. 72. col. 2. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 387. Vol. 4. p. 130. *Knochii* Nachrichten p. 179-185. qui Typothetam mendoſe appellat *Cornelius Adelkenad*, pro *Adelkind*. Conf. Sect. 1. §. LXII. n. 2.

g) *Le Long* p. 73. col. 1. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 387.

h) *Le Long* p. 73. col. 2. D. *Wolffius* Vol. 2. p. 389.

i) *Le Long* p. 74. col. 1. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 390.

k) *Le Long* p. 74. col. 1. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 391.

l) *Wolffius* Vol. 2. p. 392.

m) Id. ibid. p. 393.

n) *Wolffius* Vol. 2. p. 395. *Saml. von A. u.* N. 1740. p. 42.

o) *Wolffius* Vol. 2. p. 389.

p) *Le Long* p. 74. col. 1. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 392. collat. Vol. 1. p. 1023. Vol. 3. p. 1005. Vol. 4. p. 132. et de R. *Aharon Piſaur.* Vol. 1. p. 128.

Digitized by Google

Talmude Babylonico citantur et explicantur. *Raſchi* Commentarius Paraphraſi, editoris vero ſupercommentatio e variis ad minimum XVI interpretibus ad illuſtrandum Raſchi collecta textui hebraeo ſubjecta eſt. Recuſa exſtat editio Dyrenfurti, acceſſionibus locupletata. 1693. 4. Pentat. c. Targ. et Comment. Var.

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Commentario Raſchi, et Baal Turim et V. Megilloth. Amſtelodami per David ben Aharon Jehuda, ex officina Uri Veibſch. 445. (1685.) 4. q). [II.]

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth, cum commentario Raſchi, Baal Turim et Maſora. Amſtelodami per Uri Veibſch b. Aaron. 445. (1685.) 4. r). [III.]

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, cum V. Megilloth, Commentario Raſchi, et infra hunc commentatio judaeo-germanica auctore R *Elijakim ben Jacob*: Haphtharoth cum commentario Radak. Amſtelodami apud Salom Proops. 486. (1726.) 4. s). [IV.]

Supercommentatio R. Elijakim prodiit primo ſeorſim, ita ut e ſingulis Pentateuchi Paraſchis et e Megilloth ſectiones quaedam hebraice et judaeo-germanice exhibeantur. Poſteriores editor hic ſuis locis attexuit.

Pentateuchus hebraicus cum Targum Onkelos, Raſchi, Maſora parva, Baal Turim, notuliſque nonnullis et Haphtharoth cum Commentario Radak. Amſtelodami apud Salom Proops. 488. (1728.) t). [V.]

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi, Abarbanel et חצר החדשה. Amſtelodami, per R. Lebh et R. Süſman. 528. (1768.) 8. [VI.]

Auctor poſterioris Commentarii eſt R. *Saul* praefectus Synagogae Amſtelodamenſis.

* Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum commentario Raſchi, Chaſſekuni, et Baal Turim. V. Megilloth cum Targum et Raſchi, et Haphtharoth, cum Commentario R. David Kimchi. Baſileae apud Conrad Waldkirch. 366. (1606.) fol. u). [VII.]

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Commentario Raſchii, Moſis Nachmanidis et Aben Eſrae; Haphtharoth cum Comment. Raſchii et Kimchi, et Megilloth cum Raſchi et Aben Eſra. Conſtantinopoli per Sam. Nachmias. 282. (1522.) fol. max. [VIII.]

Opus in hiſce oris rariſſimum, *Jac. le Long* et *Wolfio* ignotum, quod vero mihi benevolentia Cl. *de Roſſi*, Parmenſis Profeſſoris digniſſimi, innotuit. Volumen eſt inſignis molis, ſed characteribus detritis exſcriptum. In medio exhibetur textus hebraicus punctatus et paraphraſis chaldaica, ille majoribus, haec minoribus typis quadratis; utrumque cingunt tres commentarii, typo rabbinico expreſſi. Ad calcem additur Carmen hebraicum R. *Joſephi b. Joel Biraſc*, qui jam anno 265. priorem Penta-

q) *Wolfius* Vol. 2. p. 392. §. III. n. I. §. V. n. II.

r) Id. ibid §. III. n. I. §. V. n. II.

s) *Wolfius* Vol. 4. p. 133. et 784. §. III. n. I. II.

t) *Wolfius* Vol. 4. p. 133. §. III n. I. II. §. V. n. II.

u) *Le Long* p. 73 col. 1 D. *Wolfius* Vol. 2. p. 389. De comment. v. §. III. n. I. II. §. V. n. II. §. IX. n. V.

Pentat. c. Targ. et Comment. Var.

Pentateuchi editionem laudarat (v. §. XXIII. n. VIII.). In poſtremis verſibus tempus editionis ſequentibus notatur: נשלם שנת הרפב בר״ח סיון בעיר קושטאנטינה i. e. *abſolutum eſt anno 282. menſe Sivan in urbe Conſtantinopoli*; littera enim ה litteris רפב praemiſſa, non pro numeri nota eſt habenda. Textus quam frequentiſſime cum editione Conſtantinopolitana anni 1506. conſentit; aliquando tamen ab illa diſcrepat. Id denique obſervandum eſt, in plurimis vocabulis variantis lectionis indicia hic ſervari, cujus nullum prorſus exſtat in aliis editionibus veſtigium x).

[IX.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, cum commentario Raſchi, et Moſis b. Nachman, et ſupercommentatione R. Iſaac Aboab. Megilloth hebraice et chaldaice, et Haphtharoth cum Commentario Radak. Cracoviae apud Iſaac ben Aaron Proſtitz. 347. (1587.) fol. y).

[R. *Iſaac Aboab* commentarius in Pentateuchum ſeorſim excuſus eſt, et primo a Bombergo 1548. textui ſacro additus eſt, quem ſequutus eſt typographus Cracovienſis.

[X.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, cum Raſchi ſub paraphraſi chaldaica, et commentario Siphthe Chachamim, cum excerptis ex Baal Turim, et locis talmudicis e libro Toledoth Aaron, cum Megilloth et Haphtharoth. Dyrenfurti. 453. (1693.) 4. z).

[Editio ad normam Amſtelodamenſis anni 1680. expreſſa; quam vide.

[XI.] Pentateuchus hebraicus cum Onkelos et Raſchi et R. David de Lida Ir Miklath et Migdol David. Francofurthi ad Moen. apud Joh. Kelner. 487. (1727.) fol.

Qui hic *David de Lida* ab urbe Volhiniae appellatur, eſt *David b. Arje Löw*, Rabbinus primarius variis in Synagogis et denique Amſtelodami. Commentarius ejus עיר מקלט illuſtrat ſexcenta tredecim praecepta moſaica, ſecundum ſeptem hebdomadis dies diſpoſita, allegatione locorum Thalmudicorum et recentiorum ſcriptorum. Alter ejus commentarius מגדול דוד illuſtrat hiſtoriam Ruthae. Conſtituit hic Pentateuchus primam partem libri *Jad col bo*, qui inſtar eſt Encyclopaediae Judaicae a).

[XII.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus etc. Francofurthi ad Moen. Sumptu Salomon Aphtrod. 490. (1730.) 4. b).

Iterata editio Amſtelodamenſis anni 1726.

[XIII.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus. 4. c).

Recenſet editionem *Wolfius*, eamque ad praecedentem formatam eſſe judicat.

[XIV.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, cum Raſchi et Chaſſekuni, V. Megilloth cum Targum et Raſchi et Haphtharoth. Pragae apud Moſen ben Joſua ben Bezaleel. 378. (1618.) 4. d).

Proxime accedit ad editionem Baſileenſem. 1606.

* Penta-

x) Ex litteris V. V. Cl. *de Roſſi*.

y) *Le Long* p. 73. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 388. Vol. 3. p. 537. *Clement* Biblioth. crit. Tom. 4. p. 39.

z) *Le Long* p. 74. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 392. Vol. 4. p. 132.

a) *Wolfius* Vol. 4. p. 133. Vol. 3. p. 180. *Saml. von A. u. N.* 1740. p. 166. Conf. §. III. n. IX.

b) *Wolfius* Vol. 4. p. 133.

c) *Wolfius* Vol. 4. p. 134.

d) *Wolfius* Vol. 2. p. 390.

Digitized by Google

* Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth et commentariis [XV.]
Raſchi et R. Iſaac ben Moſes Arama Riva. Tridenti. 321. (1561.) fol. [e]).

(Editionem procuravit *Jacob Marcaria ben David*, qui praefationem et ſuccinctas addidit notas. *Iſaaci* commentarius עקידת יצחק, *legatio Iſaaci*, eſt diffuſus e ſcriptis Rabbinorum veterum congeſtus, et ex parte philoſophicus, quo inprimis rationes praeceptorum explicantur.

* Pentateuchus hebraicus et chåldaicus cum commentario R. Ezechiae b. [XVI.]
Manoae, et notis ex Baal Turim. Venetiis apud Bombergum. 284. (1524.) fol. [f])

* Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Commentario Raſchi, et R. [XVII.]
Iſaac Aboab in Biur R. Moſis b. Nachmann et V. Megilloth cum Targum et Raſchi. Venetiis apud Dan. Bombergum. 308. (1548.) fol. [g])

[Prima editio, in quo *Aboab* textui ſacro junctus eſt, ad quam Cracovienſis anni 1587. formata eſt.

* Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, cum commentario R. Jechiel ben [XVIII.]
Jekuthiel ſuper voces difficiliores, cum Maſora, V. Megilloth et Haphtharoth. Venetiis apud Marcum Antonium Juſtiniani. 307. (1547.) 4. [h]).

[Titulus praemittit ſingulos viginti quatuor V. T. libros, fortaſſis qui ſibi omnes eodem modo edere propoſuerat editor. Commentarius e veteribus interpretibus, Raſchi, Ramban, Aben-Eſra, Radak, Moſe Cotzenſi, et Baal Turim eſt collectus. Megilloth et reliqua ſunt ſine commentario. *Le Long* hanc editionem ad claſſem earum refert, quae textum hebraeum ſine paraphraſi chaldaica exhibent.

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, cum Raſchi, Baal Turim, Ramban, [XIX.]
Iſaac Aboab et duplici Maſora, Megilloth cum Targum et Raſchi, et Haphtharoth cum Commentario Kimchi. Wilmersdorffii per R. Hirſch ben Chajim. 473. (1713.) fol. [i])

Commentarius R. Aboab ex editione Veneta 1548. deſcriptus multa continet religioni Chriſtianae adverſa, quae vero hic a quodam Exjudaeo, qui editioni praefuit, omiſſa ſunt.

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi et Chaſſekuni, V. Megil- [XX.]
loth et Haphtharoth. Wilmersdorffii apud Iſaac b. Juda Judels. 4. [k]).

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Comm. Raſchi et Moſis b. Nach- [XXI.]
man. Theſſalonicae 281. (1521.) fol.

Textus litteris quadratis eſt expreſſus punctisque inſtructus, tum vocalibus tum tonicis. Adjuncta eſt paraphraſis chaldaica cum duobus commentariis. Ad calcem

e) *Le Long* p. 73. col. 1. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 388. Vol. 1. p. 686.

f) *Le Long* p. 72. col. 2. D. *Wolffius* Vol. 2. p. 386.

g) *Le Long* p. 73. col. 1. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 387.

h) *Le Long* p. 73. col. 1. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 387. Vol. 3. p. 320. Vol. 4. p. 151.

i) *Wolffius* Vol. 2. p. 394. Vol. 3. p. 537. *Samlung von A. und N.* 1714. p. 87. A. 1743. p. 510. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 3. n. 51. Index Bibl. Wernigerod. p. 39.

k) *Wolffius* Vol. 2. p. 395. *Saml. von A. u. N.* 1740. p. 42. A. 1743. p. 506.

Digitized by Google

cem legitur: *Fuitque perfectio ejus die* 1. *Menſis Caslev anni* עורה (281.) *exſurge gloria mea. Theſſalonicae, quae eſt ſub dominio domini noſtri regis Sultani Solimanni, cujus majeſtas exaltetur.* Poſſidet editionem hancce rariſſimam Cl. *B. de Roſſi* Parm. LL. OO. P. cujus benevolentiae notitiam ejus tribuendam eſſe confiteor.

Pentat. c. Targ. et Raſchi.

§. XXIII.

Pentat. c. Targ. et Raſchi.

[I.] Pentateuchus et V. Megilloth cum Targum Onkelos et Commentario Raſchii. Altonae apud Aaron ben Eliae. 506. (1746.) 4.

[II.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Commentario Raſchii, item V. Megilloth et Haphtharoth cum expoſitione vocum. Amſtelodami in domo Moſis ben Abraham Mendes, cura Seev Wolff ben Schemuel et Jacob ben Joel 461. (1701.) 12. l).

[III.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Commentario Raſchii. Amſtelodami apud Salom Proops. 472. (1712.) 12. m).

[IV.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi, et Megilloth et Haphtharoth. Amſtelodami cura Moſche ben Bärman Wing. 12.

[V.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi, et Megilloth et Haphtharoth. Berolini, 8. ſ. a. et nomine typographi.

[VI.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi, et Megilloth et Haphtharoth. Berolini apud Samuel Sanvil et Gerſon Jacob. 1770. 2 Vol. 8.

[VII.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Commentario Raſchii. Bononiae. 242. (1482.) fol.

Editio Pentateuchi hebraici omnium prima eaque antiquiſſima, rariſſima et praeſtantiſſima, ad cujus calcem ſequentia leguntur: נשלמה המלאכה התמימה ביום ששי בחמשה ימים לירח אדר הראשון שנת חמשת אלפים ומאתים וארבעים ושתים לבריאת עולם פה בולוניא i. e. *Abſolutum opus hoc perfectum feria VI. die V. menſis Adar primi, anno quinquies milleſimo, ducenteſimo quadrageſimo ſecundo a creatione mundi: hic Bononiae.* Hebraicus Contextus quadratis iisque majoribus litteris, cum punctis et accentibus exhibetur. Adhaeret ipſi charactere rabbinico exiliori Chaldaica Onkeloſi Paraphraſis, ſupra vero et infra totam iisdem prorſus rabbinicis typis paginam implet Commentarius Raſchianus. Praemittitur iis, quae ſupra exſcripſimus, ad calcem operis R. *Joſeph Chajim ben Aaron* Argentoratenſis epigraphe, ubi accuratiſſime ſe divinum hoc opus correxiſſe adſerit, quod ſuis impenſis, conquiſitis undique ac mercede conductis peritis artificibus, expeditis typographis, doctis correctoribus, accito praeſertim celebratiſſimo in ea arte viro *Abrahamo b. Chajim*, piſaurenſi tinctore, edendum ſuſceperat ſapiens et intelligens princeps *Joſephus b. Abraham Karwotha.* Editio a *Jacobo Le Long* et *Wolfio* praetermiſſa, a Cl. *Kennicottio* vero notata; cujus bina exemplaria membranae impreſſa adſervantur Parmae in Bibliotheca Cl. *J. B. de Roſſi* n).

Penta-

l) *Le Long* p. 74. col. 2. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 393.

m) *Wolfius* Vol 4. p. 131.

n) v. Ejus Diſquiſit. de hebr. typogr. orig. p. 16.

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus, cum Commentario Raſchii, Megilloth et Haphtharoth cum Commentariis. Conſtantinopoli A. M. 5265. (1506.) 4. maj. [VIII.]

Editio hucusque omnibus bibliographis ignota, eujus notitiam Cl. *De Roſſi* per litteras nobiscum benevole communicavit. Textus Hebraicus punctis eſt exſcriptus; Accedit ipſi Onkeloſi Paraphraſis et *Raſchii* Commentarius. Quinque Megilloth paulo aliter ac in recentioribus diſponuntur, et liber Eſther ſub nomine *Ahaſveri*, uti in Bibliis hebraicis Sect. I. §. VII. et VIII. hic venit; adjunctum habent Commentarium *Aben Eſrae*. Haphtharae diverſae ſunt, et novo plane ordine in hoc Pentateucho diſponuntur, quam alias Hebraeis moris eſt: accedit hiſce Commentarius Kimchianus. Ultimum locum occupat Volumen Antiochi. Pentateuchus clauditur longa admonitione editoris et correctoris *Abraham b. Jaiſe*, et Cantico R. *Joſephi b. Joel Biraſe:* cui ſubjicitur, impreſſum eſſe opus Conſtantinopoli urbe magna menſe Niſan anni 5265. a creatione mundi, qui annus ſecundum computum Chriſtianorum eſt 1506.

* Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth et Haphtharoth, et Commentario Raſchii. Dyrenfurthi apud Schabtai. 1466. (1706.) 4. o). [IX.]

* Pentateuchus hebraicus et chald. — Dyrenfurthi 471. (1711.) 4. [X.]

Editio praecedens iterata p).

* Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth et Haphtharoth, et commentario Raſchii. Francofurti cura Moſche Wag, apud Johann Kelner. 472. (1712.) 4. q). [XI.]

* Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi et Beer Moſche, et Haphtharoth. Francofurti ad Oderam apud Michael Gottſchalck. 1708. 4. r). [XII.]

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum V. Megilloth et Raſchi. Furthi apud Joſeph Fetſchau et filium Mendel Baer. 1765. 4. [XIII.]

* Pentateuchus et V. Megilloth cum Targum Onkeloſi et Commentario Raſchi. 275. (1515.) [XIV.]

[*Le Long* et ex eo *Wolffius* recenſent codicem ut mere hebraeum. Sed continet cum Textu Targum et Commentarium. Locus editionis e verbis *Pellicani: Norimbergae cum veniſſem, proſtabat Pentateuchus etc.* dijudicari haud poteſt: interim Soncinatibus editionem eſſe adſignandam, non a vero alienum eſſe videtur s).

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi, V. Megilloth et Haphtharoth. Pragae. 455. (1695.) 4. t). [XV.]

Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi, V. Megilloth et Haphtharoth. Pragae apud Juda Back, cura Beer Perlheſter. 456. (1696.) 8. u). [XVI.]

Q 2 Penta-

o) *Le Long* p. 74. col. 2. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 394.

p) *Le Long* p. 75. col. 1. A. *Wolffius* Vol. 4. p. 132.

q) *Le Long* p. 75. col. 1. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 394. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 198. Index Bibl. Wernigerod. p. 39.

r) *Le Long* p. 74. col. 2. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 394.

s) *Le Long* p. 72. col. 2. C. *Wolffius* Vol. 2. p. 385. *Melch. Adami* vitae theolog. german. p. 280.

t) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 19. n. 29.

u) *Wolffius* Vol. 4. p. 132.

[XVII.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi, Chaſſekuni et Baal Turim. Solisbaci per R. Salman b. Aharon. 501. (1741.) 4.

[XVIII.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Commentario Raſchi. In inſula Sorae. 250. (1490.) Fol.

In medio exhibetur ſacer contextus charactere quadrato ſine punctis; chaldaica vero Onkeloſi paraphraſis minoribus quadratis, Commentarius denique hiſpano-rabbinicis typis eſt exſcriptus. Totum volumen complectitur 264. folia in folio, non in quarto, ut volunt *Le Long* et *Wolfius*. Tria adjecta ſunt ad calcem carmina hebraea. In ſecundo nota anni expreſſa legitur: נשלמה ונגמרה זאת הכתיבה שנת קומי אורי כי בא *Abſolutum et completum eſt ſcriptum hoc anno: ſurge lux mea, quoniam venit*: i. e. 250. (1490.) Additur nomen editoris, qui profugus et ab errans a loco ſuo ob religionem Dei poſſeſſoris ſui, *Salomon* filius R. *Maimon* piae memoriae *Zalmathi*, ſalutatur. Tertio carmine locus editionis indicatur nomine באישאר, quo vero utrum inſula *Sorae* in regno Neapolitano, an vero *Soria* in *Hiſpania*, indigitetur, incertum eſt [x]).

[XIX.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus ſine punctis, cum Commentario Raſchii. Venetiis apud Bombergum. 283. (1523.) Fol. [y])

[XX.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi et V. Megilloth et Haphtharoth. Venetiis apud Joh. de Gara. 327. (1567.) 4. [z]).

[XXI.] Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi et V. Megilloth et Haphtharoth. Venetiis apud Joh. Martinelli. 402. (1642.) 4. [a]).

[XXII.] * Pentateuchus hebraicus et chaldaicus cum Raſchi. Ulyſſipone. 251. (1491.) 4.

[Editio elaboratiſſima et rariſſima, judice *Le Long*. Textus ſacer charactere quadrato majori cum punctis et accentibus, Onkeloſi vero paraphraſis quadrato typo minori Textui ad latus poſita eſt. Commentarius vero, qui textum et Paraphraſin cingit, typo rabbinico eſt exſcriptus. In duo volumina diſtinctum eſt opus, et in calce poſterioris: נשלם באשבונה שנת דנא באב *Finitum Ulyſſiponae anno* 451. *menſe Abh*, adnotatum eſt. Editio non ſine jure maximae eſt inter Judaeos aeſtimationis; ſiquidem litteras adſpirandas per lineolam Raphe accurate diſtinguit, et ſectiones aliaque omnia ad critices judaicae regulas accurate formata exhibet; hinc et in Commentariis Norzianis ad hunc codicem provocatur ſatis correctum דפוס מדויק מפורטוגאל Hinc non audiendus ſcriptor anonymus apud *Rich. Simon*, qui editionem neque exactam, neque characterem nitore aeſtimabilem, ſed ſine cura in gratiam vulgi procuratam judicat [b]).

§. XXIV.

x) *Le Long* p. 72. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 385. *Maittaire* annal. (1719.) p. 214. *De Roſſi* Diſq. de hebr. typogr. origin. p. 36.

y) *Le Long* p. 72. col. 2. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 386. *Maittaire* Tom. 2. Part. 2. p. 633.

z) *Wolfius* Vol. 2. p. 388.

a) Id. ibid. p. 390.

b) *Le Long* p. 72. col. 2. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 385. *Maittaire* annal. Tom. 4. Part. 2. p. 530. *Kennicott* de ſtatu etc. ad ann. 1766. *De-Roſſi* Diſquiſ. de hebr. typogr. origin. p. 45.

§. XXIV.

Pent. c. Raſchi. — Pent. c. Raſchi.

Pentateuchus hebraicus cum Raſchi. Amſtelodami per fratres R. Joſeph, R. Jaacob, R. Abraham fil. Tamnuach. 516. (1756.) 8. [I.]

Pentateuchus hebraicus cum Commentario Raſchii et V. Megilloth. Baſileae. 1560. fol [c]). [II.]

* Pentateuchus hebraicus, V. Megilloth et Haphtharoth cum Commentario Raſchii. Cremonae apud Vinc. Conti. 327. (1567.) fol. [III.]

[Textus accentibus et vocalibus eſt inſtructus: Haphtharoth Kimchii commentario illuſtrantur [d]).

Pentateuchus hebraicus cum Megilloth et Haphtharoth, juxta ritum Italorum, Germanorum et Hiſpanorum, cum Commentario Raſchii. Mantuae, juſſu Ephraim b. David. 351. (1591.) 8. [IV.]

[Jam anno praecedenti eodem modo, eodemque editore prodiiſſe Pentateuchum, non citra veri ſpeciem aſſerit *Wolfius* [e]).

Pentateuchus hebraicus cum commentario Raſchii. Pragae. 278. (1518.) litteris majuſculis quadratis [f]). [V.]

* Pentateuchus hebraicus cum V. Megilloth, et commentario Raſchii. Pragae. 430. (1670.) 12. [g]). [VI.]

* Pentateuchus hebraicus cum Haphtharoth et commentario Raſchii. Pragae apud filios Judae Back. 436. (1676.) 12. ſine punctis, charactere minutiſſimo [h]). [VII.]

Pentateuchus hebraicus — Raſchi. Pragae apud filios Judae Back. 451. (1691.) 4. [i]). [VIII.]

Pentateuchus hebraicus — Raſchi, et explicatione vocum germanica in margine. Pragae apud Nepotes Moſis. 451. (1691.) 4. [k]). [IX.]

Pentateuchus hebraicus — Raſchi. Pragae apud filios Judae Back. 456. (1696.) 4. [l]). [X.]

§. XXV.

Pent. c. Comment. — Pentat. c. Comment.

* Pentateuchus hebraicus et V. Megilloth et Haphtharoth cum Commentario R. David Kimchi. Cracoviae 348. (1588.) fol. [m]) [I.]

Pentateuchus hebraicus cum commentario R. Iſaac ben Simſon. Pragae. 368. (1608.) [n]). [II.]

 Penta-

c) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 3. n. 50.

d) *Le Long* p. 73. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 388.

e) Vol. 2. p. 389.

f) Id. ibid. p. 386.

g) *Le Long* p. 74. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 4. p. 131.

h) *Le Long* p. 74. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 391.

i) *Wolfius* Vol. 2. p. 392.

k) Id. ibid.

l) Id. ibid. p. 393.

m) *Le Long* p. 73. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 389.

n) *Wolfius* ibid.

Digitized by Google

[III.] Pentateuchus hebraicus cum Or Thora. Amſtelodami per Chaſan Schemuel Rodriges Mendes, Moſche Zarpathi de Geronna, David Gomes da Silva. 1726. 8.

Or Thora eſt prima pars libri, quem *Manus duas* inſcripſit R. *Menachen de Lonſano*, et ſecundum numerum digitorum in decem partes diſtinxit, quarum octo Veneiiis 358. (1598.) 4. prodierunt. Eſt commentarius maſorethicus, inſtruens librarios, quomodo librum legis accurate ſcribere debeant. Contulit Auctor editionem Bombergi ſecundam majorem, §. IV. et minorem anni 1544. (ſect. I. §. XIII.) cum decem et amplius MStis hiſpanicis (non vero cum centum) quorum unumquodque non infra pretium centum aureorum ſcriptum eſt, et ex illis quaedam 500. aut 600. annorum fuerunt. Liber magnae utilitatis, quo uſus eſt *Jablonskius* in adornanda editione Bibliorum hebraicorum Berolinenſium. (Sect. I. §. XL.) o).

Pentat. c. Comment. german.

§. XXVI.

Pentat. cum Comment. german.

[I.] Pentateuchus hebraicus cum Beer Moſche. Amſtelodami apud Uri Veibſch. 434. (1674.) 4. p).

R. Moſes ben Iſaſchar commentarium in Pentateuchum ſub titulo באר משה i. e. *explanavit* Moſes, compoſuit, quo idiomate judaeo-germanico tum difficiliores textus ſacri voces exponuntur, tum loca varia ex aliis interpretibus illuſtrantur. Editiones Pentateuchi cum hocce commentario, quia uſui quotidiano ſunt accommodatiores, a Judaeis aliis praeferri ſolent.

[II.] Pentateuchus h. — Moſche. Amſtelodami. 434. (1674.) 8. q).

[III.] Pentateuchus h. — Moſche. Amſtelodami. 453. (1693.) 4. r).

[IV.] Pentateuchus h. — Moſche. Amſtelodami apud Immanuel Athias. 460. (1700.) 4. s).

[V.] * Pentateuchus hebraicus, V. Megilloth et Haphtharoth, cum commentario germanico ad marginem. Amſtelodami cura R. Chajim Lublinenſis, per Caſpar Stein. 462. (1702.) 4. t).

[VI.] Pentateuchus h. — Moſche. Amſtelodami apud Salom Proops. 489. (1729.) 4. u).

[VII.] * Pentateuchus hebraicus, V. Megilloth et Haphtharoth cum Beer Moſche. Dyrenfurthi ex officina Schabtaei. 454. (1694.) 4. x).

[VIII.] * Pentateuchus hebr. — Moſche. Dyrenfurthi. 464. (1704.) 4. y).

[IX.] * Pentateuchus hebr. — Moſche. Dyrenfurthi, cum praefatione R. Schabtai. 1710. 4. z).

Penta-

o) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 9. p. 199. Conf. *Wolfius* Vol. 1. p. 765. Vol. 2. p. 536. Vol. 3. p. 687. Vol. 4. p. 899.

p) *Wolfius* Vol. 2. p. 391. Vol. 1. p. 830.

q) Id. ibid.

r) ibid. p. 393.

s) ibid.

t) *Le Long* p. 74. col. 2. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 393. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 196.

u) *Wolfius* Vol. 4. p. 133.

x) *Le Long* p. 74. col. 1. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 393.

y) *Le Long* p. 74. col. 2. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 393.

z) *Le Long* p. 75. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 394.

Digitized by Google

Pentateuchus hebraicus cum Beer Moſche. Francof. ad Moen. 422. (1662.) 4. [a]). [X.]

Pentateuchus hebraicus — Moſche. Francof. ad M. 452. (1692.) 4. [b]). [XI.]

Pentateuchus hebr. — Moſche. Francof. ad M. 469. (1709.) 4. [c]). [XII.]

Pentateuchus cum V. Megilloth et Haphtharoth et Beer Moſche. Francof. ad M. apud Salom. Aphrod. 789. (1729.) 4. [d]). [XIII.]

Pentateuchus cum V. Megilloth et Haphtharoth et Beer Moſche. Furthi, 486. (1726.) 4. [e]). [XIV.]

Pentateuchus hebraicus cum Beer Moſche. Hanoviae. 378. (1618.) [f]). [XV.]

Pentateuchus h. — Moſche. Pragae apud Moſen ben Bezaleel. 364. (1604.) 4. [ff]). [XVI.]

Pentateuchus h. — Moſche. Pragae. 372. (1612.) 4. [g]). [XVII.]

Pentateuchus h. — Moſche. Pragae apud Moſen ben Bezaleel. 374. (1614.) [h]). [XVIII.]

Pentateuchus h. — Moſche. Pragae apud Nepotes Moſe Back. 449. (1689.) 8. [i]). [XIX.]

Pentateuchus hebraicus, V. Megilloth et Haphtharoth cum Beer Moſche. Solisbaci. 465. (1705.) 4. [k]). [XX.]

Pentateuchus h. — Moſche. Solisbaci apud Aaron Uri Lipman. 465. (1705.) fol. [l]). [XXI.]

Pentateuchus h. — Moſche. Solisbaci apud Salomon ben Aaron. 485. (1725.) 4. [m]). [XXII.]

Pentateuchus hebraicus, V. Megilloth et Haphtharoth cum Beer Moſche. Wilmersdorffii apud Hirſch ben Chajim. 476. (1716.) Fol. [n]) [XXIII.]

§. XXVII.

Gen. c. c. R. Gen. c. c. R.

* Geneſeos capita XXI. priora hebraice cum notis e Rabbinorum ſcriptis collectis a Heinr. Jac. van Baſhuyſen. Francofurthi ad Moen. 1707. 4. [I.]

[Exſtant tanquam ſpecimen bibliorum Rabbinicorum edendorum in *Exercitatione ſcripturaria et critica Baſhuyſenii.* Recenſet *Le Long* hoc ſpecimen ſub nomine Bibliorum editorum, ſequentibus, quae editoris exponunt conſilium, verbis: Biblia hebraica cura et ſtudio H. J. van Baſhuyſen Hanoviae ex collatione manuſcriptorum et impreſſorum Bibliorum edenda, et breviſſimis notis excerptis ex Commentariis Rabbinicis illuſtranda. *Ex praefatione exercitationis:* „Atque ego cum per li-„teras ſaepe ac imprimis ab auditoribus meis rogatus fuerim, ut novam Bibliorum „hebrai-

a) *Wolfius* Vol. 2. p. 391.
b) [illegible] p. 393.
c) ibid. p. 394.
d) id. Vol. 4. p. 133.
e) id. ibid.
f) id. Vol. 2. p. 390.
ff) id. ibid. p. 389.
g) ibid.
h) id. ibid. p. 390.
i) id. ibid. p. 391.
k) ibid. p. 393.
l) ibid.
m) *Wolfius* Vol. 4. p. 133.
n) id. Vol. 2. p. 395.

Gen. c. c. R. „ hebraicorum editionem in lucem proferrem, non melius me facturum putavi, quam „ſi una opera eadem notis illuſtrarem, cumque expertus eſſem, quam rara ſint Biblia „notis rabbinicis, ſive Bombergenſia illa, ſive Buxtorfiana illuſtrata, ac iisdem editi- „onibus non omnes Magiſtros adjectos eſſe, non abs re me facturum exiſtimavi, ſi „ compendium plerarumque ſelectarum obſervationum ex variis, iisque praeſtantiſſi- „ mis Rabbinis, propriis hinc inde inſperſis, concinnarem, ac novae editioni ad cal- „cem paginarum adjicerem, quo uno intuitu Lector in cognitionem vocabulorum et „ phraſium difficiliorum introducatur. — Quod ad opus biblicum tandem ipſum atti- „ net, ut non tantum elegantiſſimo charactere imprimatur, curabo, ſed etiam ſingula- „ rem operam dabo, ut editio mea accuratiſſime corrigatur, uſurus inter alia hanc in „ rem accuratiſſima et elegantiſſima lectione Bibliorum hebraicorum Domini Danielis „Erneſti Jablonski. —— Alia praeterea quae haberi poterunt exemplaria ſive im- „ preſſa ſive manuſcripta, in auxilium vocabo o). „

[Quae vero hiſce promiſit Biblia rabbinica, diu et cum deſiderio exſpectata, nunquam in lucem exierunt. Multa certe a viro in litteris Rabbinicis verſatiſſimo ex-ſpectabantur, qui varia publici juris fecit documenta, quae illum operi edendo ſatis parem fuiſſe abunde demonſtrant p).

[II.] Geneſeos capita XXXI. priora hebraice cum notis e Rabbinorum ſcriptis excerptis. Hanoviae. 1715. 4.

Exercitationem ſcripturariam et criticam Hanoviae typis Joh. Jac. Beauſangii recudi fecit *Albertus Hallerus*, ita ut decem geneſeos capita cum notis illuſtrantibus accederent q).

§. XXVIII.

Decal. c. c. R.

Decal. c. c. R.

Decalogus hebraicus cum Targum Onkelos et commentario R. Aben Eſrae. Pariſiis apud Robertum Stephanum. 1566. 4. r).

§. XXIX.

V. Megill. c. Comm.

V. Megill. c. Comm.

[I.] * Quinque Megilloth hebraice et chaldaice cum commentario Raſchii, Venetiis apud Danielem Bombergum. 284. (1524) fol. s)

[Pleriſque a §. XIX. hucusque recenſitis Pentateuchi editionibus juncti ſunt libri Judaeorum feſtivales, quorſum qui iſtas ſcire deſiderat, lectorem remittimus. Hoc loco ſolummodo editiones, quae ſeorſim in lucem exierunt, notabimus.

[II.] * Quinque Megilloth hebraice cum Commentario R. Moſis Alſchech. Venetiis ap. Joh. de Gara. 361. (1601.) 4. t).

[Hanc

o) p. 72. col. 2. E.

p) Ad manus eſt: Abarbanel in Pentateuchum, Hanoviae 1710. fol. et Clavis talmudica maxima, quae quatuor Rabbinorum exhibet opellas, Hanoviae 1714. 4. Conf. Praefat. ad ſyſtema antiquit. hebr. minus, Hanoviae 1710. 8. p. 15.

q) *Wolfius* Vol. 2. p. 382.

r) *Wolfius* Vol. 4. p. 136. *Maittaire* annal. Tom. 3. p. 735.

s) *Le Long* p. 79. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 410.

t) *Le Long* p. 79. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 410. Vol. 1. p. 810. Vol. 3. p. 736. Conf. IX. n. X.

Digitized by Google

[Hanc editionem recenſet *Le Long*, et *Wolfius* eam ipſe vidiſſe teſtatur. Sed V. Megill. c.
notam anni errorem typographicum involvere, exinde patet, quia in ſingulos libros Comm.
parvos, excepto Cantico Canticorum, demum 1606. a Joh. de Gara commentarii
expreſſi ſunt; hinc ad annum 1606. referenda eſt editio.

* Quinque Megilloth — Alſchech. Pragae, apud Abraham Heida. 370. (1610.) fol. [u]) [III.]

Quinque Megilloth — Alſchech. Amſtelodami. 1698. 12. [x]). [IV.]

Quinque Megilloth — Alſchech. Francofurthi ad Moenum, apud Seligmann Reis curante R. Joſ. Jusbel b. Zevi Hirſch. 1714. 4. [y]). [V.]

Quinque Megilloth — Alſchech. Offenbaci. 477. (1717.) fol. [z]) [VI.]

§. XXX.

Cantic. Cantic. c. Comm. Cant. Cant. c. Comm.

Canticum Canticorum hebraice cum Commentario R. Moſis b. Nachman. Altonae apud Aaron ben Eliae. 524. (1764.) 4. [I.]

* Canticum Cantic. hebraice cum Targum, cura Joſephi Franci Sarano. Amſtelodami 443. (1683.) 8. [a]) [II.]

[Singulis textus ſacri verſiculis interpoſiti ſunt verſiculi Paraphraſeos; ad calcem accedunt Capitula Patrum.

Canticum Cantic. hebraice cum Commentario R. Eliae ben Moſche. Loans vel Lama. Baſileae apud Conradum Waldkirch. 364. (1604.) 4. [III.]

Textus puncta habet et accentus.

Canticum Cantic. — Baſileae apud Conradum Waldkirch. 366. (1606.) 4. [b]) [IV.]

Canticum Cant. cum Commentario R. Moſis b. Nachman. Berolini apud Mardochai Landsberg. 524. (1764.) 4. [V.]

Canticum Cantic. hebraice cum Commentario R. Baruch ben Iſaac Aven Jaiſch. Conſtantinopoli, 336. (1576.) fol. [c]) [VI.]

Prodiit apud R. *Elieſer ben Iſaac Aſchkenaſi*, cum textu punctis et accentibus inſtructo. In commentario voces exponuntur, connexio verſuum oſtenditur, et denique argumentum explicatur.

Canticum Canticorum hebraice cum Commentario R. Samuel Arepol, Conſtantinopoli per David b. Kaſti et R. Elieſer b. Iſaac Aſchkenaſi. 351. (1591.) 4. [d]). [VII.]

* Canticum Cant. hebraice, cum commentario R. Moſis Sartalan. Pragae. 372. (1612.) 4. [e]). [VIII.]

[Commentarius lingua judaeo-germanica eſt exſcriptus.

Canti-

u) *Le Long* p. 79. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 410.
x) *Wolfius* Vol. 2. p. 410.
y) idem ibid. z) id ibid.
a) *Le Long* p. 79. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 410.
b) *Wolfius* Vol. 4. p. 151. Vol. 1. p. 165.
c) *Wolfius* Vol. 2. p. 410. Vol. 1. p. 169.
d) *Wolfius* Vol. 2. p. 410. conf. ſupr. §. IX. n. XVIII. vid. ad edit. Zapethae. 1579.
e) *Le Long* p. 79. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 410.

Digitized by Google

[IX.] Canticum Cant. hebraice cum commentario R. Abraham Tamach. Sabionetae apud Tobiam Pua. 318. (1558.) 12. f).

Commentario ſubjunctae ſunt notae nonnullae ex alio interprete excerptae.

[X.] Canticum — R. Abraham Tamach. Pragae apud Gerſon b. Salom Popers, per Jehuda b. Alexander. 371. (1611.) 12. g).

Editio praecedentis iterata.

[XI.] Canticum Cantic. hebraice cum Commentario R. Salomo Alcabetz. Venetiis per Cornelium Adelkind. 312. (1552.) 4. h).

Textus eſt punctatus et accentuatus. Memoratur alia editio, Venetiis apud Jo. de Gara, 364. (1604.) quae vero dubia eſt.

[XII.] Canticum Cant. hebraice cum Commentario R. Eliſcha ben Galiko. Venetiis apud Johannem de Gara. 347. (1587.) 4. i).

Cum textu hebraeo punctato et accentuato. Scripſit idem auctor Commentarios in Eſther et Eccleſiaſten, qui ſine textu hebraeo expreſſo ab eodem typographo exſcripti exſtant.

[XIII.] Canticum Cantic. hebraice cum Commentario R. Moſes Alſchech. Venetiis apud Joh. de Gara. 351. (1591.) 4.

Commentarius primo ſeorſim cum textu ſacro prodiit; poſtea in V. Megilloth Commentarii conjunctim editi ſunt. conf. §. XXIX.

[XIV.] Canticum Cant. hebraice cum Commentario R. Abraham b. Iſaac Laniado. Venetiis apud Petrum et Laurentium Bragadinos, in domo Joh. Cajon. 379. (1619.) 4. k).

Editionem procuravit R. *Moſes b. Schemuel Laniado.* Ad textum punctatum accedit Commentarius, et Raſchi, et denique Targum, et hujus verſio hiſpanica litteris hebraicis expreſſa.

[XV.] Canticum Cantic. hebraice cum Commentario R. Samuel Arepol. Zapethae per Abrahamum et Elieſer Askenaſi. 339. (1579.) 8. l).

Textus punctatus eſt et accentuatus. Ad normam hujus editionis Zapethae urbe Galilaeae exſcriptae, alteram idem typographus Conſtantinopoli 1591. procuravit.

§. XXXI.

Ruth. c. Comment.

Ruth c. Comment.

[I.] Ruth, hebraice cum Commentario R. David ben Löw. Amſtelodami apud Uri Veibſch b. Aaron Levi. 440. (1680.) 4. m).

Textus punctatus commentario praemittitur.

[II.] Ruth, hebraice, cum Commentario R. Samuel de Oſeida. Amſtelodami apud Nathanael Pua. 472. (1712.) 4. n).

* Ruth

f) *Wolfius* ibid. et Vol. 1. p. 108.
g) *Wolfius* Vol. 3. p. 68.
h) *Wolfius* Vol. 2. p. 410. Vol. 1. p. 1042. n. XVIII. et Vol. 3. p. 1028.
i) *Wolfius* Vol. 2. p. 410. Vol. 1. p. 184.
k) *Wolfius* Vol. 2. p. 410. Vol. 3. p. 40.
l) *Wolfius* Vol. 3. p. 1078. Conf. §. IX.
m) *Wolfius* Vol. 2. p. 411. Conf. §. XXII.
n) vid. edit. ſequent.

Digitized by Google

* Ruth hebraice — Samuel Oſeida. Giſnii ſuburbio Conſtantinopoleos per Joſeph ben Iſaac Aſchkalon. 357. (1597.) 4. o). [III.]

[Textus ſine punctis in utraque editione, quae ſibi accurate reſpondent, eſt expreſſus. Accedit Commentarius auctoris et Raſchi, inter quos textus medium occupat locum. Recenſet commentator diverſorum interpretum ſententias, quibus ſuam ſubjungit.

Ruth, hebraice cum Commentario R. Salomonis Alkabetz, Levitae. Conſtantinopoli apud Salomon ben Oſchke. 326. (1566.) 4. p). [IV.]

Quae ejusdem anni adfertur editio Cremonenſis, omnino dubia eſt. Titulus commentarii eſt שרש ישי *Radix Jeſſe.* (Eſai. XI, 10.) Textus eſt quidem punctatus, ſed tanta negligentia, ut a multis vocibus puncta plane abſint. Impreſſum eſt volumen per manus *Abraham ben Samuel Cohen e ſanguine germano.*

Ruth hebraice — Alkabetz. Lublini ſine nomine typographi 357. (1597.) 4. [V.]

Editio iterata praecedentis, ſed omiſſis punctis ſub textu.

* Ruth hebraice cum ſcholiis Maſorae ad marginem, item in eandem ſuccincta expoſitio, nondum in lucem emiſſa, cujus in MS. exemplari auctor praefertur R. D. Kimchi. Omnia per Mercerum recognita. Pariſiis ex officina Roberti Stephani fil. 1563. 4. q). [VI.]

* Ruth hebraice, cum Scholiis Maſorae ad marginem et ſuccincta expoſitione Petri Vignolii. Pariſiis. 1609. 4. r). [VII.]

[Adhaeret inſtitutionibus hebraicis Quinquarborei.

Ruth hebraice cum Commentario R. Moſes Alſchech. Venetiis apud Joh. de Gara. 367. (1607.) 4. s). [VIII.]

Cum textu punctato.

§. XXXII.

Threni c. Comment.

Threni c. Comment.

Threni hebraice cum Commentario R. Abraham Galante. Venetiis apud Joh. de Gara. 349. (1589.) 8. t). [I.]

Textus litteris quadratis punctatis eſt expreſſus. Commentarius קול בוכים i. e. *vox flentium* dictus, eſt cabbaliſticus ex Zohar, Tikkunim etc. collectus. Accedunt additamenta R. Joel. b. Schoeb.

Threni hebraice — Abraham Galante. Pragae apud Moſen ben Joſ. Batzla. 381. (1621.) 8. u). [II.]

Editio praecedentis iterata.

* Threni hebraice, cum Commentario R. Samuel de Oſeida. Venetiis apud Dan. Zanetti. 360. (1600.) 4. x). [III.]

 [Ad

o) *Le Long* p. 79. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 410. Vol. 3. p. 1070.

p) *Wolfius* Vol. 1. p. 1043. Vol. 3. p. 1028.

q) *Le Long* p. 79. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 410. Vol. 4. p. 152.

r) *Le Long* p. 79. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 4. p. 152.

s) *Wolfius* Vol. 3. p. 736.

t) *Wolfius* Vol. 2. p. 411. Vol. 1. p. 36.

u) id. ibid.

x) *Le Long* p. 79. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 411. conf. §. XXXI.

Digitized by Google

Threni c. Comment. [Ad Textum accedit Raſchi et auctoris Commentarius *Panis lacrymarum* nuncupatus.

[IV.] Threni hebraice — de Oſeida. Amſtelodami apud Jac. Olivares Soto. 475. (1715.) 4.

Editio iterata. Quae commemoratur editio Amſtelodamenſis 470. (1710.) non exiſtit.

[V.] Threni hebraice cum Commentario R. Moſes Alſchech. Venetiis apud Joh. de Gara. 366. (1606.) 4.

Prodierunt hoc anno V. Megilloth cum commentariis R. *M. Alſchech*; quorum ſinguli titulis ſeparantur, unum vero tantummodo conſtituunt volumen. §. XXIX.

[VI.] Threni hebraice cum Commentario R. Benjamin Cohen Zadik. Venetiis apud Bragadinos. 472. (1712.) 4. [z]).

Textui accentibus et vocalibus inſtructo accedit commentatio ſuper loca quaedam ex Rabboth in Threnos: et denique expoſitio Pſalmorum XV. graduum.

[VII.] Threni verſibus rhythmicis hebraicis, ſtudio Moſis ben Abraham Catalano. Apud Caſparum Crivellari. ſ. a. 8. [•])

Prodiit ſ. t. קִינוֹת איכה השמינית ערוכה Crivellari Pataviae artem typographicam exercuit, ut ex aliis ab eo expreſſis libris conſtat.

[VIII.] Threni, cum commentario, Amſtelodami. 475. (1715.) 4.

Proſtat ſub titulo: ספר לחם דמעה. Textus ſine punctis eſt expreſſus.

Eccleſ. c. Comment.

§. XXXIII.

Eccleſ. c. Comment.

[I.] Eccleſiaſtes hebraice, cum Commentario R. Eliae Aſchkenaſi. Amſtelodami. 415. (1655.) 8. [a]).

[II.] Eccleſiaſtes hebraice — Aſchkenaſi. Amſtelodami. 462. (1702.) 4. [b]).

Utramque editionem, quae textum ſacrum ſine punctis exhibet, recenſet *Wolfſius*, qui tamen in recenſione ſcriptorum *Eliae Levitae* Germani, eas ſilentio praetermiſit. Commentarium vero judaeo-germanico ſermone eſſe concinnatum, et proxime ad verſionem paraphraſticam accedere, ex iis conjiciendum eſt, quae *Wolfſius* ex Siphthe Jeſchinim de laboribus hujus in Pentateuchum et V. Megilloth retulit.

[III.] Eccleſiaſtes hebraice cum comment. Amſt. 1653. §. L.

[IV.] Eccleſiaſtes hebraice, cum Commentario Moſis Mendelſon. Berolini. 530. (1770.) 8. [c]).

Textus hebraicus punctatus et accentuatus occupat ſuperiorem, commentarius vero duplex inferiorem paginae partem. In gratiam eorum, qui idiomate hebraeo-rabbinico a lectione prohibentur, germanice prodiit Commentarius interprete *Joh. Jac. Rabe.*

* Eccle-

z) *Wolfſius* Vol. 2. p. 411.

•) *Wolfſius* Vol. 4. p. 153.

a) *Wolfſius* Vol. 2. p. 411. Vol. 3. p. 153.

b) *Wolfſius* Vol. 2. p. 412. Vol. 1. p. 153. Vol. 3. p. 97.

c) *Hirtii* orientaliſche Biblioth. Vol. I. p. 71.

Digitized by Google

* Eccleſiaſtes hebraicus cum Commentario R. Iſaac b. Moſes Arviv. Theſſalonicae. 357. (1597.) 4. d). [V.]

Eccleſiaſtes hebraice, cum commentario R. Baruch b. Baruch b. Moſche. Venetiis apud Dan. Zanetti. 359. (1599.) fol. e). [VI.]

Duplex adeſt commentarius, alter eruit ſenſum litteralem, alter proponit expoſitionem allegoricam.

Eccleſiaſtes hebraice cum Commentario R. Moſes Alſchech. Venet. apud Joh. de Gara. 366. (1606.) 4. [VII.]

Conf. quae §. XXIX. annotavimus.

§. XXXIV.

Eſther c. Comment. — Eſther c. Comment.

* Eſther hebraice cum Commentario R. Iſaac Arama. Conſtantinopoli. 278. (1518.) 4. f). [I.]

[Commentarius cum textu punctato et accentuato prodiit apud Schemuel b. David b. Nachmias.

Eſther hebraice cum Commentario R. Jom Tov Schalon. Zapethae. per Abraham et Elieſer fil. Iſaaci Aſchkenaſi. 342. (1582.) 4. g). [II.]

Textus ſine punctis eſt expreſſus.

Eſther hebraice cum Commentario R. Jom Tov b. Abraham. Conſtantinopoli. 345. (1585.) 4. h). [III.]

Textus itidem ſine punctis eſt expreſſus.

Eſther hebraice cum Commentario allegorico Cracoviae. 350. (1590.) 4. i). [IV.]

* Eſther hebraice cum Commentario R. Elieſer b. Eliae. Cremonae 336. (1576) 4. k). [V.]

[Prodiit cum textu ſacro ſub titulo יוסף לקח i. e. *augens doctrinam* apud Chriſtophorum Draconem.

Eſther hebraice — Elieſer b. Eliae. Hamburgi apud Iſaacum Ezechiam de Corduba. 471. (1711.) 4. l). [VI.]

Eſther hebraice cum Commentario Raſchi et ſupercommentatione R. Moſes Meir b. Eleaſer Perls. Pragae apud nepotes Moſis Cotz. 470. (1710.) 4. m). [VII.]

* Eſther hebraice cum Commentario R. Salomon Alkabetz. Venetiis. 345. (1585.) 4. n). [VIII.]

[Textus eſt non punctatus. Ad Commentarium accedunt conciones nonnullae.

Eſther hebraice cum Commentario R. Moſes Alſchech. Venetiis apud Dan. Zanetti. 366. (1606.) 4. o). [IX.]

Cum textu punctato.

 §. XXXV.

d) *Le Long* p. 79. col. 2. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 411. Vol. 1. p. 679.
e) *Wolffius* Vol. 2. p. 411. Vol. 1. p. 266.
f) *Le Long* p. 79. col. 2. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 412. Vol. 3. p. 611.
g) *Wolffius* Vol. 2. p. 412. Vol. 1. p. 486. Vol. 3. p. 369.
h) *Wolffius* Vol. 2. p. 412.
i) *Wolffius* ibid.
k) *Le Long* p. 79. col. 2. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 412. Vol. 1. p. 171.
l) *Wolffius* ibid.
m) *Wolffius* Vol. 2. p. 412. Vol. 3. p. 770.
n) *Le Long* p. 79. col. 2. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 412. Vol. 3. p. 1028.
o) *Wolffius* Vol. 3. p. 736.

Digitized by Google

Proph. et Hagiogr. c. Comment.

§. XXXV.

Proph. et Hagiogr. c. Comment.

[I.] Prophetae priores et poſteriores ut et Hagiographa hebraice cum Commentario Raſchi et commentario R. Jacob b. Iſaac. Amſtelodami apud Caſp. Steen. 459. (1699.) 4 Vol. 12. p).

Quae hic recenſentur editiones, Judaeis plerumque ſub nomine *Maggidim* veniunt. Continent tum textum ſacrum cum punctis et litteris quadratis expreſſum, tum commentarium Raſchi. Accedit Commentarius R. *Jacob b. Iſaac* Judaeo-germanicus, ei, quem in Pentateuchum vulgato nomine *Zenorenna* nuncupatum edidit, haud abſimilis, quo Judaeis idiotis ſubſidium parare voluit. Editio Amſtelodamenſis antiquioribus eſt locupletior; additus enim eſt R. Samuel b. Moſche commentarius judaeogermanicus.

[II.] Maggid. Amſtelodami apud David de Caſtro Tartas. 436. (1676.) fol.

Editio inchoata, ſed non ad finem perducta; continet enim ſolummodo Prophetas priores.

[III.] * Prophetae omnes et Hagiographa hebraice cum commentario Raſchi et R. Jacob b. Iſaac. Lublini. 383. (1623.) fol. q).

[Prodiit Liber Maggid ab 383 - 386. (1623 - 1626.) 11. Vol. fol. apud Zevi b. Abraham Kalonymum]

[IV.] Maggid. Pragae. 336. (1576.) fol. 11 Vol.

[V.] Maggid. Pragae. 430. (1670.) fol.

[VI.] Maggid. Pragae. 452. (1692.) fol.

[VII.] Maggid. Pragae per nepotes Jehudae Back. 464-466. (1704 - 1706.) fol.

[VIII.] Maggid. Soliſbaci per R. Salmon b. Aharon. 501. (1741.) 4.

[IX.] Maggid. Wansbeci per R. Iſrael bar Abraham. 492. (1732.) 8.

[X.] Maggid. Wansbeci apud Iſrael bar Abraham. 512. (1752.) IV. Vol. 8.

[XI.] Maggid. Wilmersdorffii per Iſaac b. Jehuda Judel, ex familia Gerſonitarum. 449. 450. (1689. 1690.) fol. r).

[XII.] Maggid. Wilmersdorffii apud R. Hirſch b. Chajim. 477. (1717.) fol.

Editio praecedens iterata additis e Talmude locis parallelis. Editiones hujusmodi manibus Judaeorum teruntur, et ita more conſveto dilacerantur, ut annum et typographi nomen detegere maxime ſit difficile. Recenſentur in Catalogo Bibliothecae Baumgartianae s) Prophetae priores cum commentario Rabbinico Wansbeci 1729. III. vol. 8. §. XXXVII. qui ad hanc claſſem num referendi ſint, definire haud audeo.

Proph. omnes cum Comment.

§. XXXVI.

Prophetae omnes cum Comment.

[I.] * Prophetae priores cum Commentario Kimchii. Soncini a. 246. (1486.) fol.

Prophe-

p) *Wolfius* Vol. 1. p. 598. Vol. 3. p. 471.
q) *Le Long* p. 75. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 397.
r) *Samlung von A. u. N.* 1743. p. 507.
s) p. 38. n. 24.

Prophetae poſteriores cum Commentario Kimchi. ſ. l. et a. F. [II.]

Duo haec volumina conjungenda ſunt. Prius tantummodo *Jacobo Le Long* innotuit, qui de illo monet: „Haec eſt prima quam noverim, ſacrorum Bibliorum „Hebraicorum editio, et ſervatur in Bibliotheca Oratoriana *t*), „ In utroque volumine Contextus hebraicus typo quadrato ſine punctis, Commentarius vero typo rabbinico ſive rotundo eſt expreſſus. Incipit opus verſa folii pagina a praefatione Kimchii, et primum Ioſuae verbum ornamentis cinctum eſt. Ad calcem voluminis primi exſtat admonitio editoris, qua ſe multos correctiores MSS. codices ad manus habuiſſe teſtatur. Subdit denique epigraphen, qua aera indicatur: ואלם היתה השלמתו בשנת חמשת אלפים ומאתים וששה וארבעים לבריאת עולם ביום ששה לחדש מרחשון פה שונצינו במדינת לומברדייא אשר היא תחת ממשלת האדון האביר דוכוס מילאנו וכו׳ i. e. *Fuit itaque libri hujus complementum anno quinquies milleſimo ducenteſimo quadradrageſimo ſexto a creatione mundi die ſexto menſis Marchesvan, hic Soncini, in provincia Lombardiae, quae eſt ſub ditione domini potentis ducis Mediolani etc.* Alterum volumen eſt quidem ſine die et conſule, attamen eodem typo, eadem forma, et in eadem charta expreſſum, adeo ut ad eundem annum omnino referendum ſit. Utrumque volumen vidit *Wolfius* in Bibliotheca Oppenheimeri, veramque ejus aeram indicat; Cl. *Kennicottius* vero Prophetas priores anno 1484. poſteriores anno 1486. prodiiſſe ſtatuerat, ſed poſteriori tempore errorem ipſe emendavit *u*).

*** Prophetae omnes, Libri Joſuae, Judicum, IV. Regum, Iſaias, Hieremias, Ezechiel et XII minores, hebraice cum commentario R. David Kimchi. Piſauri, per Gerſonem Soncinatem. 271. (1511.) fol.** *x*). [III.]

[Ita *Le Long*. Quatuor hic ſecundum Latinorum morem, et a Judaeis numerantur Regum Libri, quod *Munſterus*, *Joh. de Gara* et *Plantinus* imitati ſunt *y*).

Prophetae priores et poſteriores hebraice cum Commentario R. Don Iſaac Abarbanel. fol. ſ. l. et a. *z*). [IV.]

Vidit *Wolfius* editionem antiquiſſimam, cujus nec locum nec annum invenire potuit, ſed an ab Neapolitana, de qua infra, diverſa ſit, definire haud audet. Vitam Commentatoris, qui et claritate et amplitudine ſermonis alios longo poſt ſe relinquit intervallo, et ſingula in commentariis ſuis per quaeſtiones diſponit, ſatis accurate exponit idem *Wolfius*. Plures ſcripſit in ſacros libros commentarios ſaepius recuſos. Sed noſtrum eſt eas tantummodo recenſere editiones, quae textum ſacrum expreſſum habent.

§. XXXVII.

t) p. 75. col. 1. E.

u) *Wolfius* Vol. 1. p. 301. Vol. 2. p. 397. Vol. 3. p. 189. *De Roſſi* de hebr. typogr. origine p. 24. *Maittaire* annal. (1719) p. 196. De commentario Kimchii, qui hic eſt locupletior, et multa continet, quae in recentioribus deſiderantur editionibus, conf. §. III. n. II.

x) *Le Long* p. 75. col. 1.

y) *Wolfius* Vol. 2. p. 397. *Maittaire* annal. tom. 2. part. 2. p. 220. *Brittiſches Magazin* Vol. 1. p. 194.

z) *Wolfius* Vol. 2. p. 397. Vol. 1. p. 627. Vol. 3. p. 540. Vol. 4. p. 875. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 380.

Digitized by Google

Proph. prior. c. Comment.

§. XXXVII.

Proph. prior. c. Comment.

[I.] * Prophetae priores hebraice cum Commentario R. Don Iſaac Abarbanel. Neapoli. 253. (1493.) fol. [a]).

[Annum compoſitionis potius, quam annum editionis hic notari ſuſpicatur *Le Long*. Usque ad annum 1508. ſuperſtes inter Judaeos fuit clariſſimus auctor; hinc magna ejus fama et regiae ſtirpis gloria commoti videntur typographi, ut hujus commentarium prelo ſubmitterent. Quo vero anno hoc factum ſit, incertum eſt. Cf. *De Roſſi* hanc editionem, cujus anni nota ſuſpecta eſt, Piſaurenſibus adſignat typographis, et ad initium ſeculi XVI. eandem refert [b]).

[II.] * Prophetae priores hebraice cum Commentario R. Don Iſaac Abarbanel, et praefatione latina Auguſti Pfeifferi et indicibus etiam latinis. Lipſiae. 466. (1686.) fol. [c]).

[Editionem procuravit *Frider. Alb. Chriſtiani*, Ex-Judaeus, qui textui ſacro punctato numerum verſiculorum addidit, varia menda ſuſtulit, editionemque ſatis accuratam et ſplendidam procuravit. Ad manus eſt exemplar titulo aeri inciſo ornatum, ſed nec praefatio latina, nec index adeſt.

[III.] Prophetae priores hebraice cum Commentario R. Moſes Alſchech. Venetiis apud Johan de Gara. 361. (1601.) fol. [d]).

[IV.] Prophetae priores — R. Moſes Alſchech. Pragae apud Moſen b. Bezaleel. 370. (1610.) fol.

[V.] Prophetae priores — R. Moſes Alſchech. Venetiis. 380. (1620.) fol.

[VI.] * Prophetae priores hebraice cum Commentario R. David Kimchi. Leiriae in Luſitania. 254. (1494.) fol. [e]).

[Textus hebraicus ſine punctis eſt expreſſus, adjunctamque habet paraphraſin chaldaicam et Gerſonidis Commentarium.

[VII.] Prophetae priores hebraice cum Commentario R. Samuelis de Laniado, Venetiis apud Johan de Gara. 363. (1603.) fol. [f]).

Textus ſimul cum commentario eſt expreſſus.

[VIII.] Prophetae priores hebraice cum commentario rabbinico. Wansbeci. 489. (1729.) 8. [g]).

[IX.] Prophetae priores hebraice cum expoſitione vocum germanica, Pragae apud Moſen ben Bezaleel. ſ. a. 8. [h]).

§. XXXVIII.

a) *Le Long* p. 75. col. 1. A.
b) *Wolfius* Vol. 2. p. 397. Vol. 1. p. 631. Vol. 3. p. 541. *Maittaire* annal. (1719.) p. 317. *De Roſſi* de hebr. typogr. orig. p. 79. Editiones ejusdem anni Veneta et Theſſalonicenſis, ſunt fictitiae.
c) Iidem ibid. Conf. §. XLIV.
d) *Wolfius* Vol. 2. p. 398.
e) *Le Long* p. 79. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 397. Vol. 1. p. 301. *Maittaire* annal. (1719) p. 323. *De Roſſi* l. c. p. 54.
f) *Wolfius* Vol. 2. p. 397. Cf. §. IX. n. IX.
g) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 38. n. 20. niſi forte ad Maggidin §. XXXV. referenda eſt editio.
h) *Wolfius* Vol. 2. p. 398.

Digitized by Google

§. XXXVIII.

Joſ. et Jud. c. Comm.

Joſ. et Jud. c. Comment.

* Prophetae priores hebraice cum commentario R. Aaronis b. Chajim. Venetiis apud Johan. de Gara. 369. (1609.) fol. i). [I.]

[Textus habet puncta et accentus. Titulus commentarium in omnes Prophetas priores promittit, quem et publici juris facere auctor ſibi propoſuit; ſed non niſi ſolum in librum Joſuae commentarium ſub titulo ספר לב אהרן publice expoſuit. Joſua, in quo c. XXI. duo commata deſiderantur, paginas 122. lib. Judicum pp. 129. occupat.

Joſuae et Judicum liber hebraice cum Targum et commentario R. D. Kimchi ac Levi b. Gerſon. ſ. l. et a. notato k). [II.]

Adfert hanc editionem *Wolfius* e Catalogo Bibliothecae Upſalienſis.

§. XXXIX.

Proph. poſt. c. Comm.

Prophetae Poſt. c. Comment.

* Prophetae poſteriores hebraice cum commentario R. Don Iſaac Abarbanel. Piſauri opera Soncinatum. 271. (1511.) fol. l). [I.]

* Prophetae poſteriores hebraice — Abarbanel, opera Soncinatum. 280. (1520.) fol. m). [II.]

* Prophetae poſteriores hebraice — Abarbanel. ſ. l. 401. (1641.) fol. n). [III.]

Editio locupletior cum duplici indice, et textu punctato. Locus non commemoratur. Typi tamen Amſtelodamenſem produnt Typographiam.

Prophetae poſteriores hebraice cum commentario R. David Kimchi. Piſauri opera Soncinatum. 276. (1516.) fol. o). [IV.]

Textus hebraicus hic comparet cum punctis et accentibus. Secunda expreſſe vocatur editio. Sed utrum hoc fiat reſpectu editionis omnium Prophetarum §. XXXVI. recenſitae, an vero hoc volumen ſecunda ſit ejus editionis pars, quae reſpectu primae editionis anni 1486. ita nominetur, omnino dubium eſt.

Prophetae poſteriores hebraice cum commentario Raſchi. Venetiis apud Hieronymum Bragadinum. 1655. 4. p). [V.]

Ita annus in fronte: ad calcem vero annus 368. (1608.) eſt notatus.

Prophetae poſteriores hebraice cum commentario R. Moſis Alſchech. Jeſnizii per R. Iſrael b. Abraham, curante R. Iſaac ben Kalonymus. 480. (1720.) fol. q) [VI.]

Textus hebraicus cum punctis et accentibus eſt exſcriptus. Commentarius vero eſt mutilus et mancus.

§. XL.

i) *Le Long* p. 75. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 398. Vol. 3. p. 74. Conf. §. IX. n. XI.

k) Vol. 4. p. 137.

l) *Le Long* p. 75. col. 2. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 393. Conf. §. XXXVI.

m) Idem ibid.

n) Iid. ib. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 7.

o) *Wolfius* Vol. 2. p. 397. Vol. 3. p. 189.

p) *Wolfius* Vol. 2. p. 399.

q) *Wolfius* Vol. 3. p. 736. Vol. 4. p. 137. Acta Erudit. Lipſ. A. 1724. p. 143. *Samlung von A. u. N. A.* 1727. p. 744. Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 3. n. 52.

Eſai. Jerem. c. Comm.

§. XL.

Eſai. Jerem. c. Comment.

[I.] * Eſaias et Jeremias hebraice cum Commentario R. D. Kimchi. Ulyſſiponae. 257. (1497.) fol. r).

Addit *Wolfius* editionem Neapolitanam ejusdem anni, quae vero maxime dubia eſt.

[II.] * Eſaias et Jeremias hebraice — Kimchi. Conſtantinopoli. 273. (1513.) fol. s).

[Editio luculenta et elegantiſſima.

[III.] Eſaias hebraice cum commentario R. Salomon ben Iſaac Levita. Theſſalonicae apud Matatjam miggeſa Bath Scheba. 360. (1600.) fol. t).

Textus eſt ſine punctis, commentarius vero ex dictis Rabbinorum et libro Zohar compilatus. Prodiit ſecundum Wolfium anno 360. ſed in codice qui Altorfi adſervatur expreſſus eſt annus 367. (1607.)

[IV.] Eſaias hebraice, cum commentario R. Samuel Laniado. Venetiis apud Hieronymum Bragadinum. 417. (1657.) fol. u).

Textus eſt punctatus et accentuatus. Curam editionis geſſit R. Levi Laniado b. Iſaac.

Hoſeas c. Comm.

§. XLI.

Hoſeas c. Comment.

[I.] * Hoſee cum Thargum, id eſt chaldaica paraphraſi Jonathan, et commentariis R. Selomo Jarchi, R. Abraham Aben Ezra, et R. D. Kimchi: variis lectionibus ex multorum exemplarium diligenti collatione in margine aſcriptis. (1556.) 4. x).

[In inferiori tituli parte ſub Oliva Stephani legitur hebraice: *Impreſſum per Robertum Stephanum et in domo ejus anno* 316. *minoris ſupputationis*, *menſe Adar*. Titulus ſolius Hoſeae mentionem facit, additi vero ſunt Joel, Amos, Obadias et Jonas eodem modo illuſtrati. Continet volumen pp. 243. Qui a *Le Long* et *Wolfio* Prophetae minores cum iisdem commentariis e typographia *Roberti Stephani* 1539. et 1540. emiſſi recenſentur, ad Biblia ejusdem hebraica ſunt referendi.

[II.] * Hoſeas hebraice cum Targum Jonathanis et commentariis Raſchii, Aben Eſrae et Kimchii, cura Hermanni von der Hardt. Helmſtadii typis Georg. Wolffgang Hammii. 1702. 4.

Ex praefatione: In recenſione hujus opuſculi nulli operae parſum, ut quam emendatiſſime et nitide prodiret. Quo fine etiam non ſolum Venetum et Buxtorfii majora conſulta volumina, ſed et praecipue nobilis codex antiquus Pariſinus Rob. Stephani adhibitus. Dabimus et ſequentes Prophetas, imo reliquos fontium libros, pari utique modo, vel majori ἀκριβείᾳ illuſtratos y).

[Ex

r) *Le Long* p. 75. col. 2. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 399. Vol. 1. p. 301. *Maittaire* annal. (1719) p. 342. *De Roſſi* l. c. p. 58.

s) Iidem ibid.

t) *Wolfius* Vol. 2. p. 399. Vol. 1. p. 1070.

u) *Wolfius* Vol. 2. p. 399. Vol. 1. p. 1108.

x) *Le Long* p. 75. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 399. Vol. 4. p. 139. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 671.

y) *Le Long* p. 75. col. 2. E. Index Bibl. Wernigerod. p. 39.

Digitized by Google

[Ex iis, quae hic exſpectari jubet Editor, ſola Joelis prophetia publici juris facta eſt. Hoſeas c. Comment.

Hoſeas illuſtratus chaldaica Jonathanis verſione et philologicis celebr. Rabbinorum Raſchi, Aben-Eſrae et Kimchi commentariis e recenſione Hermanni von der Hardt. Gottingae typis Viduae Abrahami van den Hoeck. 1775. 4. [III.]

In uſum praelectionum academiearum praecedentem editionem recudi curavit Cl. *J. D. Michaelis.*

§. XLII.
Joel c. Comment.

Joel c. Comment.

Joel et Malachias hebraice cum commentario R. D. Kimchi, per Sebaſtianum Münſterum. Baſileae apud Henricum Petri. 1530. 8. [a]). [I.]

Joel cum commentariis R. D. Kimchi a Franciſco Vatablo hebraicarum literarum Regio Profeſſore ſumma cura et diligentia recognitis; adjecta inſuper varia lectione et indice locorum, qui ex Talmude citantur, per Joh. Mercerum Profeſſorem Regium. Pariſiis ex officina Caroli Stephani. 1557. Menſe Niſan. 4. [a]). [II.]

Habetur quidem in collectione Prophetarum minorum §. praecedenti laudata, ſed et ſeorſim haec prophetia a *Carolo Stephano* exeuſa publice expoſita eſt.

* Joelis tres primae elegiae ſacrae, hebraice, penetrantiſſimis ſuis modulis reſtitutae et philologice enarratae ab Hermann van der Hardt. Helmſtadii. 1706. 8. [III.]

Ex praefatione: Viam monſtraſſe ſuffeeerit, Prophetarum libellis ſollicitius diſcriminandis ac a ſe invicem diſtinguendis, verſibus priſcis ad mentem et nutum veterum Chriſtianorum aeque ac Judaeorum determinandis, modulo ad os orientis cooptando, hiſtoriae temporum et fatorum adſciſcendae, affectui dignoſcendo, ſtylo ſublimi et arguto ſcrutando, et immenſo rerum ponderi exinde metiendo [b]).

[Accedit editioni ingenio Viri reſpondenti Paraphraſis chaldaica.

§. XLIII.
Obadias c. Comment.

Obadias c. Comment.

* Obadias hebraice cum Targum, utraque Maſora et commentariis Raſchii, Aben-Eſrae et Kimchii, ſtudio Matthaei Waſmuthi. Jenae apud Joh. Jac. Bauhofer. 1678. 8. [c]).

§. XLIV.
Jonas c. Comment.

Jonas c. Comment.

Jonas hebraice cum commentariis R. David Kimchi a Franciſco Vatablo recognitis adjectis ſcholiis et Maſora et varia lectione per Joh. Mercerum. Pariſiis apud Robertum Stephanum. 1567. 4. [d]). [I.]

S 2 Jonae

c) *Wolfius* Vol. 2. p. 400.
a) *Maittaire* annal. Tom. 3. part. 2. p. 689.
b) *Le Long* p. 75. col. 1. B. p. 90. col. 2. *Wolfius* Vol. 2. p. 399.
c) *Le Long* p. 76. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 400. Index Bibl. Wernig. p. 38.
d) *Wolfius* Vol. 4. p. 140. *Maittaire* Tom. 3. p. 739.

Digitized by Google

[II.] Jonae Prophetia hebraice et chaldaice edita in gratiam ſtudioſorum linguae ſanctae. Wittebergae. 1582. 8. [e]).

[III.] * Jonas illuſtratus: ſive hebraice et chaldaice, una cum Maſora magna et parva, item celeberrimorum Rabbinorum R. Salomon Jarchii, Aben Eſrae, Davidis Kimchii, Iſaac Abarbanelis commentariis textualibus — — cura et ſtudio Frid. Alb. Chriſtiani Judaei converſi. Lipſiae typis Juſtini Brandii. 1683. 8. [f]).

[Textui ſacro punctis inſtructo et in ſectiones diſſecato jungitur ad latus Targum, ſubjicitur maſora magna, minori ad marginem notata. Sequuntur Commentaria notatis in margine locis biblicis. Additur ad calcem Lexicon breve Rabbinicum. Editor eſt idem ille *Chriſtiani*, qui editionem Prophetarum priorum cum Abarbanel Lipſiae procuravit, §. XXXVI. Fuit ibidem lector publicus litteraturae rabbinicae, ſed homo malae fidei, ad Pontificios Viennam abiit, et procul dubio denique ad ſuos rediit. Vitam ejus recenſet *Wolffius* [g]).

[IV.] Jonas vates expoſitus cum Targum Jonathanis, Maſora utraque, Raſchi, Aben Eſra, Kimchi, ben Melech et Abarbanel, cura M. Georg. Chriſtiani Burcklini. Francofurti ad Moen. 1697. 8. [h]).

§. XLV.

Habac. c. Comment.

Habac. c. Comment.

Habacuc cum commentariis R. David Kimchii a Franciſco Vatablo ſuprema cura et diligentia recognitus, adjectis inſuper Scholiis Maſorae, varia lectione atque indice locorum, quos Kimchi citat ex Talmud per Joh. Mercerum. Pariſiis ex officina Caroli Stephani. 1559. 4. [i]).

§. XLVI.

Malach. c. Comment.

Malach. c. Comment.

[I.] Malachias hebraice. Baſileae. 1530. 8. §. XLI.

[II.] Malachias cum commentariis R. Davidis Kimchii a Franciſco Vatablo ſumma cura et diligentia recognitis. Pariſiis apud Robertum Stephanum. 1618. 4. [k]).

Non differre hanc editionem, niſi ſolo titulo, ab illa quae ex officina *Roberti Stephani* Patris anno 1540. prodiit et pars eſt ſacri codicis hebraei, ex annotatis *Maittairii* refert *Wolffius*. Idem quoque de editione Jonae §. XLIV. et Habacuci §. XLV. quae Mercero tribuuntur cenſendum eſt. Prodiit vero eodem anno idem Propheta cum Raſchi et Kimchi et verſione latina.

Mala-

e) Biblioth. Solgeri, Tom. 3. p. 39.
f) *Le Long* p. 76. col. 1. E.
g) Vol. 1. p. 989. Vol. 3. p. 945. Vol. 4. p. 958. Vol. 2. p. 400. *J. Fr. Reimmanni* Catal. Biblioth. p. 914. Index Bibl. Wernig. p. 38.
h) *Wolffius* Vol. 2. p. 400.
i) *Wolffius* Vol. 4. p. 140. *Maittaire* Tom. 2. Part. 2. p. 421. 791. Tom. 3. Part. 2. p. 710. *Hooghtii* praefat. ad Bibl. H. §. 4.
k) *Wolffius* Vol. 4. p. 141. *Maittaire* Tom. 3 p. 872. append. Conf. infra Sect. III. §. XXV.

Digitized by Google

* Malachias hebraice cum Commentariis Aben-Eſrae, Jarchii, Kimchii, et diſputationibus hebraicis, et explicatione, cura M. Samuelis Bohl. Roſtochii ſumptibus Joh. Hallervordii, typis Nicolai Kilii. 1637. 4. l). [III.]

[Textus ſacer cum punctis expreſſus junctam habet paraphraſin chaldaicam; quibus ſubjiciuntur rabbinorum commentarii, et latinae *Bohlii* annotationes.

§. XLVII.

Haphth. c. Comment.

Haphth. c. Comment.

Haphtharoth cum Commentario R. David Kimchi. Baſileae apud Ludovicum Koenig. 379. (1619.) fol. m).

Haphtharae, ſive ſectiones e ſcriptis Prophetarum ſelectae, et publicae lectioni poſt praelectionem Paraſchae Legis deſtinatae, editionibus Pentateuchi plerumque annectuntur. Unica eſt, quantum mihi quidem ſcire licuit, Haphthararum editio, quae ſeorſim cum commentario eodem anno prodiit, quo idem typographus Biblia Rabbinica Buxtorfiana expreſſit. §. VIII.

§. XLVIII.

Hagiographa c. Comment.

Hagiogr. c. Comment.

Hagiographa hebraice cum Commentariis. Neapoli. 247. (1487.) fol. min.

[I.] Prima eaque antiquiſſima Hagiographorum editio, quae primae Bibliorum hebraicorum, uti ſupra §. II. obſervavimus, editionis ultimam conſtituit partem. Liber ipſe, qui pro more iſtius ſeculi titulo caret, duobus abſolvitur voluminibus, quorum prius Pſalterium cum Commentario R. David Kimchi continet. Ad calcem voluminis prioris ſequentia de editione notantur: ברוך ה׳ אלהים אלהי ישראל לא עזב חסדו עמנו זכנו לכיים זה הספר הקרוש והנורא ס׳ תהלים עם הביאור מר׳ דוד קמחי ז״ל הערוך והנכבד יפה׳ נוף ועל זה פירוש אמרו אם אין קמח אין תורה. נאם הגבר הוקם על מלאכה יעקב ברוך בן מהורר יהודה לנדא ז״ל אשכנזי המתגרר עתה פה נאפולי תם ונשלם ספר תהלים שנת זמ״ר ר׳ ימים לחדש ניסן יציאת גלות ·מצרים על ידי המחוקק המופלג כמר יוסף בר יעקב ז״ל אשכנזי יהוה למען רחמו הרבים יוציאנו מזה הגלות במהרה i. e. *Laudatus ſit Jehova Deus Iſrael! Non defuit nobis gratia ejus ad adaptandum et abſolvendum hunc librum ſanctum et excellentem, librum Pſalmorum cum Commentario R. David Kimchi, diffuſo, praeſtanti et pulchro, de quo dicturi ſunt: Si non eſt farina, non eſt lex. Dicit vir, qui operi praefuit,* (Corrector) *Jacob Baruch b. Jehuda Lando Germani b. m. Neapoli jam commorans: Completus et abſolutus eſt liber hic Pſalmorum anno* 247. (1487.) *die quarto menſis Niſan exitus ex exilio Aegypti, per manum excellentis typographi Joſeph bar Jaacob Germani b. m. Propterea Jehova per magnam ſuam miſericordiam nos ex hoc exilio ſtatim liberare velit.* Textus hebraicus hic quidem cum punctis, at ſine accentibus eſt expreſſus. Dageſch lene lineola transverſa ſupra litteram, et Kametz lineola ſubjecto puncto ſub littera indicatur. Commentarius R. D. *Kimchi* hic longe plenior eſt ac in aliis editio-

l) *Le Long* p. 76. col. 1. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 401. m) *Wolffius* Vol. 3. p. 190.

Digitized by Google

Hagiogr e. Comment. editionibus. Ad calcem voluminis ſecundi leguntur ſequentia: ברוך — אשר היה עזרתה לנו להשלים המלאכה מלאכת הקודש בתשעה לחרש בירח האיתנים שנת זמ״ר לאל״ף הששי במתא נאפולי על ידי שמואל יז״יא בן כמר אבי שמואל כרומא זצ״ל i. e. *Laudatus ſit Jehova qui nobis auxilio adfuit ad finiendum opus ſanctum die ſeptimo Menſis Ethanim anno* 247. (1487.) *millenarii ſexti in urbe Neapoli per manum Samuel filii Patris Samuel e Roma.* Accedunt et hic commentarii ad ſacrum textum, ad *Proverbia* Commentarius R. *Immanuel b. Jacob*, et ad *Jobum* Commentarius R. *Levi b. Gerſon.* Auctor commentariorum in reliquos libros haud indicatur, qui tamen *Immanuel b. Jacob* fuiſſe videtur. Codex rariſſimus, cujus unicum adhuc extſtare exemplar in Bibliotheca Collegii Etonenſis membranae impreſſum ſibi perſvadet *Kennicottius.* Sed exemplar membranaceum *Wolffio* e bibliotheca *Guſtavi Schroedteri* communicatum, chartaceum vero in Bibliotheca *Sig. Jac. Baumgartenii* fuit [n]).

[II.] * Pſalmi, Proverbia, Job et Daniel hebraice cum commentario Raſchii. Theſſalonicae. 275. (1515.) fol. [o]).

§. XLIX.

Pſ. e. Comm. *Pſalt. c. Comment.*

[I.] Pſalterium hebraicum cum Commentario Kimchii. Anno 237. (1477.) 4.

Cl. *Kennicottius* omnium primo hujus editionis, quae Pſalmorum eſt prima, et inter libros hebraice expreſſos ſecundus liber eſt, mentionem fecit: „Inter editiones 40. impreſſas, quarum hic inſtitutum fuit examen, reperientur primae editiones Pſalmorum anno 1477. [p]). Uberius editionem delineat Cl. *De Roſſi* [q]). Textus absque punctis, quatuor prioribus Pſalmis exceptis, quibus ineleganter ſunt appoſita, charactere quadrato, qui ad formam typorum germanicam accedit, eſt expreſſus. Unicuique textus verſiculo ſtatim ſubjicitur Commentarius Kimchii typo rabbinico, qui omnibus poſterioribus editionibus eſt locupletior, et ea omnia continet, quae poſtea ut Religioni Chriſtianae inimica omiſſa ſunt. Ex iis vero, quae ad calcem tum carmine hebraeo tum oratione ſoluta addita ſunt, ſequentia hic transſcribimus. *Tempore perfectionis artis typographicae, quo nempe in typographia mea literae ordine efformatae ſunt, artis hujus ſubſidio reperta ſunt tercenta exemplaria pulcherrima Pſalmorum cum expoſitione Kimchii. — Deus miſereatur noſtri, et benedicat nobis. Splendere faciat vultum ſuum nobiscum in opere manuum noſtrarum, quia fortunavit nos in omni extenſione manuum noſtrarum a principio noſtro usque ad finem noſtrum.* בעשרים יום בחדש אלול בשנת ר״לז נגמרה פעולתינו *Die XX. Menſis Elul anno* 237. *completum fuit opus noſtrum. Deus qui rupes eſt ac fortitudo noſtra acceleret redemptorem noſtrum cito in diebus noſtris. Sic enixe rogant artis hujus factores magiſter Joſeph et filius ejus Chajim Mordachai et Ezechias Monro.*

[II.] Pſalterium hebraicum. Neapoli. 1487. fol. §. XLVIII.

§. L.

n) *Wolffius* Vol. 2. p. 401. Vol. 4. p. 141. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 3. p. 113. *Kennicott* the ſtate of the printed hebrew Text p. 519-522. *De Roſſi* Diſq. de hebr. typogr. orig. p. 29.

o) *Le Long* p. 76. col. 2. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 401.

p) Ad ann. 1772. inſert. in *Hirsii* oriental. und exeget. Biblioth. Part. 3. p. 277.

q) De hebraicae typogr. origine p. 10.

§. L.

Pſalt. c. Comment. Amſtelod. Pſ. c. Comment. Amſt.

* Pſalterium hebraicum cum Commentario R. Moſis Iſrael de Mercado. Amſtelodami. 413. (1653.) 4. [r]) [I.]

[Prodiit apud *Immanuel Benbeniſte*, et adjunctum habet Eccleſiaſten, cum commentario ejusdem Auctoris, qui Rabbinus Synagogae hiſpanicae Amſtelodamenſis fuit, et 1652. ex hac vita abiit: hinc utrumque commentarium una cum textu punctato *Jacob de Mercado* publici juris fecit.

Pſalterium hebraicum cum Commentario R. David Kimchi. Amſtelodami apud David ben Uri Veibſch. 441. (1681.) 4. [s]). [II.]

* Pſalterium hebraicum cum commentario R. Moſis Alſchech. Amſtelodami. 455. (1695.) 4. [t]). [III.]

[Apud David Tartas cum textu punctato. v. §. LX.

§. LI.

Pſ. c. Comm. Cremonae. Pſ. c. Comm. Cremonae.

Pſalterium hebraicum cum Commentario R. D. Kimchi. Cremonae. 321. (1561.) 12. [u]).

§. LII.

Pſ. c. Comm. Dyrenfurthi. Pſ. c. Comm. Dyrenf.

* Pſalterium hebraicum cum duplici commentario, uno R. Moſis Alſchech, altero R. Iſaaci inquilini Cracovienſis. Dyrenfurthi 467. (1707.) 12. [x]) [I.]

[Ita *Le Long*. Pſalterium inſcribitur מאזני צדק: i. e. *bilances juſtae.* In medio paginae expreſſus eſt textus litteris quadratis, in utroque latere vero leguntur commentarii typis minutiſſimis deſcripti. Alter non eſt integer *Moſis Alſcheck* commentarius, ſed ejus compendium; alter vero eſt R. *Iſaaci ben Iſaſchar Berel Zoreph,* Cracovienſis.

Pſalterium hebraicum cum duplici commentario. Dyrenfurthi apud Iſaſchar Behr b. Neta. 488. (1728.) 8. [y]). [II.]

Cingunt textum cum punctis et accentibus exſcriptum collectanea, quae R. *Iſaac Eiſack* ben *Elia* e commentariis Raſchi, Kimchi et Moſis Alſchech collegit.

§. LIII.

Pſ. c. Comm. Francofurti. Pſ. c. Comm. Francof.

Pſalterium hebraicum cum Commentario R. David Kimchi. Francofurti ad Moen. apud Matth. Andreae. 468. (1708.) 8. [z]). [I.]

Pſalterium hebraicum — Kimchi. Francofurti apud Matth. Andreae. 472. (1712.) 8. [a]). [II.]

Curam

r) *Le Long* p. 77. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 405. Vol. 1. p. 830.

s) *Wolfius* Vol. 2. p. 406.

t) *Le Long* p. 78. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 3. p. 736. Vol. 4. p. 146.

u) *Wolfius* Vol. 2. p. 403.

x) *Le Long* p. 78. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 4. p. 146. Conf. §. LIV.

y) *Wolfius* Vol. 4. p. 148. 879.

z) Index Bibl. Wernigerod. p. 39.

a) *Wolfius* Vol. 2. p. 407.

Pſ. c. Comm. Francof. Curam editionis geſſit *David Grünhuht*, praefationem addidit *Joh. Jac. Schultius*. Quae Kimchi contra religionem Chriſtianam protruſit, ex hac editione exterminata ſunt.

§. LIV.

Pſ. c. Comm. Fürthi.

Pſ. c. Comm. Fürthi.

* Pſalterium hebraicum cum commentario. Fürthi. 469. (1709.) 8. [b]).

[*Le Long* hanc editionem Francofurtenſem appellat, quae ſi non ut *Wolfius* ſuſpicatur ex editione Dyrenfurthenſi anni 1707. §. LII. conficta eſt, ex illa certe expreſſa eſt; ſicuti haec Fürthenſis, quae eosdem habet commentarios.

§. LV.

Pſ. c. Comm. Hanoviae.

Pſ. c. Comm. Hanoviae.

* Pſalmi Davidis cum notis ſelectiſſimorum commentatorum Judaicorum contractorum, et cum nominis notatione, ad ſenſum litteralem illuſtrandum exhibitorum, Bibliorum Hanovienſium hebraicorum ſpecimen tertium, per Henr. Jac. van Bashuyſen. Hanoviae. 1712. 12. [c]).

[In uſum praelectionum academicarum, et ad promovendum ſtudium rabbinicum, publici juris fecit editor Pſalterium hebraicum; cujus textus typis quadratis eſt exſcriptus, et ad Biblia *Bombergi*, *Athiae*, *Leusdeni*, *Clodii*, *Jablonskii* et *Hooghtii* recognitus. Notae ſubjiciuntur textui e *Raſchi*, *Aben-Eſra*, *Kimchi*, *Alſchech*, *Ben Melech*, *Jacob Lombroſo* et *Meir Arama* petitae. Accedit in Judaeorum gratiam approbatio R. *Pinchas Seev Wolff b. Benjamin*. Tertium Bibliorum Rabbinicorum edendorum vocatur ſpecimen. Primum jam ſupra §. XXXVII. recenſuimus; ſecundum unica conſtat plagula, quae Pſalterii ſpecimen exhibet A. 1707. evulgata. Editiones hujus Pſalterii anni 1702. aut 1710. ab aliis recenſitae vitio debentur typographico [d]).

§. LVI.

Pſ. c. Comm. Jeſnitzii.

Pſ. c. Comm. Jeſnitzii.

Pſalterium hebraicum cum Commentario R. Moſis Alſchech. Jeſnitzii per R. Iſrael ben Abraham, cura R. Zevi Hirſch ben Meir. 481. (1721.) fol. [e]).

§. LVII.

Pſ. c. Comm. Iſnae.

Pſ. c. Comm. Iſnae.

[I.] * Pſalterium hebraicum cum commentario R. David Kimchi. Iſnae. 302. (1542.) fol. [f]).

[Prodiit e typographia *Pauli Fagii*, qui Iſnae typographiam hebraicam et rabbinicam exſtruxit. Textus cum punctis, at ſine accentibus, excepto Athnach et Silluck cum Soph Paſuek, eſt exſcriptus. Accedunt ad calcem duobus

in

b) *Le Long* p. 78. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 4. p. 147.

c) *Le Long* p. 78. col. 2. A.

d) *Wolfius* Vol. 4. p. 147. Acta eruditor. german. Vol. 3. p. 76. *Samlung von A. u. N. A.* 1712. p. 916.

e) Acta Erudit. Lipſ. A. 1725. p. 431. *Samlung von A. u. N. A.* 1727. p. 744.

f) *Le Long* p. 76. col. 2. D.

Digitized by Google

in foliis, objectiones Kimchii contra Chriſtianos, quae folia non omnibus juncta inveniuntur exemplaribus g). Pſ. c. Comm. Iſnae.

Pſalterium hebraicum cum Commentario R. David Kimchi. Iſnae. 1560. fol. h). [II.]

Editionem procuravit *Paulus Fagius.*

§. LVIII.

Pſ. c. Comm. Sabionettae. Pſ. c Comm. Sabionett.

* Pſalterium hebraicum, cum uſu Pſalmorum cabbaliſtico. Sabionettae. 316. (1556.) 32. i). [I.]

[Uſus Pſalmorum שמוש תהלים auctore R. *Iſaac Loria* e principiis cabbaliſticis docet, qua occaſione ſinguli Pſalmi legendi ſint. Latinitate libellum donavit *Paulus Fridericus Opitius.* Specimina inſulſarum commentationum exhibet Wolfius k).

* Pſalterium hebraicum — cabbaliſtico. Sabionettae. 318. (1558.) 12. l). [II.]

§. LIX.

Pſ. c. Comm. Theſſalonicae. Pſ. c. Comm. Theſſal.

* Pſalt. h. cum Raſchi. Theſſal. 1515. f. §. XLVIII. [I.]

* Pſalterium hebraicum cum Commentario R. David Kimchi et R. Joſ. Chivan. Theſſalonicae. 281. (1522.) fol. m) [II.]

Pſalterium hebraicum cum Commentario R. Joſeph b. Jabetz. Theſſalonicae. 331. (1571.) 4. n). [III.]

Textus ſine punctis eſt expreſſus.

§. LX.

Pſ. c. Comm. Venet. Pſ. c. Comm. Venet.

Pſalterium hebraicum cum Commentario R. David Kimchi. Venetiis apud Joh. de Gara. 306. (1546.) 4. o). [I.]

Commentarius variis in locis in compendium redactus eſt.

* Pſalterium hebraicum — Kimchi. Venetiis apud Joh. de Gara. 326. (1566.) 8. p). [II.]

* Pſalterium hebraicum — Kimchi. Venetiis apud Joh. de Gara. 356. (1596.) 8. q). [III.]

* Pſalterium hebraicum cum Commentario R. Salomon ben Schem Tov Athia, ex Raſchi, Radak aliisque interpretibus collecto. Venetiis. 309. (1549) fol. r). [IV.]

* Pſalte-

g) *Wolfius* Vol. 2. p. 402. Vol. 3. p. 191. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 7. p. 385.

h) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 4. n. 55.

i) *Le Long* p. 72. col. 1. A.

k) *Wolfius* Vol. 2. p. 403. Vol. 3. p. 1221. Vol. 4. p. 1060.

l) Iidem ibid.

m) *Le Long* p. 76. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 402. Vol. 1. p. 529.

n) *Wolfius* Vol. 2. p. 403. Vol. 3. p. 403.

o) *Wolfius* Vol. 2. p. 403.

p) *Le Long* p. 77. col. 1. B. *Wolfius* ibid.

q) Iid. ibid.

r) *Le Long* p. 76. col. 2. E. *Wolfius* ibid.

Digitized by Google

[V.] * Pſalterium hebraicum cum commentario R. Obadiae Sphorno. Venet. 346. (1586.) 4. [s]).

[VI.] * Pſalterium hebraicum cum commentario R. Meir Arama. Venetiis. 350. (1590.) 4. [t]).

[Prodiit apud *Joh. de Gara*, cura R. *Iſaac Aboab*, cum textu punctato. Non omnes Pſalmi a R. *Meir ben Iſaac Arama* expoſiti ſunt; acceſſit enim in nonnullos Commentarius cujusdam Joſephi.

[VII.] * Pſalterium hebraicum cum Commentario R. Moſes Alſchech. Venetiis. 365. (1605.) 4. [u]).

[Edidit Pſalterium cum praefatione R. *Chajim* apud *Joh. de Gara*, cum licentia ſuperiorum. Recuſam hanc editionem dedit *Tartas* Amſtelodami. v. §. L.

[VIII.] Pſalterium hebraicum cum uſu Pſalmorum cabbaliſtico. Venetiis apud Vendraminum. 450. (1690.) 4. [x]).

Conf. quae ſupra §. LVIII. de hoc opere obſervavimus.

Pſ. c. Comm. Wilmersd.

§. LXI.

Pſ. c. Comm. Wilmersdorff.

Pſalterium hebraicum cum commentario. Wilmersdorffii apud Hirſch ben Chajim. ſ. a. 12. [y]).

Accedunt annotationes rabbinicae, cum expoſitione vocum difficiliorum judaeo-germanica.

Pſ. ſinguli c. Comm.

§. LXII.

Pſ. ſinguli c. Comm.

[I.] * Pſalmi XV. Graduum hebraice cum commentario R. Moſes b. Iſrael. Wilmersdorffii per Iſraelem Pragenſem. 1712. 4. [z]).

[Textus eſt ſine punctis. Auctor commentarii בית אבות dicti eſt R. *Moſes ben Iſrael* Würtzburgenſis.

[II.] Pſalmus CXIX. et XV. Pſ. Graduum cum Commentario R. Samuel b. Iſaac Arepol. Venetiis apud Joh. de Gara. 336. (1576.) 4. [a]).

[III.] Pſalmus CXIX. et XV. Pſ. — Arepol. Pragae. 370. (1610.) 4. [b]).

[IV.] Pſalmus I. cum Commentario R. D. Kimchi. Pariſiis. 1712. 4. [c]).

Proverb. c. Comm.

§. LXIII.

Proverb. c. Comm.

[I.] Proverbia hebraice cum Commentario. 257. (1497.) fol.

Vidit *Wolfius* exemplar hujus editionis in Bibliotheca Oppenheimeri: ſed ea cum ſcriberet, quae de hac editione relata legimus, memoria eum procul dubio fefellit:

s) *Le Long* p. 77. col. 1. E. *Wolfius* ibid. conf. §. IX. n. XII.
t) Iid. ibid. Conf. §. IX. n. XXIV.
u) *Le Long* p. 77. col. 2. B. *Wolfius* ibid.
x) *Wolfius* Vol. 2. p. 406.
y) *Wolfius* Vol. 2. p. 407. Vol. 4. p. 147. *Samlung von A. u. N. A.* 1743. p. 523.
z) *Le Long* p. 78. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 407. Vol. 4. p. 148. Vol. 1. p. 830.
a) *Wolfius* Vol. 2. p. 408. Conf. §. IX. n. XVIII.
b) Id. ibid.
c) Id. Vol. 4. p. 150.

Digitized by Google

feſellit: unde evenit, ut virorum nomina transformata, et in locum Commentarii Gerſonidis Chaldaica Paraphraſis ab ipſo ſubſtituta ſit. Textus Proverbiorum hebraicus charactere quadrato cum punctis eſt exſcriptus. Accedunt duo Commentarii, alter R. *Levi b. Gerſon*, alter R. *Menachen Meir*, typo rabbinico. Ad calcem leguntur Rhythmi hebraici, quibus indicatur, librum eſſe exſcriptum in domo *Samuelis Dortas* e regione longinqua, et exaratum per manus intelligentis *Abrahami Batrak Moſkas*, juſſu R. *Samuelis Kolodri* בראש חדש אב שנת ובאו ציון ברנה i. e. *prima die menſis Abh*, *anno Venientque ad Zion in cantu*. i. e. 257. Titulum honoris in Rhythmis *Samueli Dortas* datum הנכבד *Wolfius* in קנספר transformavit, ex quo *Maittaire* iterum הספר finxit [d]). Proverb. c. Comm.

Proverbia hebraice cum Commentario R. Moſis Alſchech. Jeſnitzii, per Iſrael b. Abraham. 482. (1722.) fol. [e]). [II.]

Textus, quem cingit commentarius, eſt punctatus.

* Proverbia hebraice cum commentario Kab Venaki. Theſſalonicae. 282. (1522.) fol. [f]). [III.]

Proverbia hebraice cum Commentario. Wandsbeci. 490. (1730.) 8. [IV.]

Textui cum punctis et accentibus expreſſo junguntur excerpta e Commentariis, Raſchi, Kimchi, Aben-Eſra, Michlal Jophi, Levi b. Gerſon et Moſes Alſchech [g]).

Proverbia hebraice cum Commentario R. Iſaac b. Iſſachar Behr. Wilmersdorffii. 474. (1714.) [h]). [V.]

Proverbia hebraice cum Commentario R. Salomon Duran. * Venetiis apud Petrum et Laurentium Bragadinos, in aedibus Joannis Caleonis. 383. (1623.) 4. [i]). [VI.]

Textus eſt accentibus et vocalibus inſtructus.

§. LXIV.

Jobus c. Comm. Jobus c. Comm.

* Jobus hebraice cum commentario R. Iſaac b. Schelomo Cohen. Conſtantinopoli in domo Elieſer ben Gerſon Sonciuatis. 305. (1545.) 4. [k]). [I.]

[Singulis capitibus praemittitur argumentum; ſubjicitur vero explicatio vocum difficiliorum e Ralbag aliisque interpretibus, una cum paraeneſi. Textus habet puncta vocalia et accentus [l]).

* Jobus hebraice cum Commentario R. Moſis Alſchech. Venetiis. 363. (1603.) 4. [m]). [II.]

T 2 Jobus

d) *Wolfius* Vol. 2. p. 409. *Maittaire* Tom. 4. Part. 2. p. 645. *De Roſſi* de hebr. typogr. origin. p. 57.

e) Acta Erudit. Lipſ. A. 1725. p. 431. *Samlung von A. u. N. A.* 1727. p. 744.

f) *Le Long* p. 78. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 409. Conf. §. III. n. III.

g) *Wolfius* Vol. 4. p. 151. et 879.

h) Id. Vol. 2. p. 409.

i) *Wolfius* ibid. Conf. §. IX. n. XXIII.

k) *Le Long* p. 79. col. 2. C.

l) *Wolfius* Vol. 2. p. 412. Vol. 3. p. 584. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 10. p. 283.

m) *Le Long* p. 80. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 412.

Digitized by Google

[III.] Jobus hebraice cum Commentario R. Moſis Alſchech. Jeſnitzii per Iſrael b. Abraham. 482. (1722.) fol. [n]).

[IV.] Jobus hebraice cum Commentario R. Meir ben Iſaac Arama. 266. (1506.)

E *Bartoloccio* recenſet hanc editionem *Wolffius*, quae contextum habet cum punctis litteris quadratis expreſſum, et *Aramae* commentarium philoſophicum et litteralem [o]).

[V.] * Jobus hebraice — Arama. Rivae Tridenti. 322. (1562.) 4. [p]).

[Recenſet hanc editionem *Le Long*, eamque ſecundam appellat.

[VI.] *Jobus* hebraice — Arama. Rivae Tridenti. 327. (1567.) 4. [q]).

[VII.] * Jobus hebraice — Arama. Venetiis. 327. (1567.) 4. [r]).

Prodiit ex officina Georg de Cabalis, correctore *Eliano*, Eliae Germani Nepote.

[VIII.] * Jobus hebraice — Arama. Venetiis. 5363. (1603.) 4. [s]).

[IX.] * Jobus hebraice cum Commentario R. Simeon b. Zemach. Venetiis. 350. (1590) 4. [t]).

[Apud Joh. de Gara eurante *Joſeph Molcho*, qui et *Obadiae Sphorno* commentarium adjunxit.

[X.] Jobus in compendium redactus et carmine redditus ſecundum Commentarium R. Levi b. Gerſon. Venetiis. 304. (1544.) 12. [u]).

§. LXV.

Daniel c. Comm.

Daniel c. Comm.

[I.] * Daniel hebraice cum Commentario R. Samuelis ben Judae Valerio. Venetiis. 346. (1586.) 4. [x]).

[Apud *Johannem de Gara*, cum textu hebraeo non punctato. Ex hoc commentario *Moſes* Franeofurtenſis excerpta nonnulla Bibliis Rabbinicis inſeruit. §. IX.

[II.] Daniel hebraice cum commentario R. Moſis Alſchech. Zapethae. 328. (1568.) [y]).

[III.] * Daniel hebraice — Alſchech. Venetiis. 352. (1592.) 4. [z]).

[IV.] Daniel hebr. — Alſchech. Venetiis apud Joh. de Gara. 346. (1586.) 4.

Textus vocalibus et accentibus eſt inſtructus.

[V.] * Daniel hebraice — Alſchech. Conſtantinopoli. 358. 1598. [a]).

[VI.] Daniel hebraice — Alſchech. Amſtelodami. 486. (1726.) fol.

Accedunt excerpta e R. *Samuel ben Juda Valerio* Commentariis [b]).

[VII.] Daniel hebraice — Alſchech. Wandesbeci. 486 (1726.) fol

Additus eſt commentarius *Raſchi*, et excerpta e R. *Abarbanel Maine Jeſchua*, cum commentariis integris R. *Moſe Chagis* [c]).

n) Acta Erudit. Lipſ. A. 1725. p. 431. *Samlung v. A. u. N. A.* 1727. p. 744.
o) *Wolffius* Vol. 1. p. 751.
p) *Le Long* p. 79. col. 2. C.
q) *Wolffius* Vol. 2. p. 412.
r) *Le Long* et *Wolffius* ibid.
s) *Le Long* ibid.
t) *Le Long* p. 80. col. 1. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 412. Vol. 1. p. 1147.
u) *Wolffius* Vol. 2. p. 413.
x) *Le Long* p. 80. col. 2. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 413. Vol. 1. p. 1097.
y) *Wolffius* ibid.
z) *Le Long* p. 80. col. 2. A. *Wolffius* Vol. 2. p 413.
a) Iidem ibid.
b) *Wolffius* Vol. 4. p. 154. 905.
c) Id. ibid.

SECTIO III.

Digitized by Google

SECTIO III.

DE

BIBLIIS HEBRAICIS CVM VERSIONE.

§. I.

Ingenti eſſe lectoribus auxilio, ſi qua codici ſacro Hebraeo jungatur Verſio, ut in ſubſidium vocata verſione verus hebraearum phraſium ſenſus eo facilius indagari queat, qui probe intellexerint, non defuerunt Viri eruditi. Plures hinc prodiere librorum ſacrorum V. T. editiones, quae Textui ſacro adjunctam aliquam exhibent verſionem. Differunt vero inter ſeſe potiſſimum ratione idiomatis ipſius verſionis, quae textui ſacro ad latus poſita legenti offertur. Sunt hebraeo-latinae, hebraeo-germanicae et judaeo-germanicae, hebraeo-hiſpanicae, hebraeo-italicae, hebraeo-belgicae, hebraeo-anglicae, et hebraeo-graecae editiones. Differunt quoque ratione auctorum, quorum ſtudio ipſae debentur verſiones. Singulas ita recenſebimus, ut idiomatis potiſſimum habeamus rationem, et integris ſacri codicis editionibus partes ejusdem ſeorſim editas ſubjiciamus. Habes itaque omnium primo editiones, quarum maximus eſt numerus, hebraeo-latinas § II. etc. hebraeo-germanicas §. XLII. hebraeo-belgicas §. XLIV. hebraeo-anglicas §. XLV. quae a Chriſtianis ſunt procuratae. Accedunt quae Judaeos editores aut auctores agnoſcunt editiones hebraeo-graecae, §. XLVII. hebraeo-judaeo-germanicae §. XLVIII. hebraeo-hiſpanicae §. LIII. hebraeo-italicae §. LIV. Subjungimus hiſce duplicem appendicem, alteram opus exegeticum a *Jacobo Le Long* ad editiones ſacras relatum, §. LV. alteram collectiones dictorum ſacrorum recenſentem, §. LVI.

§. II.

B. hebr. lat. Munſteri.

B. H. lat. Münſteri.

* מקדש יי׳: עשרים וארבע ספרי המכתב הקדוש עם עתיקתו בלשון
רומיים ועם פרוש קצר על פסוקים חמורים וקשים: נדפס פה בעיר באזל
על ידי ז״מ בסייעתא דשמיא.

En tibi Lector Hebraica Biblia latina planeque nova Sebaſt. Munſteri tralatione, poſt omneis omnium hactenus ubivis gentium aeditiones evulgata, et quoad fieri potuit, hebraicae veritati conformata: adjectis inſuper e Rabbinorum commentariis annotationibus haud poenitendis, pulchre et voces ambiguas et obſcuriora quaeque elucidantibus. Prior hic tomus habet Moſaicos libros quinque, Jehoſuam, Judicum, Samuelis lib. duos, Regum lib. duos. Baſileae. 1534. Fol.

Digitized by Google

B. h. lat. Münſteri.

Secunda operis pars inſcribitur ut prior titulo hebraico punctis, uti in titulo primo, animato, quae vero puncta omiſimus: אצר ישע: ספר הנביאים אחרונים וספר כתובים וחמש מגלות עם קצר פירוש הלשונות החמרות והקשים פסוקים· פה בעיר באזיל על ידי סבשטיאנוש מונשטירוש *Veteris Teſtamenti tomus ſecundus, prophetarum oracula atque hagiographa continens, hoc eſt, Prophetas majores et minores, Pſalterium, Jiob, Proverbia, Danielem, Annalium libros duos, Canticum Canticorum, Ruth, Threnos, Eccleſiaſten, Eſther. Hi ſacri et canonici libri, amice Lector, ſic ad hebraicam veritatem genuina verſione in latinum ſunt traducti, ut ne quidem ad latum unguem ab ea diſſideant. Quibus praeterea in locis et ſententiis obſcurioribus opera Sebaſtiani Münſteri non parum acceſſit lucis per annotationes, quas vel ex Hebraeorum commentariis, vel ex probatioribus latinis ſcriptoribus adjecit. Baſileae M. D. XXXV.* Ad calcem vero legitur: *Baſileae ex officina Bebeliana impendiis Michaelis Iſingrinii et Henrici Petri* 1535. Praemiſit operi *Sebaſtianus Münſterus* a) prolegomena: 1) breviorem praefationem lingua hebraica ſcriptam; 2) praefationem ad chriſtianum et pium lectorem; 3) praefationem in V. T.; 4) Hebraeorum commentarii non contemnendi; 5) qua ratione conſiliove haec facta ſit editio; 6) de canonicis libris V. T. et eorum ordine; 7) quo ſtudio ſint legendi libri V. T. quae ſingula Tomo primo *Criticorum Sacrorum* praemiſſa leguntur. Ex hiſce prolegomenis hauſit, quae de hiſce Bibliis in medium protulit *Le Long:*

Ex epiſtola praeliminari: „Porro hoc unum praecipue ſpectavimus in hac „noſtra aeditione, ut Hebraicam veritatem ſtudioſis potiſſimum hoc noſtro labore inſervire cupientes — — Conſuluimus ob id in Pentateucho ex Hebr. ſcriptoribus „Chaldaeum interpretem, R. Salomonem, (i. e. *Raſi*) David Kimchi, Aben Eſram, „R. Menahem, Abraham Hiſpanum, Seder Olam, R. Moſen de Cozi, Moſen Ge„rundenſem, Arba Turim et quosdam alios; et cujus expoſitio in obſcurioribus lo„cis nobis commodior viſa fuit, hunc ſequuti ſumus.„

Ex Praefatione in Pentateuchum pag. 6. „In primis noveris, Hebraica in „hoc libro haud ſecus poſita, quam in Judaeorum inveniuntur codicibus ſcripta, niſi „quod ea amputanda cenſuimus, quae Judaicis inſerviunt caeremoniis et ſuperſtitioni„bus, utpote diſtinctiones magnas etc. — — Porro in latina verſione hoc unum „ſpectavimus, ut quoad fieri potuit, latina hebraicis reſponderent, niſi quod ali„quando quaſi per parentheſin adjecerim unam aut alteram dictionem, quae ad ex„plicationem obſcurioris faceret ſententiae. — — Phraſim quoque hebraicam et idio„tiſmos ipſos non ſemper immutavimus, praeſertim qui chriſtianis auribus hodie non „ſunt horrori, niſi interdum noſtri obliti, Hebraiſmum craſſius irrepere permiſimus. „— — Quidquid autem obſcuritatis propter Hebraiſmos ipſos invectum eſt, id an„notationum beneficio dilucidavimus. Quare noluimus, ut haec aeditio absque an„notationibus usquam locorum excudatur. — — Quos vero potiſſimum ſecuti fue„rimus in hac noſtra aeditione ſupra in epiſtola praeliminari obiter indicavimus, nem„pe quod ſolos Hebraeos conſuluerimus ſcriptores, poſtquam nobis in animo fuit, „talem parare aeditionem, quae per omnia Hebraiſmo eſſet conformis. Contulimus „tamen

a) De Vita editoris v. ſupra Sect. I. §. XIV.

„ tamen obiter Santis Pagnini in Pentateucho duntaxat aeditionem, Lutheri recognitio- „ nem, Steuchi annotationes juxta hebraicam veritatem, et Oecolampadii particulares „ verſiones, et quid in quolibet deſideratur, facile animadvertimus. „ [b]) B. h. lat. Münſteri.

[Deſtinavit editor chriſtianis lectoribus opus ſuum, hinc ea, quae Judaeis ſolummodo uſui eſſe poſſunt, nimirum indicia Paraſcharum et Haphthararum, clauſarum et apertarum ſectionum, quin et ſigna accentuum, retento ſolummodo Athnach et Soph Paſuk, penitus eliminavit. Textus hebraicus typis germanicis eſt exſcriptus. Quem ille ſequatur codicem, nullibi indicavit editor; verum inſtituta collatione ſatis liquet, eum non ad editionem Bombergianam *R. Chajim*, ſed ad editionem vel Brixienſem anni 1494. vel antiquioris editionis anni 1488, quamvis cum utraque non ubivis conſentiat, eſſe formatum. Textus hebraeus ad latus habet verſionem latinam, ſingulis vero capitibus annotationes ſubjiciuntur. Ad calcem Deuteronomii Elogium Moſis hebraice ſcriptum additum eſt, ſequuntur Prophetae priores, ſingulari titulo ornati. In rubro Voluminis ſecundi Pſalterium Jobus ſequi dicitur, ſed in ipſo libro poſt Pſalterium ſequuntur Proverbia, et tandem Jobus. De verſione latina a Munſtero concinnata ejusque indole et editionibus ſuo loco acturi ſumus [c]).

Editio II. Editio II.

* מקרש ∴ עשרים וארבע ספרי דמכתב הקדוש עם עתיקתו כל בלשון רומיים ועם פירוש קצר על פסוקים המורים וקשים: נרפס פה העיר באזל על ירי ז׳ מ׳ בסייעתא דשמיא.

En Tibi Lector Hebraica Biblia Latina planeque nova Sebaſt. Munſteri tralatione, poſt omneis omnium hactenus ubivis gentium aeditiones evulgata, et quoad fieri potuit, hebraicae veritati conformata: adjectis inſuper e Rabinorum commentariis annotationibus haud poenitendis, pulchre et voces ambiguas, et obſcuriora quaeque loca elucidantibus. Acceſſerunt in hac ſecunda aeditione multae novae annotationes, praeſertim in Pentateucho, atque in multis locis textus clarior redditus eſt, et Hebraicae veritati magis quam antea conformatus. Index quoque praecipuarum ſententiarum et expoſitionum toti operi praemiſſus, jam demum additus eſt. Baſileae. 1546. Fol.

[In duo itidem diſtincta eſt volumina editio, et ad calcem poſterioris notatur: *Baſileae ex officina Michaelis Iſingrinii et Henrici Petri, anno ſalutis M. D. XLVI.* Auctior omnino eſt editio et emendatior. Praemittuntur eadem, quae priori editioni, quibus duplex accedit Index latinus et hebraeus. Ad calcem Deuteronomii idem exſtat Elogium Moſis hebraicum, cujus vero latinis verbis explicatur argumentum. Textus hebraeus uti in priori ſine accentuum notis eſt expreſſus, ſed variis in locis a praecedenti differt, lectionesque habet ſingulares. e. g. Pſ. XLI. ab initio commatis in priori editione deſideratur vox יהוה, quae in hac poſteriori legitur. Pſ. XXII, 17. in

b) p. 65. col. 1. A.

c) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 368. *Baumgarteni* Nachrichten Vol. 10. p. 1. *J. G. Carpzovii* critica ſacr. p. 415. 730. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 68. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 321. Index Biblior. Werniger. p. 34. *Hottingeri* Biblioth. quadripart. p. 126. *Dornii* biblioth. theol. p. 621. Bibliotheca *Solgeri* Tom. 1. p. 4. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 13. *Waltoni* prolegom. p. 265.

Digitized by Google

B. H. lat. Münſteri. Editio II.

in voce כאַרִי prior ſub א habet chateph patach, poſterior vero patach: et quemadmodum hae a ſe invicem differunt, ſic et ab editione Munſteri anni 1536. in 4. diſſentiunt. Non plures proſtant hujus operis editiones, quam hae duae, quas jam recenſuimus. Fallitur itaque omnino *J. G. Carpzovius*, qui quatuor operis enumerat editiones: „Atque ita magna cum cura elucubratum opus, primum prodiit 2. Vol. „in fol. Baſileae anno 1525. quam editionem ignoravit *Le Long*, at recenſuit b. *Kortholt* cit. loc. §. 8. p. 260. Meliori facie recuſum A. 1534. 1539. 1546. Fraudi „forte fuit *Longo* quod editioni de A. 1546. in titulo praefigatur: *acceſſerunt in hac* „*ſecunda editione multae novae annotationes*, *praeſertim in Pentateucho etc.* Verum „quod priores duae ex aſſe ſibi reſponderent, neque quidquam haberent diverſum, pro „una habuit *Munſterus*, non impreſſionis vice et anno, ſed textus et contentorum har- „monia et concentu, poſteriores autem alias et ſecundas dixit in multis nimirum cor- „rectas, auctas et a priore lectione interdum diſcedentes.„ *d*). Non abs re eſſe credimus, ſi ipſa *Kortholti* verba, ad quae C. V. provocat, hic apponimus. Loquutus erat de Pagnino-Ariana Bibliorum verſione, et §. VIII. addit: „Ea vetuſtiorem non- „nulli faciunt translationem *Sebaſtiani Munſteri*, eo moti haud dubie, quod anno „1525 haec verſio prodiit, cum Pagniniana anno demum 28 publicata credatur. „Verum alii Pagninianam jam tum anno 23 lucem adſpexiſſe annotant, et illam anni „28 pro iterata editione habent: quemadmodum et Munſteriana meliori facie prodiit „anno 34, 39, 46. ad quas forte editiones reſpiciunt, qui eam Pagniniana recentio- „rem ſtatuunt.„ *Carpzovium* ſequuti ſunt Cl. *Knochius* et *Walchius*, qui dum *Longo* medelam parant, *Kortholti* verbis male intellectis ſeducti, a vero aberrantes, duas Bibliorum hebraicorum editiones fingunt. *Kortholtus* non editiones hebraicas a *Munſtero* procuratas, ſed editiones verſionis latinae ab ipſo concinnatae recenſet. Fallitur in eo, tum quod verſionem Pagninianam ad annum 1523 remittit, tum quod primam verſionis Münſterianae editionem ad annum 1525 revocat. Nulla Biblia hebraica hoc anno Baſileae expreſſa ſunt; ſola Proverbia Salomonis cum *Munſteri* verſione et annotationibus hoc anno ibidem prodiere; quae *Kortholtus* pro integris Bibliis accepit. De editione anni 1539 ſummo jure loquitur *Kortholtus*, ſed ſine jure verba ejus de Bibliis Hebraicis hoc anno editis interpretatus eſt *Carpzovius*: ad manus eſt haec editio, quae non textum hebraeum, nec annotationes, ſed ſolam exhibet *Münſteri* Veteris Teſtamenti verſionem latinam, cum Novi Teſtamenti verſione latina *Eraſmi Roterodami*. Taceo denique de hariolationibus omni fundamento deſtitutis, *Munſterum* duas vel tres annorum 1525. 1534. et 1539 editiones pro una habuiſſe, atque inde quartam editionem ſecundam appellaſſe; quae cum nota anni 294. (1534) ad calcem praefationis hebraicae editioni 1534 et 1546. praemiſſae expreſſa, minime conciliari poteſt. Tollendae itaque ſunt ſpuriae iſtae editiones e Cataſtro Bibliorum hebraicorum *e*).

§. III.

d) Critica ſacra p. 732. Conf. *Knochii* Nachrichten p. 52. et 682. *Walchii* biblioth. exeget. p. 68.

e) *Le Long* p. 65. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 1. p. 370. Vol. 4. p. 113. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 189. *Reimmanni* Catal. Tom. 1. p. 194. *Rich. Simon* l. c. *Waltoni* prolegom. p. 265. *Hagemanni* Nachr. von den fürnehmſten Ueberſetzungen p. 186. Index Biblior. Wernigerod. p. 34.

Digitized by Google

§. III.

B. hebr. lat. Antwerp. I. B. hebr. lat. Antwerp.

* Hebraicorum bibliorum veteris teſtamenti latina interpretatio, opera olim Xantis Pagnini Lucenſis: nunc vero Bened. Ariae Montani Hiſpalenſis, Franc. Raphelengii Alnetani, Guidonis et Nic. Fabriciorum Boderianorum fratrum collato ſtudio ad hebraicam dictionem diligentiſſime expenſa: cenſorum Lovanienſium judicio examinata et academiae ſuffragio comprobata; ad regii ſacri operis commoditatem et apparatum. Chriſtoph. Plantinus regius prototypographus Antwerpiae excudebat. (1571.) Fol. maj. [I.]

Editio prima eaque optima, eujus paucis mentionem facit *Le Long* verbis *f*). Prodiit ex officina Plantiniana, ſed annus neque in fronte neque ad ealeem notatur; interim ex iis, quae praemittuntur operi, approbationibus, opus jam anno 1571. abſolutum fuiſſe certe conſtat. Prima eſt editio, quae verſionem inter lineas textus exhibet; nam editio Genevenſis a *Le Long* et *Wolffio* indicata, eſt ſuppoſititia, et ad annum 1609 aut 1619 referenda. Tria in hac editione omnino conſideranda veniunt: Textus hebraicus V. T.; Novum Teſtamentum, et denique verſio. De primo hic nobis agendum erit, dum quae de N. T. et verſione dicenda ſunt, infra locum habebunt. Abſoluto Opere Regio, ſive Bibliis Polyglottis Antwerpienſibus, *Arias Montanus* hoc opus V. et N. T. prelo ſubjecit, ut Polyglottorum tomum eonſtituat oetavum. Textus hebraicus ſumma eura eſt exſcriptus, et reſpondet aeeurate Polyglottis; at typi ſunt aliquantulum minores, et inter lineas hebraicas verſio latina *Pagnini* quidem, ſed ab *Aria Montano* ſociisque emendata, ita inſerta legitur, ut ſingulis hebraicis latina reſpondeant verba. Radiees inventu aliquantulum difficiliores in margine in uſum tyronum ſunt notatae. Ordo vero librorum V. T. non morem Judaeis uſitatum, ſed latina ſequitur Biblia eorumque ordinem. Deſunt huic editioni libri Apocryphi, etiamſi jam in Concilio Tridentino, cui ipſe interfuit *Arias Montanus*, eanoni fuerint adſcripti. Locum celebratiſſimum Gen. III, 15. ubi latina Vulgata legit: *ipſa conteret caput*, ut de Maria dictum exponi poſſet, depravatum ſiſtit haee editio, ut loco הוא, cum circello maſorethico הות ſcriptum ſit, eujus depravationis auctor, non *Arias Montanus*, ſed *Guido Fabricius Boderianus* eſſe creditur. Opus rarioribus, quin et rariſſimis annumeratur. libris, quolibet pretio redimendum *g*).

B. Hebr. lat. Antwerp. II.

* Biblia Hebraica. Eorundem latina interpretatio Xantis Pagnini Lucenſis, recenter Benedicti Ariae Montani Hiſpal. et quorundam aliorum collato ſtudio [II.]

f) p. 13. col. 2. E. p. 66. col. 2. B.

g) Conf. *Wolffius* Vol 2. p. 342. 372. *Nachrichten* von einer Hall. Biblioth. Vol. 1. p. 1. ete. *Knochii* Nachrichten p. 11. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 517. *Carpzovii* crit. ſacr. p. 392. *Walchius* l. c. p. 67. *Waltoni* prolegom. p. 265. *Reimmanni* Catal. p. 193. *Hottingeri* Biblioth. quadrip. p. 72. *Joh. Vogtii* Catal. libr. rar. p. 91. *Dav. Clement* Biblioth. erit. tom. 4 p. 34. *Hagemanni* Nachr. von den Ueberſ. der H. S. p. 188. Biblioth. Solger. tom. 1. p. 3. *J. M. Goetii* Verzeichnis p. 13. Index Bibl. Wernigerod. p. 36.

Digitized by Google

B. hebr. lat. Antwerp.

ſtudio ad Hebraicam dictionem diligentiſſime expenſa. Acceſſerunt et huic editioni Libri graece ſcripti, quos Eccleſia orthodoxa, Hebraeorum canonem ſecuta inter Apocryphos recenſet; cum interlineari interpretatione latina ex Bibliis Complutenſibus petita. Antwerpiae, ex officina Chriſtophori Plantini. M.D.LXXXIIII. Fol.

Editio Plantini ſecunda et ultima, quae ad normam prioris quidem accurate et iisdem typis eſt exſcripta; attamen duplici ab illa recedit modo. Primo locus ille Gen. III, 15. in priori editione ſtudio depravatus, hic in ſua integritate reſtitutus eſt. Secundo, ut bilem Pontificiorum excitatam iterum ſedaret, atque deciſionibus Concilii Tridentini debitam praeſtaret obedientiam, libris Apocryphis medium inter V. et N. T. adſignavit locum editor. Verum et verba illa, quibus Apocryphorum librorum mentionem fecerat, minime palato Pontificiorum erant accommodata; quapropter titulum libri et quidem aliquantulum immutatum, prelo de novo ſubmittere, conſilii eſſe duxit: de quo *Le Long* teſtis eſt: „Haec verba tanquam a typographo „Catholico dicta in bonam partem, non vero juxta mentem Proteſtantium, qui tunc „ibi rerum potiebantur, accipienda ſunt. Legi in alio exemplari, quod adſervatur „in Bibliotheca Regia: *Acceſſerunt et huic editioni Libri Graece ſcripti, qui vocantur „Apocryphi, cum interpretatione latina ex Bibliis Complutenſibus petita; item N. T. „graec. lat.* etc. Editio elegantiſſima.„ [h]). Quodſi Cl. *Hagemanno* credendum eſſet, plures certe exſtarent hujus operis editiones Plantinianae. Sic enim ille: *Chriſtoph Plantinus ein gelehrter Buchdrucker hat zu Antwerpen ediret:* Biblia Hebraica et graeca V. et N. T. cum interpretatione interlineari latina Xantis Pagnini et collatione Ariae Montani, ac aliorum, anno 1566. *2 Vol. in 4. auch 2 Vol. in 8., auch in 4 Vol. in 16. Weiter* anno 1572. 1573. 1582. 1584. 1590. fol. [i]). Quae omnia medelam merito poſtulant. Editiones anni 1566. minime ad hanc claſſem editionum ſunt referendae, exhibent enim non niſi ſolum textum hebraicum, absque ulla verſione. v. Sect. I. §. XV. Editio anni 1572. eſt omnium prima, et majori jure ad annum praecedentem refertur. Editiones annorum 1573. et 1590. ſunt omnino ſuppoſititiae, et nullibi exſtant. Quae vero ad annum 1582 refertur, non eſt Plantiniana, ſed editio hiſpanica [k]).

§. IV.

B. hebr. lat. Burg. Aurac.

B. hebr. lat. Burg. Aur.

* Biblia Hebraica et latina Ariae Montani. Adjecta eſt ejus de varia librorum Hebraeorum ſcriptione et lectione, et de verſionis Pagninianae defenſione commentatio. *Editio [illegible]ra.* in Fol. In Burgo Auracenſi, *in Hiſpania* 1581.

Le Longo debemus notitiam editionis in hiſce oris maxime infrequentis, quae ad normam editionis primae §. III. eſt exſcripta. Deſiderantur hic quoque libri apocryphi. Adjecta huic editioni commentatio Ariae Montani, e Tomo VII. Bibliorum Polyglottorum Antwerpienſium eſt deſumta [l]).

§. V.

h) p. 66. col. 2. E.

i) Nachricht etc. p. 188.

k) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 372. *Clement* Tom. 4. p. 35. 36. *Dornii* Bibl. theol. p. 621. *Walchius* l. c. p. 67. *Carpzovius* p. 416. Index Bibl. Wernigerod. p. 36. Bibl. Solger. tom. 1. p. 3. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 14.

l) *Le Long.* p. 66. col. 2. C. Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 372.

Digitized by Google

§. V.

B. b. lat. Lugdun. Batav.

B. hebr. lat. Lugd. Bat.

* Biblia hebraica cum interlineari interpretatione latina Xantis Pagnini Lucenſis, quae quidem interpretatio, cum ab hebraicarum dictionum proprietate diſcedit, ſenſum videlicet magis, quam verba exprimens, in margine libri eſt collocata; atque alia Ben. Ariae Montani Hiſpalenſis, aliorumque collato ſtudio e verbo reddita, ac diverſo characterum genere diſtincta, in ejus locum eſt ſubſtituta. Acceſſit bibliorum pars, quae hebraice non reperitur; item Teſtamentum novum graece cum vulgata interpretatione latina, graeci contextus lineis inſerta. Ex officina Plantiniana Raphelengii. 1613. 8. maj.

[Plantinianis jungitur haec editio, cujus *Le Long* tribus tantummodo mentionem facit verbis; caveas vero, illam *Chriſtophoro Plantino* tribuas, qui jam inter vivos eſſe deſierat, cum editio in lucem prodiit. Procuravit eam Plantini gener, *Franciſcus Raphelengius*, qui Lugduni Batavorum typographiam exſtruxit. Recenſet *Wolfius* ex epiſtolis Cl. Theoph. Sigefr. Bayeri exemplar, quod Regiomonti in Bibliotheca Palaeopolitana adſervatur; quo teſte lucem viderunt, Proverbia, Job, Canticum Canticorum, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes et Eſther, 1608: Deuteronomium 1609: Prophetae poſteriores 1610; Prophetae priores, Paralipomena, Daniel, Eſdras et Nehemias, 1611: Apocrypha, 1612: N. T. graecum, 1613. et denique Pſalterium 1615. Eodem modo recenſet *Carpzovius* ſingulas hujus editionis partes [m]). Tria vero dantur exemplaria, Baumgartianum alterum, alterum quod rebus Cl. *Goezii* inſervit, et tertium, quod ad manus eſt, quae a Wolfiano aliquantulum recedunt. Pentateuchus prodiit ſine anni nota. Joſua, Judicum, Libri Samuelis et Regum CIↃIↃCXI; Pſalmi, 1615; Proverbia, Canticum Canticorum, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes et Eſther 1614; Prophetae poſteriores 1610; Daniel, Eſdras et Nehemias 1611; Paralipomena CIↃIↃCXI; Apocrypha 1612; Novum Teſtamentum 1613. Exacte reſpondet editio ſecundae a Plantino evulgatae editioni §. III. ordo vero librorum V. T. aliquantulum eſt immutatus. Recenſet editionem *David Clement*, ſed quo fato illam ad annum 1590 remittat, omnino neſcio [n]).

§. VI.

Bibl. hebr. lat. Genev. I.

B. hebr. lat. Genev. [I.]

* מקרא. Biblia Hebraica. Eorundem latina interpretatio Xantis Pagnini Lucenſis, Benedicti Ariae Montani Hiſpal. et quorundam aliorum collato ſtudio ad hebraicam dictionem diligentiſſime expenſa. Acceſſerunt libri graece ſcripti, qui vocantur Apocryphi, cum interlineari interpretatione latina e Bibliis Complutenſibus petita. נדפס על ידי כאמא אילון בגנווא Fol.

En Tibi Titulum editionis prioris a Genevenſibus paratae, quae in frontiſpicio V. T. nullam temporis notam habet; at in titulo N. T. una cum V. T. et Apocryphis

m) Crit. ſacr. p. 416.

n) *Clement* tom. 4. p. 39. Conf. *Le Long* l. c. p. 67. Index Bibl Wernigerod. p. 37. p. 67. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 374. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 10. p. 6. *Walchius* *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 18.

Digitized by Google

B. hebr. lat. Genev. cryphis editi expreſſe legitur: *Excudebat Petrus de la Roviere* CIƆ IƆ CIX. Eodem itaque anno et V. T. exſcriptum eſſe judicamus. Plures debemus editori tum V. tum N. T. editiones, v. Sect. i. §. XX. qui in edendis Bibliis mere hebraicis editionem Juſtiniani, in edendis Bibliis hebraeo-latinis vero editionem Antwerpienſium ſecundam anni 1584. §. III. ſequutus eſt. Typi vero et hebraei et latini ſunt minores, parum elegantes; puncta vero hebraeis typis ſubjecta ſunt minutiſſima, ut oculos interdum fugiant; permultis praeterea editio ſcatet vitiis typographicis, inprimis quod puncta hebraica attinet. Locus et *Geneva*, et *Genuva* legi poteſt, quod ſtudio ita expreſſum videtur. Ad manus eſt aliud hujus editionis exemplar, eodem quidem titulo conſignatum; deſunt vero omnia, quae in noſtra typis hebraicis in titulo ſunt expreſſa, quorum loco poſitum eſt: *Aureliae Allobrogum: Excudebat Petrus de la Roviere.* MDCIX. o). Eadem verba etiam in quibusdam exemplaribus in titulo N. T. leguntur. Sed unam eandemque eſſe editionem ipſa illorum collatio abunde nos docuit. Idem quoque de editione Colonienſi ejusdem anni, quam *Walchius* recenſet, ſtatuendum eſt p).

B. h. l. Genev. II.

[II.] * מקרא. Biblia hebraica. Eorundem latina interpretatio Xantis Pagnini — — diligentiſſime expenſa. נדפס שנת ש״עח על ידי כאפא אילן פח גנווא Genevae. 1618. *Fol.*

Eadem eſt prorſus editio ac anni 1609. Haec ſunt quae *Le Long* de hac editione retulit q). Conſentit cum illo *Reimmannus* „fallit editionis, inquiens, — titu„lus, qui Genevae recuſum hoc V. et N. T. ſyſtema mentitur. Non enim alia rati„one ab eo differt niſi ſola inſcriptione, quod ex comparatione utriusque exempli „patet, quae ita conſpirant inter ſe, ut menda prioris in poſteriore exſtent omnia r).„ Sed fallitur ipſe *Reimmannus* exemplari prioris editionis, cui titulus poſterioris caſu praefixus fuit. Adſunt tria exemplaria, quorum duo §. praecedenti delineavi, tertium vero a prioribus omnino differt tum externa forma et chartae albedine, tum typis in exſcribendo N. T. uſitatis majoribus; nec menda ipſa ſibi reſpondent, quod inprimis e collatione Cap. I. Eſaiae quam facillime deprehenditur. Codici hebraeo junctum eſt N. T. graecum una cum libris Apocryphis, quorum tamen nec in rubro Veteris nec in titulo Novi Teſtamenti ulla ſit mentio. Acceſſerunt porro huic editioni *Franciſci Lucae Brugenſis* Correctiones, chronologia ſacra, et Index rerum et ſententiarum Veteris ac Novi Teſtamenti. Annus in fronte 378. reſpondet Chriſtianorum aerae 1618. In fronte vero N. T. annus 1619. eſt expreſſus. Nullo jure vero hanc editionem ad annum 1615. remittit *Baumgartenius*: ſiquidem editio hujus anni tantummodo ex analogia litterarum ה et ח orta eſt. Editio nitida et priori longe anteferenda, quamvis haud ad perfectionem editionum ab ipſo *Plantino* procuratarum adſcendat. Multa de Bibliis hiſce Genevenſibus erravit Hagemannus, quae hic ſine

o) Ejusmodi exemplar recenſet Le Long p. 67 col. 2. E.

p) Conf. *Wolffius* Vol. 2. p. 374. *Walchius* p. 67. Index Bibl. Wernigerod. p. 36. *Reimmanni* Catal. p. 196. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 16. *Le Long* p. 66. col. 2. A. recenſet Biblia hebraica cum Commentario latino Genevae 1571. Fol. quae vero ſuppoſititia ſunt.

q) p. 67. col. 2. D.

r) Catal. ſyſtemat. crit. p. 195. 196.

ſine examine praetermittere haud fas erit. Scribit ille: *Arias Montanus — — hat* B. hebr. lat.
eine hebräiſche Bibel drucken laſſen mit Pagnini lateiniſchen Verſion, das N. T. aber mit Genev.
der Vulgata zu Antwerpen in der officin Chriſt. Plantini 1609. *und* 1613. *welche nachgedruckt zu Leipzig* 1657. *zu Franckfurt* 1707. *Er hat auch die Hebräiſche Bibel beſonders mit der verſione interlineari zu Antwerpen drucken laſſen, die nachgedruckt zu Cöln* 1609. *fol. zu Genev* 1619. *fol. Dieſe ſtehet auch in Bibliis Polyglottis Antwerpienſibus* 1559. *und Londinenſibus* 1657. ᵗ). Circa quae aſſerta, quae auctorem, qui libros recenſitos nec vidit nec novit, ſatis produnt, notanda veniunt: 1) perperam diſtingui Biblia hebraica Plantiniana cum verſione Pagnini a Bibliis ejusdem cum verſione interlineari; 2) editionem anni 1609. minime *Plantino* eſſe adſcribendam, nec 3) illam Antwerpiae eſſe excuſam; 4) editionem anni 1613. eſſe ſuppoſititiam; 5) editionem lipſienſem 1657. exhibere biblia hebraica cum verſione interlineari; 6) editionem Francofurtenſem anni 1707. eſſe valde dubiam; 7) editionem Colonienſem nullibi exſtare, ſed *Colonia Allobrogum* civitatem Genevenſium denotari; 8) Polyglottis Antwerpienſibus non inſerta eſſe biblia cum verſione interlineari, ſed ultimum conſtituere tomum; 9) denique Polyglotta Antwerpienſia non ad annum 1559, ſed ad annum 1569. eſſe referenda ᵘ).

§. VII.

B. h. l. Lipſienſ. B. h. l. Lipſ.

*** Biblia univerſa, et hebraica quidem cum latina interpretatione Xantis Pagnini — diligentiſſime expenſa. Lipſiae typis Chriſtiani Kirchneri. 1567. fol.**

Juſſu Joannis Georgii I. Saxoniae Ducis et Electoris etc. ſed ob ejus mortem filio ejus Joanni Georgio II. nuncupata et edita ſtudio et cura Martini Geieri, et Joan. Philippi Oheim, praefixa animadverſione Decani et collegii Facultatis theologicae Lipſienſis, qua editionem ut correctam commendant. Haec Le Long ʷ). Editio nitida typis claris et diſtinctis exſcripta, et ad normam editionis Plantinianae ſecundae §. III. effigiata. Acceſſit N. T. cum libris apocryphis, *Lucae Brugenſis* correctionibus, et indice reali ˣ).

§. VIII.

B. h. l. Francof. B. hebr lat. Francof.

*** Biblia univerſa et hebraica quidem cum latina interpretatione Santis Pagnini — diligentiſſime expenſa. Francofurti ad Moenum, ſumptibus Friderici Knochii. 1707. fol.**

Recenſetur quidem editio a viris, quibus magna eſt in re litteraria auctoritas; promiſſa quoque eſt publice: ſed *Wolfius* exemplar hujus editionis nunquam vidit; nec mihi, omni quamvis adhibita cura, certum de ejus exiſtentia teſtimonium, indagare contigit ʸ).

U 3 §. IX.

ᵗ) Nachrichten von den Ueberſetz. p. 189.

ᵘ) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 375. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 10. p. 4. Index Bibl. Wernig p. 136.

ʷ) p. 69. col. 1. A.

ˣ) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 378. *Walchius* l. c. Biblioth. Bibl. Brunſvicenſ. p. 4. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 17. Index Bibl. Wernigerod. p. 38.

ʸ) *Le Long* p. 71. col. 2. D. conf. *Wolfius* Vol. 4. p. 118. *Walchius* p. 67.

Digitized by Google

B. h. l. Lipſ.

§. IX.

B. h. lat. Lipſ.

תורה נביאים וכתובים

Biblia Hebraica ſecundum Editionem Belgicam Everardi van der Hooght, collatis aliis bonae notae Codicibus una cum verſione latina Sebaſtiani Schmidii. Lipſiae Sumptibus Wolfgangi Deer. MDCCXL. 4.

Satis accurate exprimit editionem Hooghthianam, et quamvis typorum claritate et chartae albedine longe ſit illa inferior haec recentior editio; claram tamen typus oculis ingerit lectionem, et ad ſcripturae manu expreſſae formam accedit. Notae Hooghtianae margini ſunt adſcriptae, quibus accedunt notae aliae, quas ipſe ſuo adſcripſerat exemplari. In Hagiographis variantes lectiones ob ſpatii anguſtiam in margine, ad calcem ſunt rejectae. Verſio latina *Sebaſtiani Schmidii*, quae merito ob eminentem inter reliquas praeſtantiam, verſionibus Munſteri, Ariae Montani, Caſtellionis, Junii et Tremellii praeferenda, Textui ſacro ex oppoſito latere juncta eſt. Praemittuntur operi 1) Praefatio Johannis Chriſtiani Clodii, quae Hooghtii editionem contra iniquas quorundam defendit cenſuras. 2) Praefatio Everardi van der Hooght editioni priori praemiſſa, una cum teſtimoniis virorum clarorum. 3) Teſtimonium et judicium facultatis theologicae Argentoratenſis de verſione latina Seb. Schmidii. Ad calcem accedunt ſingula, quae editioni priori addita ſunt z).

B. h. l. Viennenſ.

§. X.

B. h. l. Viennenſ.

תורה נביאים וכתובים

Lex, Prophetae, Hagiographi Canonici, Veteris nempe Teſtamenti Libri, qui originario nobis etiamnum ore loquuntur, ex hebraico in latinum ad literam verſi, et in uſum Theologiae Candidatorum vulgati, adjecta editione vulgata, ad exemplar Sixtinum A. MDXCII. in typographia Vaticana Apoſtolica impreſſum. Pars I. quinque Moyſis libros complexa. Viennae Auſtriae, Anno a partu Virginis 1743. 8. maj.

Impenſis *Johannis Baptiſtae Praſſeri* typis exſcripſit typographus *Johannes Ignatius Heyniger;* tomum primum Bibliorum V. T. cum N. T. jam antea in lucem emiſerat. Curam editionis geſſit *Ludovicus Debiel*, S. J. qui duplicem Textui ſacro addidit verſionem latinam, alteram Vulgatam, alteram vero Ariae-Montani, multis in locis emendatam et Textui ſacro accommodatam a).

B. h. l. Pariſ.

§. XI.

Bibl. hebr. lat. Pariſienſis.

Biblia Hebraica cum notis criticis et verſione latina ad notas criticas facta. Accedunt libri graeci, qui Deutero-Canonici vocantur, in tres Claſſes diſtri-

z) Conf. Sect. I. §. XLIII. Leipz. gelehrte Zeitungen 1739. p. 224. 1740. p. 263. Samlung von A. u. N. Theol. Sachen 1740. p. 104. Acta hiſtor. eccleſ. Vol. 7. p. 1054. Index Bibl. Wernigerod. p. 40. *Hagemann* l. c. p. 238.

a) *Walchius* l. c. p. 67. Samlung von A. u N. theol. Sachen 1751. p. 897. Acta hiſtor. eccleſ. Vol. 7. p. 1056. *Hageman* l. c. p. 205.

diſtributi. Auctore Carolo Franciſco Houbigant, Oratorii Jeſu ſacerdote. Lutetiae Pariſiorum, apud Anton. Claud. Briaſſon et L. Durand. MDCCLIII. fol. tom. IV. B. h. l. Pariſ.

Jam anno 1746. praemiſerat editor Prolegomena in ſcripturam ſacram, quibus propoſitum de edendo codice hebraeo cum orbe erudito communicarat. Sequuta eſt denique editio promiſſa, ſplendida et quoad externam formam praeſtantiſſima, quae ad editionem Hooghtianam ita eſt exſcripta, ut ſola tantummodo vitia typographica emendata ſint. Punctis vero hebraeum textum animantibus nihil tribuit editor, hinc illa plane eliminata ſunt. Singulis capitibus argumentum praemiſſum eſt; omne vero Keri marginale plane exclusum eſt, ejus loco apparent in margine exteriori ad latus textus hebraei variantes Pentateuchi Samaritani typis hebraicis. Ad MSS. codices textus dicitur emendatus, ſed qui, qualesve ſint, ignorare permittit, et ubi a MSS. deſeritur, in conjecturis auxilium quaerit. Annotationes criticae tum marginem, tum inferiorem occupant paginae partem: Verſionem latinam de novo confecit editor, ea tamen lege, ut medium inter verſionem litteralem et nimis liberam teneat locum. Prolegomena ſatis ampla V. capitibus conſtant. I. Utrum hodierni Hebr. Codices tales ſint, quibus unis confidere poſſent editores? Quod exinde negatur, quia non inter ſeſe conſentiunt. II. Hebraicorum Bibliorum editiones quam ſint mendoſae! Recenſentur mendae in litteris, ex mutatis, omiſſis, additis, trajectis verbis, ſoloeciſmis, Barbariſmis et falſis ſcribendi formis; ſed plurima quae jam evolvuntur MSta iisdem mendis eſſe deformata ſilentio praetermittitur. III. Editionis bonae parandae adjumenta unde ſint conquirenda? Fontes ſunt Codex Samaritanus; hodierni ipſi codices, quos dum enumerat, Codices Oratoriales et Regios Pariſienſes ſatis ſuperficiario modo deſcribit [b]); veterum interpretum verſiones; et denique Ars critica ubi Codicum abeſt auctoritas: qua arte haud raro uſus eſt editor, ſed haud felici ſucceſſu, contra ipſius grammatices principia peccans. IV. Supradicti emendationis fontes quomodo a nobis fuerint uſurpati? V. Hebraicum Contextum qua forma edere, qualemque verſionem addere viſum fuerit? Ad ſingulorum Voluminum calcem accedunt indices: 1) locorum S. S. explicatorum et illuſtratorum; 2) mendorum et emendationum, in quo menda collocantur primo loco; emendationes poſteriore, praefixa manu; recenſentur etiam quae addenda ſunt, et quae omittenda, ſervato ordine librorum; 3) rerum, quae in Prolegomenis et in notis criticis docentur et explicantur. Opus quoad externam formam ſplendidiſſimum ſumptibus Patrum Oratorii eſt impreſſum [c]).

§. XII.

Pentat. h. lat. Pent. h. lat.

* חמשה חומשי תורה Hebraicus Pentateuchus latinus, planeque novus poſt omnes hactenus aeditiones evulgatas ac hebraicae veritati, quoad ejus

b) Conf. Speciminis loco *O. G. Tychſenii* befreyetes Tentamen p. 162.

c) *F. W. Kraftii* theolog. Biblioth. Vol. 8. p. 288. Journal des Sçavans A. 1752. Maj. p. 521. Gelehrte Zeitungen, Lipſiae A. 1755. n. 27. p. 234. Acta Erudit. Lipſienſia A. 1760. p. 47. et 633. Prolegomena et annotationes *Houbigantii* Bibliopola Francofurtenſis *Varentrapp*. uti publice annuntiavit, jam prelo ſeorſim ſubmittit, editionemque Pariſienſem anni 1753. recuſam ſiſtit.

Pent. h. lat. ejus fieri potuit, conformatus. Adjectis inſuper e rabbinorum commentariis annotationibus pulchre et voces ambiguas et obſcuriora quaeque elucidantibus. Item Cantica Canticorum, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes, Eſther. Venetiis ex officina Juſtinianea. MDLI. 4.

Textus hebraeus interiorem, latina verſio exteriorem occupat paginae partem; ad calcem cujusvis capitis annotationes ſubjiciuntur. Sonticae vero fuere editori cauſae, cur nomen auctoris et Verſionis et Annotationum alto praeterire voluerit ſilentio. Interim e Bibliis Münſterianis §. II. ſingula eſſe deſcripta ſatis ſuperque notum eſt, et ipſe *Le Long* annotavit *d*).

§. XIII.

Geneſ. h. lat.

Geneſ. h. lat.

[I.] * Geneſis, Exodus et Leviticus, cum Joh. Eliae Terſeri verſione latina. Upſaliae per Joh. Pauli. 1652. 8.

Ita *Le Long*, ut et *Wolfius*, qui ad *Stiernmannum* provocat. Verum hoc anno ſolummodo Geneſin et Exodum typis mandatum fuiſſe, exinde conſtat, quod in praefatione editionis ſequentis clare indicetur, duos hoſce libros ad mandatum Reginae *Chriſtinae* prodiiſſe, cum adhuc in imperio eſſet; Leviticum vero, qui poſt ejus diſceſſum excuſus ſit, premi adhuc, dum reliqui Pentateuchi libri edantur. Jam vero Anno 1654. Regina Patriam reliquit: unde ſequitur Leviticum demum poſt ejus diſceſſum prima vice lucem vidiſſe. Integrum codicem ſacrum eodem modo edere conſtituerat *Terſerus*: ſed non niſi tres priores Pentateuchi libri in publicum prodierunt *e*).

[II.] Geneſis et Exodus cum nova verſione latina, ad Mandatum Chriſtinae Auguſtae*, Sereniſſimae Suecorum Reginae adornata a Joanne Elai Terſero, Theolog. Profeſſore in Academ. Upſalenſi. Excudebat Johannes Pauli, Ac. Typ. 8.

Numerus Anni hujus editionis ſecundae in fronte non exprimitur; ſed ad calcem praefationis notatur d. 8. Octobris anni 1655. Acceſſit denique *Leviticus* cum nova verſione et annotationibus in Exodum, una cum allocutione ad lectorem, in cujus fine notatur d. 16. Jul. 1659. *f*).

§. XIV.

Partes Gen. h. lat.

Partes Gen. h. lat.

[I.] Jura Iſraelitarum in Palaeſtinam, terram Chananaeam, commentatione in Geneſin perpetua demonſtrata ab Henning Bernhardo Wittero. Hildeſiae 1711. 4.

Continet Capita XVII. priora Geneſeos hebraice ſine punctis, adjuncta verſione latina et commentario *g*).

Gene-

d) p. 73. col. 1. C. Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 387. Vol. 4. p. 131. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 13. *Reimmanni* Catal. p. 216.

e) *Le Long* p. 75. col. B. Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 395. Vol. 4. p. 134. *Stiernmanni* Biblioth. Sviogoth. Tom. 2. p. 833.

f) *Wolfius* Vol. 2. p. 395.

g) *Wolfius* Vol. 4. p. 135.

Digitized by Google

Geneſeos capita VII. priora edente Joh. Elia Terſero, Upſaliae Fol. [II.]

Jam ante annum 1652. prodierunt plagulae iſtae: ſed ex mandato Regio conſilium mutavit *Terſerus*, et in gratiam ſtudioſorum minori forma codicem ſacrum edere coepit [b]).

Geneſeos IV. capita hebraea cum verſione latina et praxi legendi. 1670. 4. [III.]

Exſtant in Calce Atrii linguae ſanctae ab *Henrico Opitio* editi. Plures ſunt hujus libri editiones, ut Jenae 1674. 4. Hamburgi 1680. 4. Kiloniae 1692. 4. et alibi. Sexta editio jam ad manus eſt, quae Lipſiae ſumptibus Joh. Caſp. Meyeri 1699. 4. prodiit.

• Geneſeos capita IV. cum verſione latina per Simonem Paulinum, Aboenſem. Aboae 1692. 8. [IV.]

Ad calcem grammatices hebraeae ab eodem editae [i]).

* Geneſeos capita quatuor priora hebr. cum verſione latina Joh. Jacobi Schudt. Francofurti 1695. 8. [V.]

Prodierunt ſub titulo Trifolii Hebraeophilologici, cum notis brevibus et uberioribus [k]).

Geneſeos c. I-IV. Decalogus. Pſ. I. ex Proverbiis atque Jobo ſex commata, hebraice et latine. Francofurti ad Moen. 1697. 4. [VI.]

Continentur in appendice ad *J. H. Maji* inſtitut. linguae hebr. Praemittitur pag. 3-12. Verſio latina *Sebaſt. Schmidii*, cui ad p. 16. ſubjicitur textus hebraeus non punctatus, diviſis columnis inſcriptus.

* Geneſeos capita IV. priora, cum nova verſione latina, cura Hermanni von der Hardt. Helmſtadii apud Georg. Wolffg. Hamm. 1701. 8. [VII.]

Juncta quoque ſunt brevibus et ſolidis Hebraeae linguae fundamentis ejusdem auctoris, Helmſtadii 1694. 1698. 1700. et germanice 1698. [l]).

Geneſeos capita III. priora cum ſubjecta verſione latina per Andream Stübelium. Lipſiae 1688. 8. [VIII.]

Ad calcem ejusdem Hebraiſmi in nuce [m]).

§. XV.

Exod. h. lat.

Exod. h. lat.

Exodus, h. lat. Terſeri. 1652. et 1655. §. XIII. [I.]

Exodus h. lat. cum annotationibus Joh. Eliae Terſeri. Holmiae 1660. 8. [n]). [II.]

§. XVI.

Partes Exod. h. l.

Part. Exod. h. lat.

Decalogus cum Commentario R. Aben Eſrae et latina Verſione Sebaſtiani Münſteri. Baſileae ex officina Frobeniana. 1527. 8. [o]). [I.]

Deca-

b) *Wolffius* Vol. 4. p. 135.

i) *Wolffius* Vol. 2. p. 396.

k) *Le Long* p. 75. col. 1. D. *Wolffius* Vol. 2. p. 397.

l) *Wolffius* Vol. 2. p. 397. 608. *Le Long* p. 75. col. 1. D.

m) *Wolffius* Vol. 4. p. 136.

n) *Wolffius* Vol. 2. p. 395. Vol. 4. p. 136.

o) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 39. n. 39.

Digitized by Google

[II.] Decalogus, cum verſione interlineari. Henrici Stephani. 1566. 8.

Ad calcem *Alphabeti hebraici*: quod ſine nomine loci prodiit ſub *Oliva Henrici Stephani*, et non juſto titulo *Roberto Stephano* tribuitur p).

§. XVII.

Pars libr. Jud. h. l.

Pars libr. Jud. h. l.

Enarratio Cantici Deborae ac Baraci Cap. V. Judic. auctore D. Brand. Henrico Gebhardi. Roſtochii 1728. 4. q).

§. XVIII.

Libri Sam. h. l.

Libri Sam. h. l.

* שמואל Samuelis libri duo ebraice et latine, ad uſum academiarum. Lugduni Batavorum, proſtant apud Joannem Maire. MDCXXI. (1621.) 12.

Cum praefatione *Thomae Erpenii*, qui editionem procuravit. Verſio eſt *Ariae Montani*. Radices vocum hebraearum ſunt in margine notatae. Accedit ad calcem Caput I. et pars capitis II. libri prioris Regum r).

§. XIX.

Hoſeas h. l.

Hoſeas h. lat.

* Oſeas hebraice, cum Commentario R. Iſaac Abarbanel. Gröningae 1676. 4. s).

[Ita recenſet hanc editionem *Le Long* inter codices hebraeos. Sed ex altera recenſione ſatis liquet, Textum hebraeum adjunctam habere verſionem latinam, de qua ipſe editor *Franciſcus ab Huſen* in praefatione: „Textum Prophetae verti, prout ejus ratio poſtulavit ſemper: ſed quod aliena tractarem, mentem expreſſi, qualem commentator eam adſignavit, ad verbum ſingula reddere fui conatus.„ Male hoc loco *Le Long* commentatorem *Robertum Abarbanel* appellat t).

§. XX.

Joel h. l.

Joel h. lat.

Interpretatio Prophetiae Joelis, ad promovendam accuratiorem fontium conſiderationem, publicis diſputationibus in Academia Wittebergenſi, ſubjecta a Chriſt. Frider. Bauero. Wittebergae 1742. 4.

Textus hebraeus ad latus habet verſionem latinam, et in ſubjectis annotationibus illuſtratur u).

§. XXI.

Obad. h. l.

Obad. h. lat.

[I.] * Obadias et Jonas hebr. cum verſione Latina Iſaaci Levitae. Coloniae 1553. 4.

* Oba-

p) *Wolffius* Vol. 4. p. 136.
q) Saml. von A. u. N. Theol. Sachen 1730. p. 95.
r) *Le Long* p. 75. col. 2. C. *Wolffius* Vol. 2. p. 398. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 199.
s) *Le Long* p. 76. col. 1. A. coll. p. 303. col. 1. C.
t) *Wolffius* Vol. 2. p. 399.
u) Leipziger gelehrte Zeitungen 1743. p. 519.

* Obadias — — Levitae. Antwerpiae apud Chriſt. Plantinum. 1564. 4. [II.]
Obadias — Levitae. Antwerpiae apud eund. 1570. 4. [III.]

Edidit Auctor, qui ad ſacra Chriſtianorum tranſiit, grammaticam hebraeam, ſ. t. *Introductio ad verba elegantiae*, eique in uſum tironum Prophetias Abdiae et Joelis cum verſione latina adjunxit x).

* Obadias Propheta hebraice et latine. Baſileae 1559. 8. apud Frobenium. [IV.]

[Adhaeret, una cum Philone de Judice graece et latine, *Laurentii Humphrei* tractatui de ratione interpretandi auctores, Baſileae eodem anno edito y).

Obadias, cum tabula ſynoptica, et addita verſione litterali, per duodecim tractatus, ſtudio Auguſti Pfeifferi. Lipſiae 1684. 8. a). [V.]

§. XXII.

Jonas h. lat.

Jonas h. lat.

* Jonas h. et lat. Coloniae 1553. Antwerpiae 1564. 1570. §. XXI. [I.]

Jonas hebraice, cum verſione latina, et examine grammaticali Wigandi Happelii. Baſileae 1561. 8. a). [II.]

Jonas hebraice cum verſione latina cura Georgii Mayer. Lugduni apud Nicol. Suilleron, 1622. 8. cum inſtitutionibus hebraeis ejusdem Auctoris b). [III.]

Jonae liber propheticus hebraice, expoſitione litterali et exegetica illuſtratus. Hafniae 1688. 4. c). [IV.]

Jonae cap. II. cum verſione et analyſi vocum grammatica cura Franciſci Junii. Genevae 1596. 4. [V.]

Ad calcem grammatices hebraeae ejusdem *Junii* d).

§. XXIII.

Malachias hebr. lat.

Malachias h. lat.

Malachias cum commentario R. David Kimchi et R. Salomonis Jarchi. Accedit latina interpretatio per S. M. de Muis. Pariſiis ex officina ejusdem. 1618. 4. [I.]

Editioni ejusdem anni apud *Robertum Stephanum* proxime haec reſpondit, excepto commentario Raſchii et verſione latina e).

* Malachias Propheta hebraice et latine interpretatus, ac ſcholiis utiliſſimis ex chaldaica paraphraſi, et Rabbinorum expoſitionibus deſumptis, et ſumma fidelitate in latinam linguam converſis, illuſtratus authore M. Stephano Iſaaco Levita. Coloniae apud Jacobum Soterum et Petrum Horſt. 1563. 8. [II.]

X 2 [Singu-

x) *Le Long* p. 76. col. 1. C. *Wolfſius* Vol. 2. p. 400. conf. Vol. 1. p. 473.
y) *Le Long* p. 76. col. 1. D. *Wolfſius* Vol. 2. p. 400. *Niceron* Nachrichten Vol. 16. p. 393.
z) *Wolfſius* Vol. 2. p. 400.
a) *Wolfſius* Vol. 2. p. 400.
b) Id. Vol. 2. p. 400. Vol. 4. p. 140.
c) Id. Vol. 4. p. 140.
d) Id. ibid.
e) *Wolfſius* Vol. 4. p. 141. *Maittaire* annal. Tom. 3. p. 872. append. Conf. ſupra Sect. II. §. XLVI.

Digitized by Google

Malachias h. lat. [Singulis verſibus Hebraeis interpretatio latina cum analyſi vocum difficiliorum ſubjecta eſt. Prodiit non 1553. ut *Wolfius* habet, ſed 1563, et falſo a *Le Long* Patri, *Johanni Iſaac* adſcribitur. Auctor eſt filius *Johannis*, qui cum Patre ad Chriſtianorum ſacra tranſiit f).

§. XXIV.

Hagiogr. h. lat.

Hagiogr. h. lat.

[I.] * Pſalmi, Proverbia, Eccleſiaſtes et Canticum, cum interlineari verſione S. Pagnini, et Bened. Ariae Montani et aliorum collato ſtudio ad Hebraicam dictionem diligentiſſime expenſi. Genevae per Cepha Elon. ſ. a. 8.

[*Wolfius* vidit exemplar editum per Capellanum; unde vero diverſam eſſe editionem, minime ſequitur; nomen enim Capellanus ex hebraeo Cepha Elon originem traxit. Prodiit quidem volumen ſine anni nota, ſed ad annum 1616. referendum eſſe videtur g).

[II.] Pſalmi — — expenſi. Pariſiis ſumtibus Seb. Cramoiſii. 1632. 8. Editio iterata h).

§. XXV.

Pſalt. h. lat. Vulgat.

Pſalt. h. lat. Vulgat.

[I.] Pſalterium hebr. lat. Moguntiae. 1523. 12.

Editionis hujus rariſſimae notitiam *Wolfio* debemus. Exſtat Exemplar ejus in Bibliotheca Leidenſi i).

[II.] Pſalterium cum duplici Verſione et annotationibus ex editione Roberti Stephani. 1556. 8.

Editio nitida et rara. Vulgatae juncta eſt translatio non *Pagnini*, ſed *Leonis Judae* e Bibliis Tigurinis deſumpta k).

[III.] * Pſalterium hebraeo-latinum. Baſileae 329. (1569.) 8. l).

[*Le Long* hanc editionem refert ad numerum Pſalterii triglotti ab *Artopoeo* editi; quem ſecutus eſt *Wolfius*. Verum idem ille tempore poſteriori meliora edoctus, ab editionibus *Artopoei* hanc diſtinguit m).

[IV.] Marci Marini Canonici Regularis ſancti ſalvatoris Commentaria in libros Pſalmorum. Bononiae e Typographia St. Thomae Aquinatis. 1748. Fol.

Editio prior jam ante ducentos prodiit annos, in tribus Columnis ſiſtuntur textus hebraeus, latina vulgata, et verſio nova: quibus commentaria accedunt n).

§. XXVI.

f) *Le Long* p. 76. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 401. Vol. 1 p. 473. Vol. 3. p. 864. 357. *Baumgartens* Nachr. Vol. 4. p. 201. Index Bibl. Wernigerod p. 35.

g) *Le Long* p. 76. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 401.

h) *Wolfius* Vol. 2. p. 401.

i) Vol. 4. p. 144.

k) *Wolfius* Vol. 4. p. 145. *Reimmanni* Catal. p. 241.

l) *Le Long* p. 43. col. 2. B.

m) *Wolfius* Vol. 2. p. 359. et Vol. 4. p. 145.

n) Leipziger gelehrte Zeitungen 1748. p. 602.

Digitized by Google

Pſalt. h. lat. Pagnini.

§. XXVI.

Pſalt. h. lat. Pagnini.

[I.] * ספר תהלים Liber Pſalmorum, hebraice cum verſione latina Santis Pagnini. Baſileae ſumptibus Joannis König. 1648. 12.

Prima editio Baſileenſis, quae inſequentibus temporibus ſaepius recuſa eſt o).

[II.] * ספר תהלים Liber — Baſileae ſumptibus Joannis König. 1662. 12. p).

[III.] * תהלים — — Baſileae. Sumptibus Joannis König. 1675. 12. q).

[IV.] * תהלים — Baſileae typis et ſumptibus Johannis Brandmylleri. 1691. 12. r).

[V.] תהלים — Baſileae 1705. 12. s).

[VI.] * Pſalterium hebr. cum verſione Pagnini, cura Joh. Leusdeni. Amſtelodami typis Joſ. Athiae. 1666. 12.

Ad annum ſequentem refert editionem *Wolffius* t).

Pſalt. h. lat. Ar. Mont.

§. XXVII.

Pſalt. h. lat. Ar. Mont.

[I.] Pſalterium h. lat. Genev. 8. §. XXVI.

[II.] Pſalterium h lat. Pariſiis 1632. 8. §. XXVI.

[III.] * Pſalterium in Carmen converſum a Bened. Aria Montano. Antwerpiae, Plantini. 1574. 4. u).

[Exſtat editio rariſſima, in qua textui ſacro non punctato accedit verſio metrica, ſub rubro: „Davidis Regis ac Prophetae aliorumque ſacrorum Vatum Pſalmi ex hebraica veritate in latinum carmen a Benedicto Aria Montano obſervantiſſime converſi. Cum argumentis et elucidationibus, quibus ſingulorum Pſalmorum ſententia plane exponitur, et orationis filum deducitur, ejusdem interpretis opera et ſtudio adjunctis. Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini, Architypographi Regii." Inter varias operi praemiſſas epiſtolas eminet *Ariae Montani* epiſtola ad Cenſores, in qua, nullum eſſe in tota verſione verbum, nullum ſchema, nullum ornamentum, cujus ratio aperta ex hebraeorum verborum ſignificatione reddi non poſſit, adfirmat x).

[IV.] Pſalterium h. cum verſione interlineari Ariae Montani, Ex officina Plantiniana Raphelengii. 1608. 8.

Editio fere incognita, quam quaerit Cl. *Lorckius* Hafnienſis.

X 3 §. XXVIII.

o) *Le Long* p. 77. col. 2. E *Wolffius* Vol. 2. p. 405. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 75. n. 34.

p) *Le Long* p. 78. col. 1. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 405. *Baumgarteni* Nachrichten Vol. 4. p. 208. Index Bibl. Wernigerod. p. 38.

q) *Le Long* p. 78. col. 1. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 405.

r) *Le Long* p. 78. col. 1. D. *Wolffius* Vol. 2. p. 406. *Knochii* Nachrichten p. 690. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 75. n. 37.

s) Catal. Biblioth. Kirchmeri. Halae Saxon. p. 159.

t) *Le Long* p. 78. col. 1. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 405.

u) *Le Long* p. 77. col. 1. C.

x) *Wolffius* Vol. 2. p. 403. *Knochii* Nachrichten p. 433. *Freytagii* analecta p. 727.

Digitized by Google

Pſalt. h. lat. Calvini.

§. XXVIII.

Pſalt. h. l. Calvini.

[I.] * Pſalmi hebraice, cum latina verſione et Commentario Joannis Calvini. Genevae 1564. fol. y).

[II.] * Pſalmi — Calvini. Genevae 1578. fol. z).

[III.] Pſalmi — Calvini. Amſtelodami 1667. fol.

In operibus Calvini Tom. 3. a).

Pſalt. h. lat. Cocceji.

§. XXIX.

Pſalt. h. l. Cocceji.

* Pſalterium hebraicum cum verſione latina Johannis Cocceji. Franequerae apud Idzardum Albertum et Johannem Arcerium. 1646. 18. b).

Pſalt. h. lat. Leusdeni.

§. XXX.

Pſalt. h. l. Leusdeni.

[I.] * Pſalterium hebraicum cum verſione, cura Joh. Leusdeni. Trajecti ad Rhenum. 1680. 12. c).

[II.] * ספר תהלים Liber Pſalmorum editus a Johanne Leusden, Linguae ſanctae in Academia Ultrajectina Profeſſore ordinario. Ultrajecti ſumptibus Wilhelmi van de Water. 1688. 12.

Editiones poſteriores duae merito a priori §. XXVI. ſeparantur. Retinuit quidem editor in poſterioribus verſionem *Santis Pagnini*, ſed pro ſuo arbitrio multa immutavit, ut latina cum hebraicis quam accuratiſſime conveniant. Editionem anni 1680. in dubium vocat *Baumgartenius* exinde, quia editor poſtremam in praefatione die 1. Aprilis 1688. data ſecundam editionem appellat. Verum Poſtrema vere ſecunda eſt, quae verſionem emendatam et immutatam exhibet, de qua in praefatione monet: „Vides hic verſionem latinam magna ex parte novam. Retinuimus quidem „multa ex antiqua interpolata Pagnini; ſed pro meo arbitrio multa mutavi, addidi, „ademi; ita tamen ut ſemper latina hebraicis quam accuratiſſime conveniant d). „

Pſalt. h. lat. Hutterian.

§. XXXI.

Pſalt. h. l. Hutterian.

Pſalterium hebraicum. Hamburgi per Julium Ottonem Pragenſem. 1614. fol.

Ad Hutterianas referenda eſt editio, Hutterianis typis exſcripta, ut ſerviles et radicales litterae intuitu diſcerni poſſint. Pſalmi novem priores ſupereminentem habent verſionem latinam e).

§. XXXII.

y) *Le Long* p. 77. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 403.

z) *Le Long* p. 77. col. 1. D. *Wolfius* ibid. p. 404.

a) Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 6.

b) *Le Long* p. 77. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 405.

c) *Le Long* p. 78. col. 1. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 406.

d) *Le Long* p. 78. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 406. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 1. p. 387.

e) *Wolfius* Vol. 2. p. 404.

Digitized by Google

§. XXXII.

Pſalt. h. lat. Hare.

Pſalt. h. lat. Hare.

Liber Pſalmorum hebraice et latine, in verſiculos metrice diviſus, et cum aliis critices ſubſidiis, tum praecipue metrices ope, multis in locis integritati ſuae reſtitutus, cum diſſertatione de antiqua Hebraeorum Poëſi, aliisque quaeſitis ad Pſalmorum librum pertinentibus. Ad finem operis adjecta ſunt Poëſeos Hebraicae ſpecimina, ex iis quae ediderunt Franc. Gomarus, Marcus Meibomius et Joh. Clericus. Ex editione Franc. Hare. Londini apud Guil. Bowyer. 1736. 2 Vol. 8.

Integrum exſcripſi titulum, ut inde foetus iſte cognoſci queat. Editor non vetus Pſalterium illud Davidicum ſiſtit, ſed ope metrices immutatum, adeoque fere ubivis depravatum. De Meibomii conatibus infra Capite III. de Polyglottis dicendum erit f).

§. XXXIII.

Pſalmi ſing. h. l.

Pſalmi ſing. h. lat.

* Pſalmi XXIV. priores hebr. et latine Agathiae Guidacerii. Pariſiis in collegio Italorum. 1541. 8. [I.]

Jam anno 1532. ſpecimen emendationum textus hebraei ediderat auctor, de quo infra. Scripſit quoque commentarium in VII. Pſalmos poenitentiales g).

Pſalmi X. cum commentario Kimchii cum verſione latina Pauli Fagii. 1542. [II.]

Textus Kimchii ſine punctis eſt exſcriptus. Verſio eſt elegans, et magis ſenſum quam litteram exprimit h).

פירוש Commentarium hebraicum R. Dav. Kimchi in decem primos Pſalmos Davidicos, cum verſione latina e regione, pro exercitamento omnibus hebraicae linguae ſtudioſis, quibus ad legenda Hebraeorum commentaria animus eſt. Conſtantiae. 1544. fol. [III.]

Textus Kimchii punctis animatus eſt. Verſio latina *Pauli Fagii* longe ab editione praecedenti differt, et magis eſt litteralis et ad hebraiſmum accedit. Accedit ad calcem *Fagii* epiſtola, qua reliquas Kimchii in Pſalmos enarrationes eodem modo illuſtratas promittit i).

* Septem Pſalmi Poenitentiales hebraici cum grammaticali tralatione latina. (Tubingae 1512.) 8. [IV.]

[Accedit: Joannis Reuchlini Phorcenſis LL. doctoris in ſeptem Pſalmos poenitentiales hebraicos interpretatio de verbo ad verbum, et ſuper eisdem commentarioli ſui ad diſcendum linguam hebraicam ex rudimentis. Ad calcem: Tubingae apud Thomam Anshelmum Badenſem MD. XII. Praemiſſa eſt epiſtola *Reuchlini* ad Jacobum *Lempum*. Textus cum punctis, ſed ſine accentibus eſt expreſſus. Verſio ipſum *Reuchli-*

f) Acta hiſtor. eccleſ. Vol. 3. p. 284. Leipziger gel. Zeitung Beyträge Vol. 4. p. 456. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 38. n. 35. 36. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 7.

g) *Le Long* p. 78. col. 1. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 407.

h) *Wolffius* Vol. 4. p. 149.

i) *Wolffius* Vol. 4. p. 148. Vol. 3. p. 191.

Pſalmi ſing. h. lat. *Reuchlinum* agnoſcit auctorem, commentariolus vero ad analyſin grammaticam maxime pertinet [k]).

[V.] Septem Pſalmi Poenitentiales hebraici — latina. Ad calcem: Witembergae apud Joſephum Clugium. M. DXXIX. 8.

Operariorum vitio apud *Wolfium* annus 1519. erat expreſſus, quod ipſe emendavit. Editio Tubingenſis anni 1522. ſimili typothetae errori tribuenda eſt [l]).

[VI.] Septem Pſalmi Poenitentiales hebraici — latina. Lipſiae 1538. 8.

Vidit hanc editionem *J. G. Palmius* in Bibliotheca *Lehmanni* Crempenſis, uti ipſe teſtatur [m]).

[VII.] * Pſalmi VII. priores aeri inciſi. Holmiae 1706. 4.

[Textus originalis ad latus adſcriptam habet lecturam, et ſigna tonica: Latina textus interpretatio ex ſelectis Criticorum deſumta eſt; accedit analyſis vocum. Integrum vero Pſalterium auſpiciis Guſtavi Peringeri eodem modo prodiiſſe, e Memoriis Trivultinis refert, ſed et ſimul de veritate relationis dubitat *Wolfius* [n]).

[VIII.] Exegeſis dictionum in Pſalmos Sex per Antonium Reuchlinum. Baſileae per Henricum Petri Menſe Auguſto 1554. fol.

Exhibentur hic Pſalmi ſex priores, hebraice cum punctis ſine accentibus: addita verſione latina *Joh. Reuchlini.* Exegeſis ſingulis Pſalmis ſubjecta diffuſior eſt, et verba ad regulas grammatices reſolvit, et in ſenſum inquirit [o]).

[IX.] Pſalmi VI. priores, cum praxi eosdem legendi. Londini 1728. 8.

Exſtant in Thomae Benneti grammatica hebraea [p]).

[X.] * In V. Pſalmos ſecundum hebraicam veritatem recens expoſitio. Pariſiis excudebat Franc. Gryphius. 1532. 4.

[Specimen primum, quod idem, cujus jam mentionem fecimus, *Agathius Guidacerius*, in vulgus emiſit, qui cum obſervaſſet, Pſalmos incuria deſcribentium eſſe depravatos, ſpeciminis loco, quomodo Pſalmi in integritate reſtitui poſſent, Pſalmos XXI, XXIV, XXIX, XLI, et XLV, hebraice cum verſione latina edidit [q]).

[XI.] * Pſalmi IV. hebraice et latine, cum Targum et commentario hebraeo-latino Kimchii, ex verſione Joan. Bourdelotii. Pariſiis 1619. 4.

[Addidit et opiniones aliorum ex Jalkuth Schimeoni [r]).

[XII.] Pſalmi I. II. et XL. per Johannem Terentium.

Exſtant in triade I. et II. Meditationum.

Pſal-

k) *Le Long* p. 78. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 408. Vol. 4. p. 194. *Knochii* Nachrichten p. 667. *Maji* vita Reuchlini p. 32. 242.

l) *Wolfius* Vol. 2. p. 408. Vol. 4. p. 149. *Maittaire* Tom. 2. p. 714. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 17.

m) Hiſtorie der teutſchen Bibelüberſetzung Lutheri. Halae 1772. 4. p. 29. not.

n) *Le Long* p. 78. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 480. Vol. 4. p. 149.

o) *Wolfius* Vol. 4. p. 150.

p) *Wolfius* Vol. 4. p. 150. Conf. Sect. I. §. 82.

q) *Le Long* p. 78. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 4. p. 150. *Maittaire* Tom. 2. part. 2. p. 762. *Götze* Merkwürd. der Königl. Biblioth. Vol. I. p. 441.

r) *Le Long* p. 78. col. 2. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 408.

Digitized by Google

Pſalmus XVIII. cum verſione latina. Amſtelodami 1703. 8. [XIII.]

Ad calcem Diſſertationis epiſtolicae Florentini de Bruin de emendandis temporum hebraeae linguae anomaliis s).

Pſalmus XXV. hebraice et latine. Friburgi Briſgoiae. 1585. 4. [XIV.]

Exſtat in Joh. *Brunneri* Rudimentis hebraeae Linguae, cum praxi legendi et diffuſa analyſi grammatica t).

Pſalmus XXXIV. hebraice et latine. Pariſiis 1622. 8. [XV.]

Cum exercitatione grammatica, in *Rob. Bellarmini* Inſtitutionibus linguae Hebraeae u).

Pſalmus LI. et XCI. hebr. et latine per Henricum Rumphium. Hamburgi 1617. 4. [XVI.]

Adjecti ſunt Libro Ruth x).

Pſalmus CXII. cum commentario Kimchii, hebraice, uterque latine redditus juxta hebraicam phraſin, opera Samuelis de Muis. Pariſiis 1618. 4. y). [XVII.]

§. XXXIV.

Prov. h. l. Prov. h. l.

* Proverbia h. cum verſione interlineari. Genevae. §. XXVI. [I.]

Proverbia h. cum verſione interlineari. Pariſ. 1632. §. XXVI. [II.]

משלי שלמה Proverbia Salomonis. Praefatio in aeditionem Parabolarum Fratris Conradi Pelicani minoritae. Epitome hebraicae grammaticae Fratris Sebaſtiani munſteri minoritae. [III.]

Ad Calcem: Baſileae apud Joannem Frobenium menſe Auguſto. An. D. M. XX. 8. z).

* Proverbia Salomonis, hebraice, cum latina verſione et annotationibus Seb. Munſteri. Baſileae apud Joh. Frobenium. 1524. 8. [IV.]

[*Wolfius* jungit Proverbiis Eccleſiaſten et Canticum: ſeorſim vero prodierunt ſingula Salomonis ſcripta a).

Proverbia Salomonis, jam recens juxta hebraicam veritatem translata et annotationibus illuſtrata: auctore Sebaſt. Munſtero. 8. [V.]

Refert editionem ad annum 1525. *C. C. Hirſchius* b).

* Proverbia Salomonis jam denuo juxta hebraicam veritatem translata et annotationibus grammaticis illuſtrata auctore Sebaſt. Munſtero. Baſileae per Hier. Frobenium et Nic. Epiſcopium. 1548. 8. c). [VI.]

* Pro-

s) *Wolfius* Vol. 4. p. 150.
t) Id. ibid.
u) Id. ibid.
x) Id. ibid. p. 151.
y) Id. ibid. *Maittaire* Tom. 3. app. p. 873.
z) Index Bibl. Wernigerod. p. 33. Critiſche Samlungen Vol. 2. p. 165.
a) *Le Long* p. 78. col. 2. C. *Wolfius* Vol. 4. p. 151. Catalog. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 7.
b) Millenar. III. libror. ab anno I. usque ad an. L. ſec. XVI. typis exſcriptorum. p. 31. n. 306.
c) *Le Long* p. 78. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 409. Catal. Biblioth. Baumg. p. 38. n. 38. *Hirſch* millen. 2. p. 83.

[VII.] * Proverbia — — auctore Sebaſt. Münſtero. Baſileae 1587. 8. d).

[VIII.] Proverbia Salomonis. Verſionem latinam ad Hebraeum fontem expreſſit, atque commentarium adjecit Albertus Schultens. Lugduni Bat. 1748. 4.

Textus hebraicus ſine punctis eſt exſcriptus: verſio latina multis in locis ſubobſcura adjectis illuſtratur annotationibus e).

[IX.] Proverbia Salomonis — Schultens. Lugduni Batav. 1758. 4.

Verſionem, ſine textu hebraeo, cum compendio annotationum edidit iterum *G. J. L. Vogel.* Halae Sax. 1769. 8.

§. XXXV.

Cant. Cant. h. lat.

Cant. Cantic. h. lat.

[I.] * Cant. Cant. h. lat. Venet. 1551. §. XV.

[II.] * Cant. Canticorum h. c. verſione interlineari. Genevae 8. §. XXVI.

[III.] * Cant. Cantic. h. c. verſione interlineari. Pariſ. 1632. §. XXVI.

[IV.] * Canticum Canticorum Salomonis latine juxta hebraicum contextum per Sebaſtianum Münſterum translatum atque annotationibus aliquot non nihil illuſtratum. Baſileae apud Johannem Froben. 1525. 8. f).

[V.] * Canticum Canticorum hebraice, cum verſione latina Agathii Guidacerii. Pariſiis 1531. 4. g).

[VI.] * Canticum Canticorum cum verſione vulgata ſtudio Agathii Guidacerii. Pariſiis in collegio Italorum. 1539. 4. h).

[VII.] Canticum Canticorum, cum commentario trium Rabbinorum, latine per Gilb. Genebrardum. Pariſiis 1570. 4. i).

[VIII.] M. Caſpari Heuniſchii Paſt. et Prof. P. Suinfurt. in Canticum Canticorum Commentarius apocalypticus, in quo textus hebraeus cum tribus verſionibus legitur, philologice explicatur, verusque a Spiritu S. intentus ſenſus indagatur et exponitur. etc. Lipſiae ſumptibus Joh. Frider. Gleditſchii. Anno MDCLXXXIIX. 4.

Verſiones adjectae ſunt Latina Vulgata, *Junio-Tremelliana*, et *Joh. Cocceji.*

§. XXXVI.

Ruth h. l.

Ruth h. lat.

[I.] Ruth h. lat. Venetiis 1551. §. XV.

[II.] * Ruth: hebraice et latine. Joh. Iſaaci Levitae. Coloniae 1558. 4.

Exſtat in ejusdem meditationibus hebr. ubi ſingulis hiſtoriae Ruthae capitibus hebraice et latine expreſſis ſubjunguntur analyſis et notae k).

[III.] Libellus Ruth cum latina verſione Joh. Druſii, per M. Henricum Rumpium Paſtorem et Profeſſorem Gymnaſii Hamburg. Hamburgi 1617. 4.

Adjunctos exhibet Pſalmos LI. et XCI. hebr. et latine l).

Ruth,

d) *Le Long* et *Wolffius* ll. cc.

e) Leipz. gelehrte Zeitungen 1748. p. 779.

f) *Le Long* p. 79. col. 1. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 410. *Hirſchius* millen. 3. p. 31. Conf. §. XXXVI.

g) Iidem ibid.

h) *Le Long* ibid. *Wolffius* Vol. 4. p. 151.

i) *Wolffius* Vol. 2. p. 410.

k) *Le Long* p. 79. col. 1. D. *Wolffius* Vol. 4. p. 152. Vol. 1. p. 473.

l) *Wolffius* Vol. 4. p. 152.

Digitized by Google

Ruth, hebraice et chaldaice, cum nova utriusque textus verſione. Lipſiae 1703. 4. [IV.]

Titulus libri eſt: Joh. Benedicti Carpzovii filii Collegium Rabbinico-biblicum in libellum Ruth. Lipſiae apud Haeredes Lanckiſianos 1703. 4. Praeter textum et paraphraſin chaldaicam exhibetur utraque Maſora latine verſa, cum commentariis Raſchi, Aben Eſrae, Ben Melech, et Abendanae, propriis denique editoris notis. Studio Joh. Benedicti Carpzovii et Filii ejus, qui poſt Patris fata, quae reliqua erant, addidit, et prelo opus commiſit m).

* Libellus Ruth hebraice et latine cum commentariis rabbinicis et obſervationibus Maſorethicis. Trajecti ad Rhen. 1710. 8. [V.]

Praecedentem *Carpzovii* editionem recuſam dedit *Hadrianus Relandus* cum brevi introductione ad grammaticam hebraeam Altingianam, omiſſis tamen *Carpzovii* annotationibus n).

Hiſtoria Ruthae juxta accentus ebraeos explicata, ubi diſpoſitio totius libri, omnium capitum et ſingulorum Paſucorum in tabellis, nova verſio, Emphaſium et affectuum per accentus indicatorum brevis explicatio, Aphoriſmi Theoretico practici et Paraphraſis ſenſum breviter et perſpicue ſiſtens a Joh. Franck. Mecklenb. 1724. 4. [VI.]

Adhaeret libro Coheleth ejusdem auctoris o).

§. XXXVII.

Threni h. lat. — Threni h. l.

* Threni h. lat. Venet. 1551. 4. §. XV. [I.]

§. XXXVIII.

Eccleſ. h. lat. — Eccleſ. h. l.

Eccleſiaſtes h. l. Venet. 1551. §. XV. [I.]
Eccleſiaſtes h. l. Genevae. §. XXVI. [II.]
Eccleſiaſtes h. l. Pariſiis 1632. §. XXVI. [III.]

* קהלת Eccleſiaſtes juxta hebraicam veritatem per Sebaſtianum Munſterum translatus, atque annotationibus ex Hebraeorum Rabinis collectis illuſtratus. Baſileae apud Joannem Frob. Menſe Maio Anno 1525. 8. [IV.]

[Textus punctis quidem eſt animatus, deſunt vero accentus: poſt textum et verſionem ſequuntur annotationes e grammatica, Joſepho, Chaldaeo interprete et Raſchi deſumtae p).

* Eccleſiaſtes hebraice cum Verſione latina vulgata. Studio Agathii Guidacerii. Pariſiis 1539. 4. q). [V.]

 Eccleſia-

m) *Wolffius* Vol. 2. p. 411. Acta eruditor. p. 411. Vol. 4. p. 153. Catal. Biblioth. Lipſienſ. 1703. p. 94. Baumgart. p. 39. n. 39. *Hirſchii* millen. 3. p. 31. *J. B. Riederer* Nachrichten Part. 4. p. 11.

n) *Le Long* p. 79. col. 2. D. *Wolffius* Vol. 2. p. 411.

o) *Wolffius* Vol. 4. p. 152. vid. §. XL.

p) *Le Long* p. 79. col. 2. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 153.

q) *Le Long* p. 79. col. 2. A. *Wolffius* Vol. 4. p. 153.

Digitized by Google

[VI.] Eccleſiaſtes Salomonis hebraice et latine adornatus a Johanne Terentio. Franequerae. 8.

[VII.] Eccleſiaſtes — — Terentio. ibid. 1670. 8. r).

[VIII.] * Eccleſiaſtes hebraice et latine. Sebaſt. Schmidii. Argentorati 1691. 4.

[En libri titulum: In librum Salomonis Regis, hebr. Koheleth, graec. et latin. Eccleſiaſtes dictum commentarius, in quo cum textu hebraeo verſio ejus, analyſis, Paraphraſis, annotationes et loci communes exhibentur, adornatus a Sebaſtiano Schmidio. Argent. 1691. 4. s).

[IX.] Eccleſiaſtes — — Schmidii. Argentorati 1704. 4.

Editio praecedens iterata.

[X.] Eccleſiaſtes hebraice et latine. Johannis Franckii. Neobrandenburgi Mecklenb. 1724. 4.

Exſtat ſub titulo: Spiritus ſancti Dei omniſcii et Doctoris totius mundi infallibilis Syſtema ethices divinae. דברי קהלת enucleat commentarius acroamaticus — a Johanne Franckio Neobrandenb. 1724. 4. Non una ſerie, ſed per commata, ſine punctis vocalibus, additis punctis accentuum textus cum adjuncta verſione eſt expreſſus. Accedit Hiſtoria Ruthae juxta accentus hebraeos explicata, et diſſertationes, quae potiſſimum miniſterium accentuum hebraeorum concernunt t).

§. XXXIX.

Eſther h. l. *Eſther h. lat.*

[I.] * Eſther hebr. et latine. Venetiis. 1551. §. XV.

[II.] Eſther hebraice et latine per M. Henricum Rumpium, Hamburgi 1608. 8. u).

§. XL.

Jobus h. l. *Jobus h. lat.*

[I.] * Libri Ijobh analyſis adornata cura Joh. Henr. Hottingeri. Tiguri ex chalcographeo Bodmeriano. 1689. 8.

[Praemittitur analyſi textus hebraeus cum verſione verbali latina. Reiterata exſtat editio Tiguri 1691. 8. x).

[II.] Liber Jobi cum nova verſione ad hebraeum fontem et commentario perpetuo — — Curavit et edidit Albertus Schultens. Lugduni Bat. apud Joannem Luzac. 1737. 4.

Textus hebraeus ſine punctis, quae haud magni facit editor; expreſſus cum verſione nova latina ſuperiorem paginae partem occupat, inferiorem vero commentarius, in quo veterum et recentiorum interpretum cogitata expenduntur, genuinus ſenſus

r) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 39. n. 40.

s) *Le Long* p. 79. col. 2. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 412. *Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 687. *Carpzovii* introductio in V. T. p. 233. Acta Erud. Lipſ. 1691. p. 378.

t) *Wolffius* Vol. 4. p. 153. Samlung von A. u. N. 1725. p. 944. et de vita privata auctoris *Samlung* 1727. p. 592.

u) *Wolffius* Vol. 4. p. 154.

x) *Le Long* p. 80. col. 1. E. *Wolffius* Vol. 1. p. 412. Acta Erud. Lipſ. Supplem. Tom. 1. p. 336.

ſenſus ad priſcum linguae genium indagatur, atque ex filo et nexu univerſo argumenti nodus intricatiſſimus evolvitur *y*). Jobus h. l.

Liber Jobi in verſiculos metrice diviſus, cum verſione latina Alberti Schultens notisque ex ejus commentario excerptis — — Edidit atque annotationes ſuas ad metrum praecipue ſpectantes adjecit Ricardus Grey. Londini apud Innys et Knopton. 1741. 4. [III.]

Ex annotationibus *Schultenſii* ea tantum excerpſit editor, quae ad divinum poëma, quoad vel argumenti materiam et filum, vel ſenſuum pathos et ſublimitatem, vel ſtyli copiam et elegantiam neceſſaria videbantur. Accedit in gratiam tironum vocum difficiliorum index analyticus *z*).

§. XLI.

Daniel h. lat. Daniel h. l.

* Daniel cum commentario Jachiadae et verſione Conſtantini Lempereur. Amſtelodami 1633. 4. *a*).

§. XLII.

B. hebr. german. B. h. germ.

Evangeliſche deutſche original Bibel. Das iſt die ganze heilige Schrift Altes und Neues Teſtaments, dergeſtalt eingerichtet, daſs der hebräiſche oder griechiſche Grundtext und die deutſche Ueberſetzung D. Martin Luthers neben einander erſcheinen, die Blätter aber mit den Seiten der ſo gemein gewordenen Canſteiniſchen Bibel übereintreffen. Mit reichen Summarien, richtigen Parallelen, einer kurzen bibliſchen Chronologie, Harmonie der Evangeliſten, und anderen dienlichen Stücken verſehen: Nebſt einer Vorrede Johann Muthmanns, der Sachſen-Saalfeldiſchen Superintendentur Adjuncti und Paſtoris zu Pöſneck. Züllichau in Verlegung des Wayſenhauſes, bey Gottlob Chriſtian Frommann. 1741. 4.

Unica eſt hujus generis totius ſacri codicis editio, cui *Muthmannus* praefationem de praeſtantia verſionis germanicae a B. *Luthero* confectae praemiſit. Curam vero edendi operis *Johannes Chriſtianus Steinbart* Director et Paſtor Orphanotrophii in ſe ſuſcepit. Textus hebraeus ad editionem Opitianam (Sect. I. §. XXIX.) formatus, ſed multis in locis emendatior redditus eſt, ſublatis typothetarum mendis, quibus antiquior ſcatet editio. Plagulis emendandis praefuit *Caſparus Gottlob Pohlius*, vir in negotio iſto exercitatiſſimus. Praefationem *Muthmanni* excipit prooemium *Steinbarti;* chronologia biblica ex *Joh. Jac. Schmidii bibliſchen Hiſtorico* deſumta; obſervata de menſuris, ponderibus et nummis; appendices maſorethicae ſingulis libris biblicis alias annexae; ordo Paraſcharum et Haphthararum; variae lectiones verſionis germanicae; ordo librorum V. T. qui alias in codice hebraeo obſervari ſolet; de quo tamen receſ-

 ſit

y) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 10. p. 285. Samlung v. A. u. N. früh aufgel. Fr. 1737. p. 1.

z) Leipz. gel. Zeitungen 741. p. 97. 618.

a) *Le Long* p. 80. col. 2 A. *Wolfius* Vol. 2. p. 413.

B. h. germ. ſit editor, et libros ſecundum ſeriem Bibliorum germanicorum ordinavit. Quae de N. T. graeco et Apocryphis obſervanda ſunt, infra ſuo loco dabimus b).

Partes B. h. german.

§. XLIII.

Partes Bibl. h. germ.

[I.] Geneſeos capita IV. priora, cum verſione germanica Lutheri. Halae. 1723. 8. ibid. 1738. 8.

In *Joh. Henr. Michaelis* grammatica hebraea, vernacula edita, et ſaepius recuſa c).

[II.] M. Chriſtiani Frid. Baueri Erleuterter Grundtext vom Prediger Salomo; welcher iſt eine ordentlich an einander hangende Rede, darinnen Salomonis letzte Weisheit und Buſſe befindlich iſt. Denen ſo der hebräiſchen Sprache und Accentuation gerne mächtig werden, und durch deren Hülfe den eigentlichen Verſtand und ordentlichen Zuſammenhang dieſer Rede Salomonis vernünftig ſuchen, zu Beförderung ihres löblichen Bibelfleiſſes ausgefertiget. Lipſiae 1732. 4.

Textui hebraico, cum punctis et accentibus expreſſo, juncta eſt nova verſio germanica d).

[III.] Pſalmus XLV. hebraice et germanice, interprete Chriſtiano Theophilo. (Helmſtadii) 1706. 8.

Adhaeret Pſalmus hebraice ſine punctis addita nova interpretatione germanica ſcripto impio et fiſco addicto, hinc rariſſimo, quod exſtat ſub titulo: *Delicatiſſimum Salomonis epithalamium, in gratiam tanti Iſraëlitarum Regis ante tot ſecula cantatum, nunc in gratiam gloriamque S. Pr. ac D. D.* Friderici Wilhelmi *Regni Boruſſiae* — — *nec non Sereniſſimae Principis* — Sophiae Dorotheae — *anno MDCCVI. cum auſpicatiſſimum inirent matrimonium denuo renovatum a* Chriſtiano Theophilo. Satis impie detorqnet interpres illuſtre illud de Meſſia vaticinium, ut Pſalmum ad Solemnia Salomonis Nuptialia traducat e).

Hebraeo-belgica.

§. XLIV.

Hebraeo-belgica.

[I.] * ספר תהלים. Het hebreus Pſalmboeck met de nieuwe nederlantſe Overſettinge. Uytgegeven door Johannes Leusden. t'Amſterdam by Joſeph Athias 1666. 12.

Tria exemplaria Pſalterii, hebraicum, Sect. I. §. LXXXV. hebraeo-latinum §. XXVI., et praeſens, ubi textui addita eſt verſio belgica, ſibi ſunt quoad textum hebraeum ſimillima f).

* Pſalte-

b) *Fr. W. Krafftii* Nachrichten Vol. 1. p. 21. Zuverl. Nachr. Vol. . . . p. 18. 431. Leipziger gelehrte Zeitungen 1739. p. 144. Samlung von A. u. N. 1741. p. 503. Acta hiſtor. Eccleſ. Vol. 7. p. 1054. Acta Erud. Lipſ. 1741. p. 529. Index Bibl. Wernigerod. p. 40.

c) *Wolfius* Vol. 4. p. 136.

d) *Wolfius* Vol. 4. p. 153. Samlung von A. u. N. 1733. p. 125. 128. 1734. p. 107. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 690. *Coleri* auserleſ. theol. Biblioth. Vol. 6. p. 632. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 520.

e) *Vogtii* Catal. libr. rar. p. 261. *Baueri* Bibl. libr. rar. univerſ. Suppl. Vol. 2. p. 52. Unſchuldige Nachrichten A. 1707. p. 265.

f) *Le Long* p. 78. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 405.

Digitized by Google

Pſalterium hebraeo-belgicum cura Joh. Leusdeni. Trajecti ad Rhen. apud Joh. van de Water. 1683. 12. g) [II.]

§. XLV.

Biblia hebraeo-anglicana.

B. h. anglicana.

The old Teſtament, Hebrew and Engliſh; with Remarks critical and grammatical on the Hebrew, and Corrections of the Engliſh. In four Volumes. By Anſelm Bayly, LL D. Sub-Dean of his Majeſty's chapel. London printed in the Year M. DCC. LXXIV. 8. maj. aut 4. oblong.

Bibliorum Hebraeo-Anglicanorum Editor, qui inter Anglos ſecundus eſt, qui edendis Bibliis hebraicis operam navavit, multa ſibi, ut in praefatione teſtatur, propoſuerat, ſed dum operi manum admovit, a propoſito recedere ipſi ſatius viſum eſt. Textum hebraicum non ſolum cum punctis vocalibus, ſed etiam cum accentuum notis exprimere, primum in animo fuit; et notas criticas tum textui hebraeo tum verſioni anglicanae adjicere decrevit. Verum dum prelo opus committitur, accentuum notae, ne oculos Lectoris Anglicani confundant, omnes, excepto unico Atnach, exterminatae ſunt. Notae vero criticae textui ſubjiciendae, ne opus integrum externo ſplendore et pulchritudine orbarent, ut peculiare adimpleant volumen, reſervatae ſunt. Litterae majores vel minores, aliaeque, quae ad Maſoretharum referuntur myſteria, penitus omiſſae ſunt. Puncta vocalia, quae iis, qui ſine punctis legere conſueverunt, nullius ſunt uſus, quoque exterminaſſet; niſi eorum, qui exinde anſam querulandi ſumſiſſent, rationem habere voluiſſet. Medium itaque elegit: deſunt puncta tonica, ut illis, adſunt puncta vocalia, ut his ſatisfieri poſſit. Verum haud bene lectori, qui puncta vocalia ſecundum grammatices regulas ordinare conſuevit, conſultum eſt. Quoties enim Accentus Dominus elevationem vocalis brevis in analogam longam exigit, ille haeſitabit, nec cur in ſyllaba compoſita ſit vocalis longa, rationem reddere poterit. Addidit porro elegantem Moſis in monte Sinai legum tabulas accipientis imaginem, et tabulas geographicas, tum itinera Iſraelitarum, tum habitationes illorum in terra Canaan illuſtrantes. Annotationes, quae in rubro Libri jam commendantur, verſioni anglicanae ſubjectae ſunt; perpaucae vero ſunt, ut, ſi in unum conjungantur, vix unam vel alteram pagellam occupaturae eſſent. Concernunt vero vel falſam interpretationem, vel factorum et relationum nexum. Ultimo loco ſuppeditat editor in praefatione brevem alphabeti hebraici explicationem, et grammaticam hebraeam duabus paginis expreſſam. In quatuor volumina diſtinctum eſt opus, quod, uti libris latinis eſt conſvetum, a dextra ad ſiniſtram aperitur. In ordine librorum ſacrorum a communi inter Judaeos recepto recedit editor ordine, omnesque uti in Bibliis anglicanis ordinavit. Folio primo verſo impreſſus eſt textus hebraeus lineis integris, et quidem typis, qui magis ad Clodianas, quam ad Hooghtianas accedunt formas. Capita in margine exteriori litteris hebraicis, verſus vero in margine interiori notis numeralibus indicantur. Singulae legis Paraſchae praeterea, pro conſuetudine Judaeorum, in ſeptem diſtinguuntur ſectiones in margine notatas. To Keri in margine exteriori eſt expreſſum, et *το* Ketibh aſteriſco notatum. In prophetis Haphtha-

g) *Le Long* p. 78. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 406.

Digitized by Google

B. h. anglicana. Haphtharae itidem in margine indicantur. Quem codicem hebraeum ſequutus ſit editor in exſcribendo opere, nullibi diſtincte indicavit; interim ex iis, quae ad Joſ. XXI. v. 36. 37. in margine annotavit: *Hi duo verſiculi non exſtant in libris antiquis, neque in Commentario R. David Kimchi, neque in maſora*, eum editionem Hooghtianam haud ſequutum eſſe conjiciendum eſt; aliter enim ibi in margine legitur. Sic et Pſ. IX, 1. et Eſth. X, 1. ab eadem editione recedit. Secundam paginam occupat verſio anglicana, diviſis columnis inſcripta, cum ſubjectis brevioribus annotationibus. Singulis libris ſacris brevis adhaeret ad lectorem adhortatio, quae integrum libri complectitur argumentum. In ultimis libri pagellis adjungitur diviſio librorum Veteris Teſtamenti ſecundum morem Judaeorum, et deſignatio Haphthararum ſecundum ritum Synagogarum Hiſpanicarum et Germanicarum, et denique tabula Paraſcharum, quae ſtatutis diebus feſtis a Judaeis publice leguntur; quae omnia in uſum Judaeorum, ſi qui ſunt, qui Biblia iſta a dextra ad ſiniſtram evolvere cupiunt, adjecta eſſe videntur. Opus ſeſe potiſſimum claritate typorum et albedine chartae commendat. Exemplar noſtrum ab editore calamo eſt emendatum. Verum Deuteron. V. 9. in ultima voce לשׂנאי Kamez, quod accentus requirit, male in Patach transformavit.

§. XLVI.

Pſalt. h. anglican.

Pſalt. h. angl.

* ספר תהלים The Book of Pſalmes, with the new engliſh Translation, publiſhed by John Leusden. Printed at Utrecht by John van de Water. 1688. 12.

Textus reſpondet editioni ejuſdem anni, §. XXX. et prorſus idem eſt. Verſio anglicana e Bibliis regiis mutuo ſumta eſt [b]).

§. XLVII.

Hebr graec.

Hebraeo - graeca.

[1.] * Jobus in lingua ſancta et in lingua Romanica, (*ſeu barbaro-graeca*) charactere hebraeo, ex verſione R. Moſis F. Eliae Pobian cum ejus praefatione. Conſtantinopoli in domo Joſeph Jabets. 5336. (1576.) 4to.

Notitiam editionis rariſſimae ſoli debemus *Le Longo*, qui ſequentia de illa annotavit: Extat in Bibliotheca Oratoriana. Praefatio ex verſione Doctiſſ. Abbatis Ludovici du Four de Longuerue:

„Haec ſunt verba Sapientis R. Moſis, F. ſapientis, perfecti, gloria Doctoris „noſtri M. R. Eliae Pobian; (Memoria ejus ſit ad vitam futuri ſeculi.)

„Cum animadverterem quanta foret imperitia aut imbecillitas quorundam „(*linguae ſanctae*) Magiſtrorum, qui paſſim in ſingulis urbibus reperiuntur, etiam „in iſta regione, nec non in hac urbe magna, ſapientibus et ſcribis, ſive ſacrae ſcri„pturae peritis referta, quod imparati prorſus eſſent, nec ſufficerent ad docendos „diſcipulos ſuos ſcripturae ſacrae interpretationem, ob impedimenta varia, non mi„nus quam per ſuam ipſorum indiligentiam, contra quam Hiſpani ſoleant, quorum „operibus Deus remunerationem et integram mercedem retribuat: cumque interea „attentus cuſtodiae meae inſtarem, miniſterio ſacro ſcilicet, excitavit Deus ſpiritum „meum

b) *Le Long* p. 78. col. 1. D. *Wolffius* Vol. 2. p. 406. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 1. p. 388.

Digitized by Google

„meum ad interpretandum librum Job et Proverbia, lingua barbarograeca. Feſtinet „ad eleganter loquendum lingua eorum. Et ſane auribus noſtris hodie jam audivi- „mus, et oculis noſtris vidimus a quibusdam ex coetu noſtro, populi ſcilicet filio- „rum Iſrael, ſi quando filius eorum aliquis ſtudium adhibuerit ad perveniendum ad „interpretationem ſectionis alicujus ſacrae ſcripturae, non amplius perplexus erit de „via recta aſſequenda, cum illius (*interpretationis*) beneficio non magni momenti „futurum ſit in oculis ejus, ſi quid ab ipſo peccatum fuerit. Itaque ſerio incubui in „iſtud opus, ut plurimos demererer, quod Iſraëlitis utile ſit, illud meditentur, „geſtent in ſinu ſuo, iter agentes, aut domi ſedentes, aut in manſionibus ſuis otioſi; „laetabuntur et exultabunt in lectione illius et non attendent ad verba mendacii. „Duorum vero librorum iſtorum ſacrorum uterque ſufficienter lectorem deducet ad „adſequendum ſemitas veritatis, cum ſit quaſi hortus irriguus. Porro diligenter „ſcrutatus ſum omnes interpretes, ſelegique et perſcripſi interpretationem magis cer- „tam et receptam, quaeque textus ſenſui magis conveniret. Quibusdam etiam in locis, „parce tamen et raro vox aliqua translata eſt ſecundum ſenſum (hoc eſt non plane ad „verbum) ut ſcriptura in omnibus etiam particulis eorum quae continet juſtificaretur. Hebr. graec.

„Statuto autem Domini noſtri et Rabbini noſtri Principis Scholae Magiſtri „Joſuae Kadiumi, (Cuſtodiat eum Deus miſericors et liberet eum) non imprimat „ullus vir libros memoratos lingua graeca vulgari ab hac die ad decem annos, et typo- „theta et emptor erunt excommunicati triplicis generis excommunicatione, ita ut non „ſit illi venia: at pax omni congregationi Iſraelis.

„Fuit initium operis, mirabilis, pulchri, puri, purificati ſeptempliciter, „initium menſis Elul anni quinquies milleſimi trecenteſimi trigeſimi ſexti creationis. „(*h. e. Chriſti* 1576.) Deus miſericordia ſua dignos faciat nos ad faciendum libros „innumeros, ita ut nullus ſit finis. Amen, ſic eſto voluntas Dei [i]).„

[Proverbia Salomonis, uti ipſe teſtatur, eodem modo tranſtulit; verum num typis quoque exſcripta ſint, non ſatis conſtat. *Wolfius* certe nihil de illis alibi commemoratum invenit [k]).

*** Caput I. Geneſeos Hebr. et Graece, ſpecimen Hexaplorum Origenis, Fragmentis Veterum interpretum e Philoponi maxime Commentariis in Hexaemeron conquiſitis, cum v. 1. cap. XI. Oſeae, ex eadem editione Hexaplari. (Hamburgi 1707.) 4.** [II.]

Deſcriptum exſtat in Bibliotheca Graeca V. Cl. Joh. Alb. Fabricii lib. 3. c. 12. p. 346. etc. [l]).

[Niſi temporis aliarumque calamitatum eccleſiae injuria intercidiſſet opus illud Origenianum in tota antiquitate celebratiſſimum, quod ſub Hexaplorum, Octaplorum et Enneaplorum nomine ſatis notum eſt, hoc loco, quo de editionibus hebraeo-graecis nobis ſermo eſt, idem recenſendum foret. Conſcripſerat *Origenes*, ut de Bibliis tetraplis, aut mere graecis, hic taceamus, integra Biblia V. T. hebraeo et graeco

i) *Le Long* p. 79. col. 2. k) *Wolfius* Vol. 2. p. 412. et 447. Vol. 4. p. 154. Vol. 1. p. 805.
l) *Le Long* p. 196. col. 2. E.

Digitized by Google

Hebr graec. graeco ſermone, diverſis columnis diſtincta; quarum in prima legebatur textus hebraeus, genuinis hebraicis litteris exſcriptus, in ſecunda idem textus hebraeus ſed litteris graecis expreſſus, in tertia verſio graeca *Aquilae*, in quarta verſio *Symmachi*, in quinta verſio ſeptuaginta Senum, et in ſexta verſio *Theodotionis*. Hinc nomen *Hexaplorum*. Acceſſerunt quibusdam libris ſacris duae verſiones graecae, quinta et ſexta; unde idem opus nomen *Octaplorum* accepit. Pſalmis denique acceſſit ſeptima verſio, hine nomen *Enneaplorum*. Ita intercidit opus illud ingens et voluminoſum, ut non niſi fragmenta tum in diverſis codicibus MSS. tum in ſcriptis SS. Patrum ſuperſint. Collegerunt vero iſta fragmenta operisque reliquias *Johannes Druſius*, eujus collectio poſt mortem ejus a *Sixtino Amama*, Arnhemii 1622. 4. in lucem expoſita eſt; et *Flaminius Nobilius* in notis ad graecam LXX. editionem Romanam. Ultimam deniqûe manum operi admovit *Bernhardus de Montfaucon*, qui ſummo ſtudio et ingenti cura, undequaque, quae adhuc ſupererant operis Origeniani, reliquias conquiſivit. Exſtat opus ſub titulo: Hexaplorum Origenis quae ſuperſunt, multis partibus auctiora, quam a Flaminio Nobilio et Joanne Druſio edita fuerint; ex manuſcriptis et ex libris editis eruit et notis illuſtravit D. Bernhardus de Montfaucon, Monachus Benedictinus e congregatione S. Mauri — Pariſiis, apud Nicolaum Simart — MDCCXIV. II. Tom. fol. Non integrum Textum Hebraeum, ſed ſingulas tantummodo voces, diverſis verſionibus illuſtratas operi inſeruit Editor. Accedunt nonnulla *Origenis* opuſcula anecdota, cum lexico hebraicarum, et altero graecarum vocum m). Montfauconianum opus iterum prelo ſubmiſit Cl. D. *C. F. Bahrdtius*, ſed ita ut varia immutarit, detraxerit, aliaque addiderit. Prodiit operis tomus I. ſ. t. Hexaplorum Origenis quae ſuperſunt auctiora et emendatiora, quam a Flaminio Nobilio, Jo. Druſio, et tandem Bernh. de Montfaucon concinnata fuerant, edidit notisque illuſtravit Car. Fr. Bahrdt, Lipſiae et Lubecae 1768. 8. Tom. II. ibid. 1770. n).

Geneſ. b. jud. germ.

§. XLVIII.

Geneſ. b. jud. germ.

* Geneſeos capita IV. prima, hebraice, cum verſione germanica a regione, hebraicis characteribus exarata, eaque juxta uſitatam interpretationem מלה במלה i. e. ad verbum tranſlata una cum ſuccinctis in fine adjectis ſcholiis pro ſtudioſis linguae hebraicae, per Paulum Fagium. Conſtantiae anno 1543. 4. o).

[Quodſi *Jacobo Le Long* fides habenda eſſet, integer Geneſeos liber una cum verſione Judaeo-germanica a *Paulo Fagio* editus eſſet. Verum ex ipſa Fagii praefatione, quam nobis *Wolffius* communicavit, id abunde liquet, *Fagium* quatuor tantummodo Geneſeos capita, et quidem bis eodem anno evulgaſſe, eaque primo auditoribus deſtinaſſe, deinde vero eadem iterum publici juris feciſſe. Verſionem non ipſe *Fagius* adorna-

m) Conf. *Nachrichten von einer Hall. Bibliothek* Vol. 7. p. 491. Acta Eruditor. Lipſienſ. 1714. p. 1. etc. Acta eruditor. german. Vol. 2. p. 1013. *Carpzovii* crit. ſacr. p. 585. *Walchius* p. 145.

n) Conf. *Erneſti* theolog. Biblioth Vol 9. p. 483.

o) *Le Long* p. 75. col. 1. C. Liber Geneſeos hebraice et germanice etc.

Digitized by Google

adornavit, ſed illam expreſſis verbis germanicam Judaeorum interpretationem eſſe adfirmat. Textus hebraicus punctis eſt animatus. Scholia latina ſeparatim accedunt, una cum inſtitutione germanica Judaeorum legendi. Promittit *Fagius* integra Biblia Judaeo-germanica, ſed tantummodo Pentateuchus judaeo-germanicus anno proxime ſequenti in lucem exiit p). Geneſ. h. jud. germ.

§. XLIX.

Pſ. hebr. jud. germ. Pſalt. hebr. jud. germ.

Pſalterium hebraicum cum verſione germanica. Venetiis per Cornelium Adelkind. 305. (1545.) 8. [I.]

Prodiit ex typographia *Bombergi*, cui tunc temporis *Cornelius Adelkind* praefuit. Verſio, aut ſi mavis, paraphraſis judaeo-germanica *Eliam Levitam* agnoſcit auctorem q).

* Pſalterium hebraicum et germanicum cum Commentario Kav venaki. Mantuae cura Joſeph ben Jacob Patavini. 322. (1562.) 4. r). [II.]

[Reiterata editio, cui excerpta e commentario Kav venaki acceſſerunt. Pſalmi ſecundum ordinem biblicum ſunt diſpoſiti, ſed ſecundum ſeptem hebdomadis dies in ſeptem partes diſtincti.

* Pſalterium hebraeo-germanicum cum commentario Kav venaki. Cracoviae 358. (1598.) 4. s). [III.]

[Editio praecedens iterata.

* Pſalterium hebraicum cum commentario duplici, altero Kav Venaki, altero Ben Daath, auctore Acſilrad Bandeth. Hanoviae 376. (1616.) 4. t). [IV.]

[Quarta eſt editio cum verſione germanica *Eliae Levitae*, praecedentibus prorſus ſimilis; excepto commentario Ben Daath, qui huic editioni acceſſit. Textus punctis vocalibus et accentibus eſt inſtructus; ad latus habet verſionem judaeo-germanicam, et infra commentationes.

Pſalterium hebraicum cum verſione germanica. Amſtelodami apud Uri Veibſch. 337. (1677.) 8. u). [V.]

Pſalterium hebraicum cum verſione germanica. Dyrenfurthi per Schabtaeum. 357. (1697.) 12. x). [VI.]

Pſalterium hebraicum cum expoſitione judaeo-germanica. Amſtelodami apud Salom. Proops. 484. (1724.) 12. y). [VII.]

* Pſalterium h. germanicum cum libro precum. Francofurti ad Moen. apud Matth. Andream. 467. (1707.) 8. z). [VIII.]

Z 2 Pſalte-

p) *Wolfius* Vol. 2. p. 395. Vol. 4. p. 135.
q) *Wolfius* Vol. 2. p. 403.
r) *Le Long* p. 77. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 403.
s) *Le Long* et *Wolfius* ll. cc.
t) *Le Long* p. 77. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 405.
u) *Wolfius* Vol. 2. p. 406.
x) Id. ibid.
y) *Wolfius* Vol. 4. p. 148.
z) *Le Long* p. 78. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 406.

Digitized by Google

[IX.] Pſalterium hebraeum cum verſione judaeo-germanica interlineari, et notis hebraicis e Kimchio potiſſimum collectis per Michaelem Furthenſem. Wilmersdorffii. 485. (1725.) 4. [a]).

[X.] Pſalterium hebraeum cum verſione judaeo-germanica interlineari. Fürthi apud Chajim Hirſch. 1757. 4.

[XI.] Pſalterium idem, ibidem apud eundem. 1760. 4. [b]).

[XII.] Pſalterium hebraeo-germanicum cum libro Maamadoth. Dyrenfurthi. 464. (1704.) 8. [c]).

[XIII.] *) Pſalterium idem cum libro Maamadoth. Dyrenfurthi per Schabtaeum. 465. (1705.) 8. [d]).

[XIV.] Sepher Tephilloth, cum Pſalterio hebraeo et judaeo-germanico. Dyrenf. [e]).

Prov. h. jud. germ.

§. L.

Prov. hebr. jud. germ.

[I.] Proverbia h. cum verſione Germanica R. Mardochai ben Jacob. Cracoviae apud Iſaac ben Aaron Proſtitz. 342. (1582.) 4. [f]).

[II.] Proverbia h. cum paraphraſi judaeo-germanica. Amſtelodami, apud Haeredes Salom. Proops. 495. (1735.) 16.

Eſth. h jud. germ.

§. LI.

Eſth. h. jud. germ.

[I.] Eſther h. cum paraphraſi germanica R. Jehudae Löw ben Joſeph. Amſtelodami apud Uri Veibſch. 423. (1663.) 8. [g])

[II.] Eſther h. cum verſione judaeo-germanica. Francofurti ad Moen. 458. (1698.) 4. [h]).

Jobus h. jud. germ.

§. LII.

Jobus h. jud. germ.

[I.] Jobus h. cum verſione judaeo-germanica. Pragae 357. (1597.) 4. [i]).

[II.] Jobus h. cum verſione judaeo-germanica. Francofurti ad Moenum. ſ a. 4. [k]).

Utraque editio exhibet quoque commentarium litteralem in librum Jobi.

Hebraeo-hiſpanica.

§. LIII.

Hebraeo-hiſpanica.

[I.] Biblia en dos Coluñas hebr. y Eſpan. Amſterdam, en Caſa y a Coſta de Joſeph Jacob, y Abraham de Salmon Proops. A. 5522. (1762.) fol.

Editio optima, ſplendida et aeſtimata.

* ועשרים

a) *Wolfius* Vol. 4. p. 148. et 203. *Samlung von A. u. N.* 1743. p. 516.

b) *Bützowiſche Nebenſtunden* Part. 2. p. 36.

c) *Wolfius* Vol. 2. p. 1442.

d) *Le Long* p. 78. col. 1. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 406.

e) *Wolfius* Vol. 2. p. 1442.

f) *Wolfius* Vol. 2. p. 409. *Clement* Biblioth. hiſt. et crit. Tom. 4. p. 39. et ibid. citat. *J. D. Hofmannus* de typographiis in regno Poloniae. Dantiſci 1740. 4.

g) *Wolfius* Vol. 2. p. 412.

h) *Wolfius* Vol. 2. p. 412. et 456.

i) *Wolfius* Vol. 2. p. 457.

k) Id. ibid.

Digitized by Google

* החלק השלישי מהארבעה ועשרים i e. Tertia pars librorum XXIV. ſacrorum, cum verſione hiſpanica. Theſſalonicae, in aedibus Joſephi ben Iſaac ben Joſeph Jebetz. 329. (1569.) die IV. Menſis Tiſrl. 4. Hebr. hiſp. [II.]

[*Le Long* de hoc codice ſequentia annotavit: „Iſaias et Hieremias hebr. et hiſpanice. Sabionettae. 4. Servatur exemplar in Muſaeo Ludoviei Bourguet Nemauſenſis, Morgiis apud Helvetios commorantis l). „ Idem illud exemplar ad manus *Wolffii* tranſiit, qui curatius librum delineavit. In titulo ipſo verbis ſupra exhibitis plura addita ſunt lingua hiſpanica, at typis hebraicis et punctatis, quibus editor conſilium ſuum exponit. Unde illum integrum ſacrum codicem eodem modo illuſtratum edere, ſibi propoſuiſſe conſtat. Initium factum eſt a Prophetis majoribus, qui tertiam voluminis ſacri conſtituunt partem. Verum unicum illud quod notum eſt exemplar, non niſi Prophetias Eſaiae et Jeremiae continet, et ad calcem poſterioris conſveta Judaeorum formula adjecta eſt: *Abſolutum et perfectum eſt. Laus ſit Deo creatori mundi.* Unde editorem abſoluto hoc volumine conſilium ſuum mutaſſe non ſine ſpecie veri colligendum eſt. Verſionis hiſpanicae ſpecimen exhibet *Wolffius*, eamque cum verſione hiſpanica Ferrarienſi Judaeorum confert, quo, editorem Theſſalonicenſem antiquiorem Ferrarienſem verſionem potiſſimum ſequi, manifeſtum ſit m).

* קדש הלולים Las Alabanças de Santidad, Traducion de los Pſalmos de David, par la miſma Phraſis y palabras del Hebrayco. Illuſtrada con ſu Paraphraſis, que facilita la intelligencia del Texto, y Annotaciones de mucha Doctrina, ſacadas de los mas graves autores — Pol et Haham Yahacob Yehuda Leon Hebreo. — En Amſterdam. Anno 5431. (1671.) 8. [III.]

[Recenſet hanc editionem *Le Long* paucis verbis. Exhibet illa Pſalterium hebraicum cum verſione hiſpanica ab erudito Judaeo, *Jacob Jehuda*, Leonenſi, alias *Arjeh* dicto confecta. Singulis Pſalmis praemittitur introductio, et ſingulis Textus et verſionis ſectionibus paraphraſis ſubjicitur, quae additis notis illuſtratur n).

§. LIV.

Hebr. Italica. Hebr. Ital

* Proverbia hebr. cum verſione italica literis hebraicis. Venetiis. 4. (377. i. e. 1617.) [I.]

Erant in Bibliotheca Joannis Buxtorfii o). [Prodierunt apud *Joan Cajon*, juſſu *Bragadini*, editore *Chiskija Riete*. In altero libri latere textus hebraicus punctatus, in altero italica verſio litteris hebraicis legitur p).

l) *Le Long* p. 75. col. 1. D.

m) *Wolffius* Vol. 2. p. 453. Vol. 4. p. 137. et 182.

n) *Le Long* p. 78. col. 1. B. *Wolffius* Vol. 2. p. 453. Vol. 4. p. 146. Conf. Vol 1. p. 593. Vol. 4. p. 459. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 9. p. 203. Quaerit Cl. *Lorckius* Hafnienſis editionem hujus Pſalterii iteratam anni 1675. quae aliis ſcriptoribus ignota eſt, et fortaſſis vitio typographico in nota anni originem debet.

o) *Le Long* p. 78. col. 2. E.

p) *Wolffius* Vol. 2. p. 409. et 449.

[II.] * Eccleſiaſtes h. cum verſione italica R. David de Pomis, Venetiis apud Jordanem Ziletti. 331. (1571.) 8. q).

[Per vitium typographicum typographus apud *Le Long Piletti* vocatur. Textus hebraicus vocalibus et accentibus eſt inſtructus; ſingulis vero verſibus ſtatim ſubjicitur verſio ſeu paraphraſis italica: quibus interdum editoris annotationes accedunt r).

§. LV.

Gordoni Biblia.

Gordoni Biblia.

* Jacobi Gordoni Commentaria in ſacra Biblia ad ſenſum litteralem et explicationem temporum, locorum omnium, quae in ſacris litteris habent obſcuritatem, una cum Textu Biblico. Pariſiis. Cramoiſy. 1632-1636. III. Vol. fol.

Appendicis loco hic ſubjungimus opus exegeticum *Jacobi Gordoni*, quod quidem in ſe ſpectatum editionibus ſacri codicis haud omni ex parte adnumerari poteſt. At recenſet *Le Long* Pſalterium, quod hoc in opere triplici lingua, hebraica, graeca et latina 1632. expreſſum eſt, inter polyglotta; ſic et N. T. graeci 1632. editi idem mentionem facit. Hinc ſilentio opus omnino praeterire nobis haud licuit. Vocatur auctor a *Jacobo Le Long*, Scotus, Huntlaeus, Jeſuita, Th. D. trium linguarum peritus, qui 1641. Pariſiis obiit. Ab aliis autem vocatur Leſmoraeus, et a *Jacobo Gordono*, Huntlaeo, qui jam 1620. ex hac vita abiit, diſtinguitur. Commentaria ipſa a *Walchio* laudantur s).

§. LVI.

Coll. Dict.

Collect. Dictor.

Ad editiones ſacras referuntur non ſine omni jure tam collectiones iſtae, in quibus Dicta Claſſica hebraice, graece et latine exhibentur, quam opellae iſtae, quae, tironibus ut inſerviant, editae ſunt, et ſingulas ſacri textus voces comprehendunt. Fatemur quidem, *Jacobum Le Long* iſtiusmodi collectiones albo ſuo haud inſeruiſſe; ſed *Wolffius* exemplo nobis eſt, cujus et hic veſtigia ſequimur. Recenſebimus vero hic ordine alphabetico collectiones diglottas; dum polyglottas ad Capitis tertii calcem remittimus.

[I.] Johannis Alberti Gebhardi nucleus ſacrae ſcripturae, ſive Sylloge dictorum claſſicorum, quibus theſes theologicae in compendio B. Hutteri et Henichii probantur. Brunſwigae. 1700. 8.

Textui authentico ab editore, Gymnaſii Martiniani apud Brunſwicenſes Rectore, verſio vel latina vel germanica, una cum lemmatibus addita eſt t).

Joh.

q) *Le Long* p. 79. col. 2. A.

r) *Wolffius* Vol. 2. p. 411. et 449.

s) *Le Long* p. 43. col. 2. C. p. 217. col. 2. D. p. 748. col. 1. C. *Allgem. Gelehrten Lexicon* ſ. v. Gordon. *Walchius* p. 430.

t) *Le Long* tom. 2. p. 739. *Wolffius* Vol. 2. p. 415.

Digitized by Google

Joh. Girberti Syntagma dictorum S. Scripturae 400. cum definitionibus principalioribus compendiorum D. Hutteri et Dieterici. Goſlar. 1639. 12. [II.]

Joh. Girberti Syntagma — Lipſiae 1688. [III.]

Joh. Girberti Syntagma — Francof. ad Moen. 1728. 8. *). [IV.]

Compendium Biblicum continens ex 23202. verſiculis totius Veteris Teſtamenti, tantum verſiculos 2289. (non tamen integros), in quibus omnes univerſi Veteris T voces tam primitivae quam derivativae, tam hebraicae quam chaldaicae, una cum verſione latina inveniuntur. Auctore Joanne Leusden. . Ultrajecti 1673. 8. [V.]

Placuit editori ſpecimina quaedam editionis primae jam anno 1672, et quaedam ſpecimina editionis ſecundae et tertiae publico Eruditorum examini ſubjicere.

Compendium Biblicum — Auctore Joanne Leusden. Ultrajecti 1680. 8. [VI.]

Compendium Biblicum — quam chaldaicae, una cum annotatione radicum et vocum in ſimplici forma inveniuntur. Auctore Joanne Leusden. Ultrajecti 1685. 12. [VII.]

Annotatio radicum acceſſit huic tertiae editioni, ut lectores a moleſta vocum et radicum annotatione et in chartam conjectione liberarentur. Sequutus eſt auctor in radicibus annotandis *Buxtorfii* Concordantias hebraicas.

Compendium Biblicum — auctore Joanne Leusden. Lugduni Batav. 1694. 18. [VIII.]

Editio praecedenti tertiae ſimilis.

Compendium Biblicum — auctore Joanne Leusden. Editio quinta, cum tertia et quarta plane conveniens, illis vero multo correctior, in qua etiam omnes radices, et voces in ſimplici forma, qualibet pagina ſubjiciuntur. procurante Joh. Jac. Schudt. Francofurti et Hafniae, impenſis Joh. Juſti Erythropili, e chalcographeo Jacquetiano. 1704. 8. [IX.]

Schudtii cura eo potiſſimum intenta fuit, ut quemadmodum praefatio teſtatur, editio emaculatior et a mendis quam plurimis, quae in praecedentes irrepſere editiones, liberior evaderet *).

Compendium graecum Novi Teſtamenti continens ex 7959. verſiculis totius N. Teſt. tantum verſiculos 1900. non tamen integros, in quibus omnes univerſi Novi Teſtamenti voces una cum verſione latina et Syllabo analytico inveniuntur. Auctore Joanne Leusden. Ultrajecti. 1673. 8. [X.]

Quinque ſpecimina hujus operis a Matthaeo usque ad Acta editor primo quoque eruditorum publico examini ſubjecit, antequam integrum in lucem exiret opus.

Com-

*) *Wolfius*, Vol. 2. p. 415. Vol. 4. p. 155.

*) *Le Long* tom. 2. p. 828. *Wolfius* Vol. 2. p. 415. Vol. 4. p. 155.

[XI.] Compendium graecum — auctore Joanne Leusden. Ultrajecti 1677. 12.

[XII.] Compendium graecum — auctore Joanne Leusden. Ultrajecti 1682. 12.

[XIII.] Compendium graecum — auctore Joanne Leusden. Ultrajecti 1688. 12.

Quinta vocatur editio, dum ſpecimina anno 1673. emiſſa pro prima habentur. Adduntur in hac editione Verbis, Tempora, Modi et Conjugationes, in uſum tironum, quibus potiſſimum libellus deſtinatus eſt.

[XIV.] Compendium graecum — Amſtelodami 1698. 18.

[XV.] Compendium graecum — Lugduni Bat. 1702. 8.

[XVI.] Compendium graecum — Francofurthi et Halae 1704. 8.

[XVII.] Compendium graecum — ibid. 1713. 8.

[XVIII.] Compendium graecum — Halae. Impenſis Joh. Erneſti Fritſchii. 1735. 8.

Acceſſerunt ſignificationes vocum latinae ac Themata tam proxima quam remota, Syllabo analytico ſubjuncta, ut et index Graecus Alphabeticus omnium vocum N. T. cum annotatione locorum, ubi exſtant, opera *Joh. Simonis* [y]).

[XIX.] Biblia Parva hebraeo-latina, in quibus dicta inſigniora omnia ex univerſo codice Hebraeo ſec. ordinem Libb. Biblicorum, et in his maxima pars Vocum hebraicarum Codicis S. cum cura exhibentur. In uſum SS. Theol. et ſacratioris Philologiae Cultorum adornata a M. Henrico Opitio. Hamburgi ſumptibus autoris. 1673. 12.

Editio prima, in qua errores typographici ab ipſo editore calamo emendati ſunt. Singulis dictis biblicis ſubjicitur verſio latina *Ariae Montani*, et in interiori margine radices ſunt expreſſae. Tironibus, quorum non eſt, majori aere integra ſibi adquirere Biblia Hebraica, hoc compendio conſulere voluit editor, quod tamen *Majo* minime placuit. Editio Jenenſis, cujus mentionem facit *Le Long*, non exſtat.

[XX.] Biblia Parva Hebraeo-latina — Lipſiae typis Joh. Caſp. Meyeri. 1682. 12.

[XXI.] Biblia Parva hebr. latina — Lipſiae ap. eundem. 1689. 12.

[XXII.] Biblia Parva Hebraeo-latina — Lipſiae 1702. 12. Typis Caſpari Meyeri [z]).

[XXIII.] Johannis Plantavitii Florilegium Biblicum, complectens omnes utriusque Teſtamenti ſententias hebraice, graece et latine, brevi juxta litteralem ſenſum commentario illuſtratum. Toloſae 1644. fol. Lodovae 1645. fol.

Auctor *Jean Plantevit de la Pauſe*, Epiſcopus Lodovenſis trium linguarum peritus obiit 1651. Opera ejus conjunctim edita ſunt, teſte *Wolfio* 1655; ſed alii ſcriptores editionem ad annum 1645. remittunt [a]).

Nucleus

y) *Le Long* tom. 2. p. 828.

z) *Le Long* tom. 2. p. 885. *Wolfius* Vol. 2. p. 415. Index Bibl. Wernigerod. p. 38.

a) *Le Long* tom. 2. p. 908. *Wolfius* Vol. 2. p. 415. *Bayle* et Algem. Gelehrten-Lexicon ſ. v. *Plantevit*.

Nucleus Theologiae poſitivae, quo una cum concinnis lemmatibus et definitionibus theologicis Dicta Claſſica, quae B. D. Johan. Frid. König in Theologia poſitiva allegavit, ex puriſſimis S. Scripturae fontibus, Hebraeo et Graeco nec non verſione B. Lutheri congeſta, adjectis ex Calovio — dictis ſcripturae iis quae ſubinde videbantur deſiderari poſſe habentur, in uſum ſtudioſae juventutis publicatus a M. Chriſtiano Reineccio — Lipſiae ſumptibus Lanckiſii. Anno MDCXCIIX. 8. [XXIV.]

Nucleus Theologiae poſitivae — publicatus a M Chriſtiano Reineccio — Editio ſecunda, in qua Theologia moralis nec non Epitome Epitomes univerſae de Termino Gratiae Peremptorio Controverſiae acceſſerunt. Lipſiae ſumptibus Haeredum Lanckiſii. Anno MDCCVI. 8. [b]). [XXV.]

Ex praefatione: Ex ipſis fontibus λόγια ζῶντα, aquam haurire vitae voluimus, aliisque propinare, eo quod unice textu hebraeo et graeco tanquam authenticis ſtandum ſit, et non adeo multum conferant verſiones, quaecunque tandem illae ſint. Verſionem vero B. *Lutheri* ſubjunximus, non tantum quod multis nominibus ſit praeferenda reliquis; ſed etiam maxime quod cum vernacula, et quotidiano uſu jam tum nota etc.

Henrici Rumpii Vaticinia aliquot Vet. Teſt. de Meſſia θεανθρώπῳ. Hamburgi 1615. [XXVI.]

Henrici Rumpii vaticinia de paſſione et reſurrectione Meſſiae. Hamburgi 1617. [XXVII.]

Henrici Rumpii vaticinia de Meſſiae aſcenſione in coelos, ejusque regno. Hamburgi 1617. [XXVIII.]

Singula hebraice et latine [c]).

Wilhelmi Schickardi Eclogae ſacrae hebraeo-latinae, ſive epitome Bibliorum, continens praecipua Vet. Teſt. loca in Novo citata. Tubingae 1633. 8. [d]). [XXIX.]

Wilhelmi Schickardi Eclogae ſacrae — cum verſione latina interlineari Santis Pagnini, et Sylloge Canticorum ſacrorum Novi Teſtamenti Syriaci cum verſione latina Sebaſtiani Schrödteri. Erfurti 1647. 8. [e]). [XXX.]

Wilhelmi Schickardi Eclogae — Erfurti 1650. 8. [f]). [XXXI.]

Wilhelmi Schickardi Eclogae — curante Balthaſ. Raithio. Tubingae 1663. 8. [g]). [XXXII.]

Martini

b) *Wolffius* Vol. 2. p. 415. *Walchii* Biblioth. theol. Vol. 1. p. 40.

c) *Wolffius* Vol. 4. p. 152. 155.

d) *Wolffius* Vol. 4. p. 155.

e) *Wolffius* Vol. 2. p. 415.

f) *Le Long* Tom. 2. p. 950.

g) *Le Long* ibid. *Wolffius* Vol. p. 155.

Digitized by Google

[XXXIII.] Martini Schulzii dicta religionis Chriſtianae praecipua ex limpidiſſimis Iſraelis fontibus deducta. Wittebergae 1610. 8. [h]).

[XXXIV.] Chriſtian. Stockii Fundamenta Biblica Theologiae Poſitivae Bayerianae, ſeu dicta utriusque Teſtamenti a Bayero in theologia poſitiva citata. Jenae 1711. 8. [i]).

[XXXV.] Georgii Wegneri collectio dictorum claſſicorum. 1700.

Edidit auctor epitomen theologiae biblicae Francofurti 1704. 8. qui liber ab aliis Epitome Bibliorum ſalutatur, quem fortaſſis reſpicit *Wolffius* [k]).

[XXXVI.] Marci Wöldicke Dicta claſſica Veteris Teſtamenti, quotquot in Hypotheſi Wandalini et Elementis Theologicis Bartholini ad probandam fidei et morum doctrinam adhibentur. Hafniae 1735. 8.

Dicta probantia hebraice et latine exhibentur. Simili modo et Dicta Claſſica Novi Teſtamenti in publicum emittere voluit editor Theologus Hafnienſis [l]).

h) *Wolffius* Vol. 4. p. 155.

i) *Wolffius* Vol. 2. p. 416. *Walchii* Biblioth. theol. Tom. 1. p. 40.

k) Vol. 2. p. 416. *Unſchuld. Nachrichten* A. 1703. p. 871. *Allgemeines Gelehrten-Lexicon* ſ. v. Wegner.

l) *Walchii* Biblioth. theol. Tom. 1. p. 42. *Samlung v. A. u. N. früh aufgeleſene Früchte* A. 1735. p. 176.



PARTIS I.

Digitized by Google

PARTIS I.
CAPVT II.
DE
EDITIONIBVS NOVI TESTAMENTI GRAECIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTIS I. CAPITIS II.
SECTIO I.
DE
EDITIONIBVS N. T. QVAE SOLVM HABENT TEXTVM GRAECVM.

§. I.

Sacra poſterioris foederis oracula, quae a viris a Chriſto ſervatore inſtruetis, et a Spiritu Saneto illuminatis, litteris mandata ſunt, et Servatoris vitam, ſermones, primaevae eccleſiae hiſtoriam, doctrinas Chriſtianorum coetui inprimis dicatas, ut et fata eccleſiae Chriſti futura nobis tradunt, ſaepius in lingua authentica, qua conſcripta ſunt, typis exſcripta in publicum prodiere. Variae ſunt omnino illorum editiones. Alias Pontificiorum, alias Proteſtantium ſacris addictorum euris debemus; quae, ſi externam conditionem ſpectas, varii iterum ſunt generis. Aliae ſolum habent textum graecum: aliae textui ſacro aliquam jungunt verſionem. Aliae nudum ſiſtunt textum graecum; aliae vero varias lectiones et obſervationes vel criticas vel exegeticas vel philologicas textui ſubjiciunt, atque ita, ut arti criticae et Theologico ſtudio magis quam priores inſerviant, comparatae ſunt. Singulae vero ſi inter ſeſe conferuntur, aliae deprehenduntur editiones cardinales, ſeu normantes, aliae vero normatae, quae ad normam priorum effigiatae ſunt. Vario itaque ordine, ut quisque facile intelliget, editionum ſingularum recenſio inſtitui poteſt, prout diverſa editionum conditio id cuilibet ſuadet. Nos vero in recenſendis Novi Teſtamenti graeci editionibus tam variis cum obſervabimus ordinem, ut ſectione hac priori eas, quae ſolum textum graecum exhibent, enumeremus, ea tamen lege, ut editiones cardinales et normantes iis praemittantur, quae ad normam priorum a typographis exſcriptae ſunt.

§. II.

Quo vero eo melius inſtituti noſtri ratio dijudicari poſſit, brevem editionum N. T. graeci hiſtoriam praemittere, non abs re fore judicamus. Varias enim codex graecus virorum eruditorum euras ac labores expertus eſt, et variae ſunt tentaminum periodi, in quibus viri, qui rei ſacrae optime conſulere ſtudnerunt, novis curis textum graecum recognoverunt. Quae ſingula breviter hic exponenda ſunt. Ad primam periodum referimus editiones duas principes ſeu primas, quarum editores e ſolis MStis codicibus textum graecum exſcribi curarunt. Prima omnium eſt editio Complutenſis, quam Cardinalis *Ximenii* curae debemus. Altera itidem prima eſt prima editio *Eraſmi Roterodami*, quam cum edidit, ad MStos codices recurrere ipſi aeque neceſſum fuit; nam Complutenſis illa adhuc retinebatur, cum prima et ſecunda

Digitized by Google

Eraſmi in publicum prodiret. Per plures annos, neſcio quo fato, codex ille praeſtantiſſimus Complutenſis a viris eruditis, qui edendo Novi Teſtamenti graeco textu occupati fuere, repoſitus eſt, donec tandem *Chriſtophoro Plantino*, Antwerpienſium typographo, eum e tenebris quaſi iterum in lucem producere placuit. Recuſum dedit quidem Complutenſem codicem, ſed quod maxime dolendum eſt, non ſincerum et genuinum, ſed lectionibus Eraſmicis interpolatum; quem deinde alii ſequuti ſunt, quibus editiones ad hanc primam normatas debemus. Eraſmica vero editio prima ubivis laeto animo excepta longe plures invenit, qui eam typis multiplicarent. Ipſe *Eraſmus* quater illam recognovit, mutavit, addidit, detraxit, utcumque ei viſum eſt. Succeſſerunt varii Typographi, qui ut ad normam Eraſmicarum editionum novas iteratasque exprimerent editiones, quam frequentiſſime praela exercuerunt Hinc illae variae editiones Eraſmicae, quae tam diverſis temporibus et diverſis in locis prodiere, quarum tam ingens eſt omnino numerus, ut nos eas omnes enumeraſſe, haud aſſerere audeamus. Secunda periodus ſiſtit nobis viros eruditos, qui non ſolum Textum graecum ad MStos Codices revocarunt, ſed et textum ipſum ſecundum Codices, qui ad manus erant, immutarunt, lectionesque alias aliis eliminatis ſubſtituerunt, atque editiones pararunt, quae variis in locis ab aliis diſcedunt. Primus inter illos fuit *Simon Colinaeus*, qui Eraſmicam editionem ad aliquot recognovit codices, atque editionem procuravit, de qua nuperrimus N. T. graeci editor judicat, eam eſſe optimam et correctiſſimam, atque textum genuinum ſacri voluminis omnium optime exprimere. Sed unicus tantummodo *Boyardus* ad hanc editionem ſuam formavit. Secundus eſt *Robertus Stephanus*, Vir ille de N. T. graeco optime meritus, qui varios, quos Bibliotheca Regia Pariſienſis ſuppeditavit, conſuluit MStos Codices, atque quadruplici recognitione textum emaculatum reddere conatus eſt. Tertius eſt *Johannes Criſpinus*, quartus *Henricus Stephanus*, *Roberti* filius, et quintus *Theodorus Beza;* qui quidem omnes textum Stephanicum maxima ex parte ſervarunt, attamen in quibusdam locis, tum ab ipſo, tum a ſe invicem recedunt. Hinc illae variae editiones Rob. Stephanianae, Criſpinianae, Henr. Stephanianae et Bezanae, quas ſingulas ſeorſim ordine enumerabimus. Ad tertiam periodum revocamus editiones praeſtantiores, quae tum textum receptum ex praecedentibus editionibus compoſitum, tum novis curis varias e Codicibus MStis et variis editionibus collectas lectiones exhibent, quorſum editiones Elzevirianae aliaeque referendae ſunt, quarum agmen claudit praeſtantiſſimum opus Millianum. Ad quartam periodum referendae ſunt recentiorum Criticorum editiones, qui cum de novo MStos conſuluere codices, textum receptum hic illic mutandum, lectionibusque receptis alias ſubſtituendas eſſe judicarunt: quorum in numero eſt audax ille Criticus *Wettſtenius*, cui quidem textum graecum adulterare non licuit, qui tamen, quae ipſi immutanda viſa ſunt, adhibitis ſignis ſatis clare monſtravit; et quod ipſi haud licuit, ejus loco *Bowerus* Anglus praeſtitit. Haec ſunt, quae de Codicis ſacri inter Criticorum manus verſantis variis fatis praemittenda eſſe duximus. Supereſt adhuc ingens multitudo editionum minoris commatis, quae potiſſimum in uſum Scholarum emiſſae et recuſae ſunt, et textum habent receptum. Quarum quidem recenſio editionibus Elzevirianis ſtatim ſubjungi potuiſſet, ſiquidem illae plerumque Textum Elzevirianum ſiſtunt. Verum, ne ſeries editionum praeſtantiorum ad periodum tertiam relatarum interrumpatur; hiſce minores editiones,

quarum

Digitized by Google

quarum aliae ſatis ſunt nitidae, accuratae et magnis curis procuratae, ultimo loco ſecundum ordinem Typographiarum alphabeticum recenſere nobis viſum eſt.

§. III.

De Novi Teſtamenti graeci editione Complutenſi omnium prima, ſi ſolam temporis rationem haberemus, omnium primo nobis loquendum eſſet. Jam enim anno ſeculi decimi ſexti decimo quarto e praelo emiſſa eſt, dum editores Bibliorum polyglottorum primo tempore Novum Teſtamentum, non vero polyglotton, ſed tantummodo graeco-latinum exſcribi curarunt. Sed quia ſingulas editiones graeco-latinas ad ſectionem ſecundam remittere ſtatuimus, ibi quae ad hiſtoriam hujus editionis praeclarae faciunt, exponenda erunt. Interim cum hanc editionem ut normam ſequentium editionum hoc loco conſideramus, non poſſumus non quaedam de illa in anteceſſum monere. Editionem Operis Biblici, quod ſub Polyglottorum Complutenſium nomine venit, editores ab anno ſeculi ſecundo ad annum decimum ſeptimum occupaſſe omnino verum eſt: ſed eos ſoli N. T. graeco-latino edendo usque ad annum decimum quartum operam adhibuiſſe, ut cum nonnullis credam, haud a me impetrare poſſum. Integrum opus inter plures fuit diſpertitum; alii de Novo Teſtamento, alii de Veteri hebraico, alii de Veteri graeco, alii de Paraphraſibus chaldaicis fuere occupati. Quinque jam exſtabant Veteris Teſtamenti Hebraei integri editiones; ſed nulla Novi Teſtamenti editio graeca. Ad MStos codices itaque omnino recurrendum erat. Adfuerunt jam ante tempora *Leonis* X. id eſt ante annum 1513. MSti Novi Teſtamenti Codices. *Leonis* vero beneficio acceſſit ille *codex venerandae vetuſtatis*, quem in exprimendo textu ut archetypum, attamen collatis et in ſubſidium vocatis aliis codicibus, ſequuti ſunt editores. Sed ubi ſunt illi codices? Quales, cujusve notae fuere? Id eſt, quod omnes adhuc fugit. Fortaſſis adhuc Alcalae latent, et quis eſt, cui ad tales in clauſtris monachorum reconditos Theſauros pateat aditus? Supereſt nobis editio, quae omnium conſenſu eſt inſtar Codicis MSti ſatis antiqui. Ad hanc vero editionem principem et cardinalem recentiores variae editiones formatae ſunt, quarum notitiam hic primo loco ſuppeditabimus. Diſtinguuntur vel dignoſcuntur hae editiones potiſſimum lectione ſingulari Apoc. XXII, 27. ubi Complutenſis, et quae cum illa faciunt, bis legunt ἔρχου, cum alii legant ἐλθέ. Quae priorem habent lectionem ut editiones ex hac prima derivatas enumerabimus.

§. IV.

Edit. Antwerp. Plantini. Edit. Antw. Plantini.

* Novum Teſtamentum graecum. Antwerpiae. Chriſtoph. Plantini. 1564. 12. [a]). [I.]

[De editione hujus anni *Jacobus Le Long* unicus nobis eſt teſtis; reliqui vero, qui in hiſtoriam editionum N. T. inquiſiverunt, nullam ejus unquam fecerunt mentionem. Plures ſunt a *Chriſtophoro Plantino* procuratae editiones, quarum majores in ſecunda ſectione enumerabimus. Minorum editionum primam *Walchius* ad annum 1569. refert; et fortaſſis majori jure: hoc enim anno ille celebris typographus in edendis Bibliis Regiis Polyglottis occupatus erat. Hinc nobis cum eodem quoque tempore

a) *Le Long* p. 211. col. 1. B.

Digitized by Google

Edit. Antw. Plantini. tempore N. T. graecum minori forma evulgaſſe facile perſuademus. Ad Complutenſem editionem textus editionum Plantinianarum, inſertis tamen quibusdam lectionibus Eraſmicis, formatus eſt [b]).

[II.] * Novum Teſtamentum graecum minutioribus litteris. Antwerpiae, Chriſtophori Plantini. 1573. 8. [c]).

[*Le Long* et Cl. *Knochius* iisdem verbis hanc editionem indicarunt. Servo inter recułas meas hujus editionis exemplar, quod vero titulo et praefatione caret. In ſuperiori primae paginae parte leguntur ſequentia: *Της καινης διαθηκης ἁπαντα. Ευαγγελιον κατα Ματθαιον.* Textus minutioribus typis et multis ſcribendi compendiis diviſis columnis eſt inſcriptus. Capita litteris graecis ſunt diſtincta, et verſuum numeri in margine notati. Edidit eodem anno Plantinus V. T. hebraicum (Cap. I. ſect. I. §. XXXVI.) et Novum Teſtamentum Syriacum, et hoc quidem ſine titulo, in eadem forma, ut tria volumina commode ligatura jungi queant. Hinc ſine titulo quoque Novum Teſtamentum prodiiſſe, non a vero alienum eſſe videtur [d]).

[III.] * Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum. Antwerpiae ex officina Chriſtoph. Plantini, Architypographi Regii. M. DLXXIV. 32. [e]).

[In tituli pagina verſa exhibetur ordo librorum N. Teſtamenti. Capitum numerus litteris graecis, verſuum vero notis numericis in margine exteriori indicatur. Ad calcem adhaeret Privilegium regium anno 1570. datum; quo demonſtratur ad editionem Complutenſem Plantinianas eſſe formatas; quae tamen variis in locis ab illa recedunt, et a textu recepto tantummodo in 145. locis differunt. Quae a *Baumgartenio* recenſetur editio anni 1575. eadem eſt; nota enim anni vitium involvit typographicum [f]).

Edit Plantinianae.

§. V.

Edit. Plantinianae.

[I.] * Novum Teſtamentum graecum. Antwerpiae. Plantini. 1590. 8. [g]).

[Editionibus a *Chriſtophoro Plantino* in publicum emiſſis a *Jacobo Le Long* adnumeratur haec editio, quae vero non ab ipſo *Plantino*, qui hoc anno jam inter vivos eſſe deſierat, ſed a genero ejus *Johanne Moreto* Antwerpiae ex officina Plantiniana ad normam praecedentium procurata eſt.

[II.] * *Της καινης διαθηκης ἁπαντα.* Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum. Ex officina Plantiniana apud Franciſcum Raphelengium. MDXCI. 24. [h]).

[Ab altero *Chriſtophori Plantini* genero, *Franciſco Raphelengio*, ex officina typographica Lugduni Batavorum extructa ad normam priorum in vulgus emiſſa editio.

* Της

b) *Walchius* biblioth. exeget. p. 18.
c) *Le Long* p. 213. col. 1. D.
d) *Knochii* Nachrichten p. 399. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 18. Beyträge zur Geſchichte merckw. Bücher. p. 34.
e) *Le Long* p. 213. col. 1. D.
f) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 380. Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 76. n. 54. *Walchius* p. 18. *Vogtii* Catal. libr. rar. p. 662. Catalog. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 10.
g) *Le Long* p. 214. col. 2. C. *Walchius* p. 18.
h) *Le Long* p. 214. col. 2. D. *Walchius* p. 18. *Wetſtenii* prolegomena cum praefat. *Semleri* p. 387.

Digitized by Google

* Τῆς καινῆς — Ex officina Plantiniana, apud Chriſtophorum Raphelengium Academiae Lugduno-Bat. Typogr. MDCI. 16. [i]). [III.]

[Poſt mortem *Franciſci Raphelengii*, filius ejus *Chriſtophorus* a patre exſtructae typographiae Plantinianae praefuit, cui hanc debemus editionem. Refertur a nonnullis ad A. 1602.

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum. Ex officina Plantiniana Raphelengii. MDCXII. 32. [k]). [IV.]

* [Editio a filiis *Franciſci Raphelengii* procurata, quae ſplendoris aut nitoris nihil habet. Diſtinctiones capitum, uti in praecedentibus, litteris graecis, verſuum vero diſtinctiones numerorum notis in margine ſunt notatae. Tres e typographia Plantiniana Lugdunenſi emiſſae editiones ab ipſo *Chriſtophoro Plantino* procuratis longe ſunt inferiores [l]).

§. VI.

Edit. Genevenſes. Edit. Genev.

Novum Teſtamentum graece. Genevae apud Jacob. Stoer. 1609. 12. maj. [m]). [I.]

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Genevae. 1609. 24. pp. 816. [n]). [II.]

[Ad manus eſt editio in forma minima, quoad maximam partem titulo orbata. Ad calcem vero notatum eſt: *Genevae excudebat Petrus de la Roviere.* 1609. Sequitur accurate editiones Plantinianas, et capita litteris graecis, verſus vero in margine interiori diſtinguit.

Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum, cum notis Joſephi Scaligeri in locos aliquot difficiliores nunc primum editae. Additur etiam Syllabus locorum Novi Teſtamenti, de quorum ſenſu et applicatione hodie lis eſt. Coloniae Allobrogum apud Petrum de la Roviere. MDCXIX. 4. [III.]

[Bibliopolae Genevenſes et inprimis *Petrus de la Roviere*, ſeu *Petrus Quercetanus* editiones Plantinianas et ſpeciatim Biblia *Ariae Montani* recudi curarunt, quorſum et haec editio referenda eſt, quae quidem typis majuſculis, ſed innumeris fere ſcriptionum compendiis in forma quarta exſcripta eſt, ut Bibliis Hebraicis Cap. I. Sect. I. §. XX. recenſitis commode jungi queat. *Scaligeri* annotationes ſunt paucae, et vix tanto nomine dignae; utcumque tamen ſunt, ob clarum auctoris nomen et aliis editionibus additae ſunt [o]).

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum cum notis Joſephi Scaligeri — hodie lis eſt. Genevae apud Petrum de la Roviere. CIↃIↃCXX. 4. [IV.]

Serva-

i) *Le Long* p. 215. col. 2. D. Catalog. Biblioth. Bunavianae Vol. 1. p. 11.

k) *Le Long* p. 216. col. 1. B.

l) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern Vol. 2. p. 31. *Walchius* p. 18. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 49.

m) Index Bibl. Wernigerod. p. 25.

n) *Le Long* p. 216. col. 1. A.

o) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 195. Index Bibl. Wernigerod. p. 21. Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 11. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Comment. du N. T. p. 778. *J. P. Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten Vol. 21. p. 100. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 38.

Digitized by Google

Edit. Genev. Servabatur in Bibliotheca hujus editionis exemplar ab Henrico Ernſtio collatum cum viginti codicibus editis vel manuſcriptis p). [Editio eadem ac praecedens, quamvis diverſam in fronte anni notam expreſſam habeat.

[V.] * Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum. Aureliae Allobrogum, ſumtibus Joannis de Tournes. MDCXXVIII. 12. min. q)

[*Petro Quercetano* ſucceſſit *de Tournes*, qui N. T. iterum praelo ſubjecit, ut exacte anno 1609. ab illo procuratae editioni reſpondeat. r)

[VI.] * Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα — Genevae ſumptibus Joann. de Tournes et Jac. de la Pierre. MDCXXXII. 24. s)

[Editio praecedentem accurate repraeſentans.

§. VII.

Edit. Commelini.

Editio Commelini.

* Novum Teſtamentum graece, cum obſervationibus et notis Oligerii ſive Gumnaei Roſenkranzii et aliorum. Ex officina Commeliniana. 1602. 8. 2 Vol. t)

[Haec ſunt quae *Le Long* nobis de hac editione, quam ipſe non vidit, ſed in indice chronologico aſteriſco notavit; et quam ipſe omni cura et ſtudio, ſed fruſtra quaeſivi. Vixerunt ſeculo ſuperiori duo *Roſenkranzii* ſcriptis clari: *Oliger* ſive *Gumnaeus*, natus 1574. et denatus 1642. qui anno 1602. actate viginti octo annorum fuiſſet. *Georgius* natus 1607. et denatus 1675. Poſterior ſcripſit *Praxin Teſtamenti ἀναμνήσεως*: prior vero edidit Pſalterium Danicum. Sed de obſervationibus in N. T. nullibi quidquam indagare potui. Editio mihi itaque valde eſt dubia: ſi vero exiſtit, ad Plantinianas textus formatus eſt; eundem enim idem typographus 1599. exſcribi curavit. v. Sect. II. §. VI.

§. VIII.

Editio Moguntina.

Editio Moguntina.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Sive novum D. N. J. C. Teſtamentum graecum cum variantibus lectionibus, quae demonſtrant Vulgatam latinam ipſis e graecis N. T. codicibus hodienum exſtantibus authenticam. Accedit index Epiſtolarum et Evangeliorum, ſpicilegium apologeticum et lexidion graeco-latinum. Cura et opera Hermanni Goldhagen ſocietatis Jeſu. Editio Catholica et noviſſima. Cum Privilegio S. Caeſ. Maj. et permiſſu Superior. Moguntiae ſumptib. Franciſci Varrentrap Bibliopolae Electoralis aulici. MDCCLIII. 8.

Quo frequentiores ſunt a Proteſtantibus procuratae N. T. graeci editiones, eo rarius evenire ſolet, ut Pontificii hodierni, *Ariae Montani*, Plantinique veſtigia premen-

p) *Le Long* p. 216. col. 1. E. Index Bibl. Wernigerod. p. 25.

q) *Le Long* p. 217. col. 2. B.

r) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 382. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 53.

s) *Le Long* p. 217. col. 2. D. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 472.

t) *Le Long* p. 215. col. 2. D.

prementes edendis fontibus ſacris euras et vigilias conſecrent; qui cum ſolam Vulgatam latinam ut authenticam agnoſcere eoaeti ſunt, parum emolumenti e fontibus ſacris haurire poſſunt. Mirum itaque foret, *Goldhagenium*, hujus editionis catholicae promotorem, graecum textum variis leetionibus inſtructum emiſiſſe, niſi id eum in finem factum eſſe, ut majorem Vulgatae eoneiliaret auctoritatem, ſatis manifeſtum eſſet. Textus ſequitur editionem Complutenſem ſeu Plantinianam. Leetionum varietates tum ex editionibus a Proteſtantibus proeuratis, hine ex editionibus Non-Catholicis, tum ex MSto Moleshemienſi eolleetae, et editioni Catholicae adjeetae ſunt. Singula capita Summaria in fronte oſtendunt. Adhaeret ſpicilegium apologeticum praecipuorum locorum, quae Acatholici nonnulli in Vulgata latina perperam infectantur *).

Editio Moguntina.

§. IX.

Quo minor eſt editionum N. T. graeci numerus, quae primam Cardinalem repraeſentant, eo major eſt earum, quae ad alteram Primam formatae et ad Claſſem editionum Eraſmicarum referendae ſunt. Prodiit prima *Deſ. Eraſmi Roterodami* editio anno 1516. antequam Opus Biblicum Complutenſe ad finem perduci potuit. Producta vero eſt ab editore tempore maxime opportuno. Complutenſes opus magnum moliri, notum, ſed quale illud eſſet, non adeo compertum erat. Exſpectatur ab iis, qui rei ſacrae favebant, et antequam illud publice exponitur, ſuum opus offert *Eraſmus*. Mox B. *Lutherus* noſter divina excitatus et ſuffultus manu contra abuſus et errores, qui eccleſiam Dei macularant, verum Dei verbum producens, et ad ſacros fontes provocans inſurgit. Deliberatur Romae, num hiſce temporibus, in quibus Monachus ille Wittebergenſis, tantas, ut ajebant, excitarat turbas, Opus Complutenſe publice exponere Eccleſiae conducêret? Preſſum tenetur et oppreſſum in Clauſtris ad annum 1522; interim Eraſmicum Opus Venetiis, bis Baſileae et Hagenoae typis iterum exprimitur. Prodit tandem Opus Complutenſe, voluminoſum, oneroſum, multo aere redimendum. Eraſmicum vero minori aere comparatur, et quotidiano uſui commode propter minorem molem inſervit. Uti lux Evangelii creſcit, adaugetur deſiderium, ex ipſis fontibus ſacras hauriendi veritates: cui ut ſatisfaciat, omnem Typographi, ut iteratae exſtarent cujusvis formae et pretii editiones, omni cura et ſtudio allaborant. Quae omnia ſi rite conſiderantur, quo factum ſit, ut editiones Eraſmicae tantam nactae ſint auctoritatem, ut et poſt *Roberti Stephani* tempora quam ſaepiſſime praelo iterum ſubjectae ſint, haud difficile eſt dijudicatu. Reliqua, quae inprimis editiones normantes ab ipſo *Eraſmo* procuratas ſpectant, ſuo loco in Sect. II. §. XVII. dabimus. Jam vero editiones normatas eo ordine enumerabimus, ut quantum fieri poteſt, antiquiores recentioribus praemittamus. Antiquiores editiones id peculiare habent, quod in illis locus Marc. XI, 26. deſideretur.

u) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 15. *J. D. Michaelis* Einleitung Vol. 1. p. 455. F. *W. Kraftii* theol. Bibliothek Vol. 9. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 63. p. 244. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 32.

Digitized by Google

Editio Veneta prima.

§. X.

Editio Veneta prima.

* **Novum Teſtamentum graecum. Venetiis 1518. fol.**

Novi Teſtamenti textus in his Bibliis Eraſmico, qui paulo ante prodierat, adeo mirifice ſimilis eſt, ut ad eum expreſſum fuiſſe, haud ſit, quod dubitemus. Idem eſt editionis utriusque apparatus. — — Quid? quod ab Eraſmica adeo parum receſſerint editionis Aldinae curatores, ut etiam errores ejus quam plurimos in ſuam transferendos curarint. — Quamvis autem ex dictis luce clarius ſit, compoſitam fuiſſe hanc ad Eraſmicam, haud paucis tamen in locis ab ea receſſum videmus, partim operarum incuria, partim curatorum ipſius operis ingenio, plerumque autem auctoritate aliquorum MSS. exemplarium. Certe locis plus centum emendatum in hac editione comperi textum Eraſmicum, ac totidem vero locis vitiatum x).

Titulo omnino caret haec editio N. T. graeci rariſſima, quae folius textus graeci omnium eſt prima. Prodiit ut tertia pars Bibliorum graecorum ab *Aldo Manutio* procuratorum, hinc in rubro N. T. tantummodo ſequentia leguntur. Ἔλεγχος τῶν βιβλίων τοῦ τρίτου μέρους. et ad Voluminis calcem: *Venetiis in aedibus Aldi* et *Andreae Soceri.* MDXVIII. *menſe Februario.* Prodiit integrum opus biennio poſt mortem *Aldi Manutii*, viri in republica litteraria clariſſimi, procuratum ab *Andrea Aſulano*, qui Veteris Teſtamenti partem priorem *Aegidio Viterbienſi* R. E. Cardinali inſcripſit. Succeſſit ei *Federicus Aſulanus*, qui Veteris Teſtamenti poſteriorem partem *Danieli Renerio*, Veronae Praefecto, dicavit, cui acceſſit *Franciſcus Aſulanus*, qui N. T. *Eraſmo Roterodamo* epiſtola dedicatoria conſecravit; atque ſic *Eraſmo* reddidit, quod *Eraſmi* erat. Plurima enim et fere omnia ex *Eraſmi* prima editione hauſta ſunt. Vitae Evangeliſtarum ex Dorotheo praemiſſae ſunt in utraque. Titulus Evangeliorum et Actorum, ut et ad horum calcem poſita, in utraque eadem. Argumenta Epiſtolarum eadem; niſi quod praemiſſa in Epiſtolis ad Coloſſenſes et Philemonem auctiora paulo ſint in Aldina ope cujusdam Exemplaris. Diviſiones Epiſtolarum eaedem. Deſunt denique eadem Commata *Marc.* XI, 26. 1 *Joh.* V, 7. ut haec editio primam *Eraſmi* potiſſimum repraeſentet. Ipſe vero *Eraſmus*, qui in defenſionibus contra adverſarios ſuos, ſaepius ad hanc provocat editionem, in Cenſuram recentiorum Criticorum incidit, quod haud ſincere eum adverſariis egerit. Sed utrum editores MSta conſulerint, an vero ex ingenio loca emendarint, id eſt, de quo adhuc ſub judice lis eſt. Nec obverti poteſt, nullum hactenus detectum eſſe MStum, quod ejusmodi lectiones oſtendat. Nam iſto tempore haud conſuetudinis erat, MSta accurate recenſere, quae typographis ad manus erant: nec hodie ſcimus, ubi MSta, quibus editores in recognoſcendo V. T. uſi ſunt, ſepoſita fuere. Hinc *Eraſmus* potius exculpandus, quam accuſandus nobis videtur y).

§. XI.

x) *Le Long* p. 202. col. 2. D. e *Millii* prolegom. p. 112.

y) Conf. *Knochii* Nachr. p. 260. *J. D. Michaelis* Einleitung Tom. 1. p. 69'. *Theophili Sinceri* Samlung von raren Büchern p. 155. *Mich. Lilienthalii* Erleutertes Preuſſen Tom 1. p. 741. 743. *J. G. Pritii* introduct. in N. T. p. 392. *J. A. Fabricii* Biblioth. gr. Vol. 4. p. 185. *Walchii* biblioth. exeget. p. 15. *Goetzii* Merckwürdigkeiten der königl. Biblioth. Vol. 2 p. 185. Beyträge zu den Hamb. gelehrten Nachr. 1775. n. 64. p. 07. *Mich. Maittaire* annal. typograph. Tom. 2 Part. I. p. 310. Bibliotheca Solgeriana Tom 1. p 4. *J. M. [illegible]* Verzeichnis p. 27. Index Bibl. Wernigerod. p. 21.

§. XI.

Editio Hagenoenſis.

Editio Hagenoenſis.

* Novum Teſtamentum Graece. Cum Praefatione Nicolai Gerbelii. Hagenoae, Anshelmi Badenſis 1521. Menſe Martio. 4.

In hujus calce profitetur Editor (ſc. Gerbelius), nullam dictiunculam vel minimam ſecundum Frobenii Aldique Editionem, in ea editione deſiderari, quam ſenſus neceſſitas poſtularet. Illud nempe notandum dixit ob voces quasdam, quae incuria neſcio qua, e corpore textus exciderant. — Textum hujus editionis percurrenti, conſtabat primo intuitu, expreſſam eam fuiſſe ad Eraſmicam ſecundam, translatis tamen ex Eraſmica priori, eamve ſecuta Aldina, neſcio quo pacto, vitiis haud paucis, quae in Eraſmica poſteriori emendata fuerant, admiſſisque inſuper multis lectionibus ἀδοκίμοις, pro quibus genuinas in editione ſecunda, quam ob oculos editor habebat, expoſuerat Eraſmus, quin et inſertis etiam hic illic Eraſmicarum loco lectionibus Aldinis, quas ab Eraſmicis diverſas habuit iſta editio, circiter tredecim, quae ſibi probatiores videbantur. Illud certe non minus de aliis, quam hac, ad Editiones Frobenianas accuratis notandum eſt, eas nulli uni e Frobenianis adeo preſſe inhaerere, ut non ex una in aliam ex occaſione tranſiliant, eamque demum ſeligant lectionem, quae genuina videatur [a]).

[In Rubro Libri tantummodo haec verba expreſſa exſtant: *Novum Teſtamentum graece.* Ad calcem vero deſignationi mendarum typothetae emendandarum ſubjicitur: *Hagenoae in aedibus Thomae Anshelmi Badenſis. Menſe Martio. Anno ſalutis noſtrae* MDXXI. Inſcripſit quidem *Nicolaus Gerbelius* hoc N. T. omnibus Chriſtianis praefatione Argentorati data: ſed quae indolem atque conditionem hujus editionis concernunt, de iis omnino nihil memoriae conſignavit. Textus integris lineis eſt exſcriptus ſine ullo capitum aut ſectionum indicio. Evangelio Matthaei praemittitur *Theophylacti* prooemium graece, et vita ſecundum *Sophronium*, reliquis vero Evangeliſtis vita e *Dorotheo* praemiſſa legitur. Ante epiſtolas Apoſtolicas vero πρόθεσις, ſeu argumentum graece expreſſum eſt. Loca illa Marc. XI, 26. et 1 Joh. V, 7. ab hac editione ex Eraſmica ſecunda derivata abeſſe ſatis notum eſt [b]).

 §. XII.

a) *Le Long* p. 203. col. 1. E. ex *Joh. Millii* proleg. p. 114.

b) Conf *Baumgartenii* Nachr. Vol. 1. p. 193. *Knochii* Nachrichten p. 295. Beyträge zur Geſchichte merckw Bücher p. 27. Samlung v. alten und neuen theolog. Sachen A. 1742. p. 517. *Hirſchii* millenar. I p. 18. *Mylii* memorabilia Biblioth. Jenenſ. p. 286. Index Wernigerod. p. 21. Catalog. Biblioth Bunav. Tom. I. p. 10. *J. D. Michaelis* Einleitung Vol. I. p. 696. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 15. *J. G. Pritii* introduct. p. 408. *J. Fr. Reimmanni* Catalog. Biblioth. theolog. p. 217. *Joh. Vogtii* catalog. libror rarior. p. 661. *Mich. Mattaire* annales Tom. 2. Part. 2. p. 606. *J. M. Gotzii* Verzeichnis p. 37. p. 37. Qua editione N. T. uſus ſit *B. Lutherus* in adornanda verſione germanica, diſputatum eſt inter eruditos. Gerbelianam editionem eum ſequutum fuiſſe, confirmare ſtuduit *Tobias Eckardus* in conjecturis de codice graeco N. T. quo uſus eſt B. *Lutherus*, Halberſtadii 1722. 8. Contrarium ſtatuit *Petr. Adolph. Boyſenius* in Diſſertatione critica de codice graeco N T. et conſilio, quo uſus etc. Lipſiae 172. 4. Reſpondit *Eckardus* in Epiſtola ad *Boyſenium*, Quedlinburgi 1723. 4. Quibus denique acceſſit *J. G. Palmius*, tractatu de codicibus V. et N. T. quibus B *Lutherus* uſus eſt, Hamburgi 1735. 8. qui cap. 2. §. 7 et 8. p. 47. hanc Gerbelianam accurate recenſet editionem,

N. T. Argentor.

§. XII.

N. T. Argentor.

[I.] * Novum Teſtamentum Graece. Argentorati apud Wolfium Cephalaeum. Anno 1524. 8.

Ex monito Typographi: Ego novam, quam inſtituo officinam, quamque exteris potiſſimum linguis exornare animus eſt, Fabricii Capitonis conſanguinei mei tum induſtria tum conſilio opitulantibus, Chriſto inprimis et ſaluti tuae dico, inde tibi offerens Novum Teſtamentum novo Graeco charactere (*minuſculo*) exeuſum ὡς τα ἀκροθινια.

Sequitur haec editio pene in omnibus Hagenoënſem, ad eamque ſine omni dubio excuſa fuit, certe quantum quidem obſervaverim, haud abſcedit ab ea, niſi in locis undecim duntaxat, e quibus ſeptem ſunt in Eraſmiea prima et Aldina, tria in Aldina ſola, unum perperam emendatum eſt ex ingenio Editoris. *Jo. Millius*, proleg. p. 114. Haec *Le Long* [c]).

[Typographus Argentoratenſis, cui hanc editionem rariorem, ut et alias graecorum librorum editiones debemus, germanice *Wolffgang Koephel* audit. Typi, quibus uſus eſt, ſunt quidem diſtincti, at minores, ut oculis lectoris facile moram in legendo injiciant. Ad editionem Hagenoenſem proxime accedit, et ſingula quae Evangeliſtis a *Gerbelio* praemiſſa ſunt, et hic leguntur. Capita vero librorum certis nůmeris diſtinxit, quod a *Gerbelio* omnino neglectum erat. Tritum illud Johanneum comma nec non Marc. XI, 26. et hic deſideratur. Ejusdem Typographi cura Novo Teſtamento graeco acceſſit anno 1526. verſio graeca V. T. edente *Joanne Lonicero*, qui et edendo N. T. graeco praefuit [d]).

[II.] Novum Teſtamentum graece. Argentorati 1534. 8.

Qui de hac editione rariſſima commentati ſunt, Typographi nomen nos ignorare voluerunt; quem tamen eundem *Cephalaeum* fuiſſe, mihi facile perſuadeo. Supernem, et quibus in locis ab Aldina et Eraſmicis recedat, adlatis teſtimoniis oſtendit. Lites vero iſtas dirimere a noſtro nimis longe recedit ſcopo; interim id unicum addere liceat, nimirum ex exemplaribus hujus editionis beati *Lutheri* manu notatis minime concludi poſſe, eum hac editione potiſſimum uſum fuiſſe. Recenſetur in Bibliotheca Solgeriana Vol. 2. n. 46. p. 7. exemplar hujus editionis addita ſequenti nota: „Hoc exem„plar manuale fuit B. Lutheri, quippe quod „etiam ipſius manu propria eſt notatum, „hine merito in pretio habendum, quod „etiam nos magis convincit, hac editione „Lutherum prae ceteris uſum fuiſſe.„ Verum argumento tam ficulneo ego quidem minime inſiſteram. Moris erat *Luthero*, nomen ſuum libris amicorum inſcribere. Quod rebus meis inſervit exemplar, bis manu *Lutheri*, et bis manu *Philippi Melanchthonis* eſt notatum: verum neutrius, ſed *Juſti Jonae* fuit manuale; cui B. *Lutherus* in fronte Anno 1542. ſequentia inſcripſit, quae hic poſteritati conſervanda duximus:

In tenebris noſtrae et denſa caligine mentis
Cum nihil eſt toto pectore conſilii
Turbati erigimus Deus ad te lumina cordis
Noſtra tuamque fides ſolius orat opem.
Tu rege conſiliis actus, pater optime, noſtros
Noſtrum opus ut laudi ſerviat omne tuae.

c) p. 204. col. 1. E.

d) Conf. *Knochii* Nachrichten p. 346. *Michaelis* Einleitung p. 697. *Reimmanni* acceſſiones ad Catal. p. 145. Index Bibl. Wernigerod. p. 21. *Goetzii* Merkwürdigk. Vol. 2. p. 186. *Walchius* p. 16. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 39.

Superſtes adhuc fuit anno 1542, uti ab ipſo excuſus Homerus teſtatur e). Praeterea editio praeſens accurate repraeſentat praecedentem, atque eadem loca Marc. XI, 26. et 1 Joh. V, 7. hic deſiderantur. Quae Cl. *Joh. Dav. Michaelis* de editione ſecunda Argentoratenſi anni 1524 refert, quod Aldinam ſequatur, non de hac editione anni 1534. intelligenda ſunt. Sed falſo ſibi perſuaſit, *Cephalaeum* V. T. graeco aliud addidiſſe N. T. ab illo quod deſcripſimus, diverſum. Nollem praeterea utrasque exinde a ſe invicem diſtinguere quod prior ad Gerbelianam, poſterior ad Aldinam formata ſit, nam Gerbeliana ex Aldina formata eſt f). N. T. Argentor.

§. XIII.

Editiones Baſil. Bebelii.

Edit. Baſil. Bebelii.

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti omnia. (Baſil. 1524.) 8. [I.]

Jo. Bebelius lectori. Habes C. L. Enchiridion totius Novi Teſtamenti Graeci, meis quidem elaboratum manibus, ingenio vero Ceporini haud vulgariter de linguis meriti probe caſtigatum, ſumptus ad hoc Joanne Wattenſchnee viro praeclaro liberaliter nobis ſuppeditante g).

[Ad calcem Typographi nomen expreſſum legitur: *Baſileae apud Jo. Bebelium Menſe Auguſto, An.* M. D. XXIIII. Praefationis loco praemittitur: *In ſacrarum litterarum lectionem Jo. Oecolampadii exhortatio*, quae hic prima vice prodiit, tempore poſteriori vero ſaepius recuſa eſt. Editionem procuravit *Johannes Ceporinus*: ſub quo nomine *Joh. Pellicanum* latere voluiſſe ſibi perſuaſit *Le Long*, et poſt eum Cl. *Knochius*. Verum vixit Baſileae *Johannes Ceporinus*, cui et editionem Pindari Baſileae per Andream Cratandrum 1526. debemus; vir graecarum litterarum peritiſſimus, qui vero ad finem anni 1525. anno aetatis 26. ad ſuperos abiit. Textus graecus ex Eraſmica tertia eſt exſcriptus, hinc comma Johanneum hic exhibetur: ſed non preſſo pede illam, verum nonnullis in locis priores Eraſmicas, vel Aldinam, vel Hagenoenſem ſequitur. Marc. 11, 26. hic uti in Eraſmianis deſideratur. Adeo infrequens eſt editio prima Bebeliana, ut ipſi *Millio* ignota fuerit h).

* Τῆς καινῆς — omnia. (Baſil. 1531.) 8. [II.]

Ad calcem: Baſileae apud Jo. Bebelium, menſe Junio, an. M. D. XXXI. Secunda Bebelii editio, quae priori exacte reſpondet, eandemque *Oecolampadii* praemiſſam

e) Ad manus ſunt ex hujus typographi prelo. 1) Ὁμήρου ἰλιάς. Argent. apd' Vuolf. Cephal. Anno M. D XXV. 8. In ultima pagina apparet lapis quadrangularis, a quatuor juvenibus ſuſtentatus, cum inſcriptione hebraica e Pſalm XVIII, 3. deſumta: et infra figuram legitur: Ὁ Χριστὸς ἐστι λίθος ἐξουθενημένος. 2) Ὁμήρου ἰλιάς. Argent. apud Vvolf. Cephal M. D XLI. 8. 3) Ὀδύσσεια. M. D. XLII. 8 ad Calcem: Ἐν ἀργεντοράτῳ παρὰ βολφίῳ τῷ κεφαλαίῳ. Ἔτει τῆς σωτηρίας ἡμῶν α. φ. μ. β. Μηνὶ μουνιχιῶνι. Quibus edendis typographus eosdem typos ac primae editioni N. T. conſecravit.

f) *Vogtii* Catal. libr. rar. p. 661. *Saltbenii* Catal. libr. rar. Biblioth. p. 498. Bibliotheca Roloffiana p. 4. n. 16. Bibliotheca Haſaeana p. 108. *Baueri* Biblioth. libror. rar. Vol. 4. p 160. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 31. *J. D. Michaelis* Einleitung Tom. 1. p. 697.

g) *Le Long* p 204. col. 2. A.

h) Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol 6. p. 199. *Knochii* Nachrichten p. 350. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. p. 10. *Walchius* p. 16. *Vogtii* Catal. libr. rar. p 661. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 40. Index Bibl. Wernig. p. 21.

Digitized by Google

Edit. Baſil. Bebelii. miſſam habet exhortationem. Recenſet illam quidem *Le Long* [i]), ſed ita, ut quae de ſecunda editione obſervarat *Millius*, ad primam referat editionem. Judicat vero *Millius* de indole hujus editionis: „Haec editio ad Eraſmicam tertiam expreſſa eſt, verum ita, ut miſſa iſta, nonnunquam ſecundae, imo paucis aliquot locis primae lectiones amplectatur.„ quod de utraque editione veriſſimum eſt; hinc idem locus Marci hic deſideratur [k]).

[III.] * Τῆς καινῆς — omnia. (Baſil. 1535.) 8.

[Ad calcem: *Baſileae, apud Joh. Bebelium, menſe Februario, an. M. D. XXXV.* Recenſet *Le Long* [l]) ad hunc annum editionem N. T. graeci Baſileenſem, ſed ſine mentione typographi; quae vero Bebeliana tertia eſt, ſiquidem eodem anno nulla alia in lucem exiit editio. Tres vero hae editiones ſibi omni ex parte ſunt abſimiles. Addit Cl. *Knochius* quartam Bebelianam anni 1540. editionem; ſed procul dubio exemplari in ſine mutilo et manco *Platteri* editionem pro Bebeliana adſumſit. Non niſi tres exſtant hujus Typographi editiones [m]).

Edit. Baſil. Platteri.

§. XIV.

Editiones Baſil. Platteri.

[I.] * Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti omnia. (Baſil. 1538.) 8.

[Bebelianis editionibus omni jure ſtatim junguntur editiones a *Thoma Plattero* procuratae, et ad normam Bebelianarum ita exſcriptae, ut eandem praemiſſam habeant *Oecolampadii* exhortationem. Ad calcem primae editionis notatum eſt: *Baſileae per Thomam Platterum, anno* M. D. XXXVIII. *menſe martio* [n]).

[II.] * Τῆς καινῆς — omnia. (Baſil. 1540.) 8.

[Ad calcem: *Baſileae per Thomam Platterum Anno M. D. XL. menſe Septemb. Le Long* in recenſenda hac editione duplicem erravit errorem: *Novum Teſtamentum Gr. Lat. cum exhortatione Oecolampadii. 8. Baſileae. Platteri.* 1540. *Eadem forſan editio ac anni* 1538. Utraque enim editio eſt mere graeca ſine verſione latina, et differunt inter ſeſe ratione paginarum numeri; prior enim 325, poſterior vero 382. folia implet [o]).

[III.] * Τῆς καινῆς — omnia. Cum Scholiis ex patribus et hiſtoriis in loca obſcuriora in marginibus adjectis. (Baſil. 1543.) 8.

[Ad calcem: *Baſileae per Thomam Platerum, impenſis Reinhardi Beck. Anno M. D. XLIII. menſe martio.* Editio in omnibus praecedentibus ſimilis; hinc a *Le Long* editio graeca *ex caſtigatione Eraſmi* nominatur. Exhortationi *Oecolampadii* praemittitur

i) p. 205. col. 1. D.

k) Conf. Nachrichten v. e. Hall. Biblioth. Vol. 4. p. 189. *Millius* proleg. §. 1142. p. 115. *Joh. Alb. Fabricius* bibl. gr. Vol. 3. p. 186. *Michaelis* Einleitung p. 697. *Walchius* p. 16. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. p. 10.

l) p. 206. col. 1. B.

m) *Knochii* Nachrichten p. 363. Biblioth. Biblica Brunſvic. p. 21. n. 11. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 10. *Walchius* p. 16.

n) *Le Long* p. 206. col. 1. B. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 8. p. 10. Index Bibl. Werniger. p. 21. *Walchius* p. 16. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 42.

o) *Le Long* p. 206. col. 1. B. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 8. p. 11. Index Bibl. Wernigerod. p. 21. *Walchius* p. 16. *Hirſchii* millen. 1. p. 69.

Digitized by Google

mittitur epiſtola a *Johanne Gaſtio Severino Ertzbergero* inſcripta, qua ipſe de Scholiis margini adjectis rationem reddit: quae vero vix nomen ſcholiorum merentur, dum ſolis citationibus ſcriptorum S. Patrum, Auguſtini, Chryſoſtomi, Ambroſii, aliorumque conſtent, hinc nemini, niſi qui ipſa Patrum ſcripta ad manus habet, uſui eſſe poſſunt. Addit *Le Long* editionem iteratam anni 1544. de qua vero omnino dubito *p*). Edit. Baſil. Platteri.

§. XV.

Editiones Baſil. Brylingeri. Edit. Baſil. Brylingeri.

* Novum Teſtamentum Graecum ad tertiam Deſid. Eraſmi editionem vulgatum. Baſileae Nic. Brylingeri. 1533. 8. [I.]

[Recenſebimus hac paragrapho tantummodo editiones mere graecas, ex officina Brylingeriana in vulgus emiſſas, quarum haec prima eſt, eujus notitiam ſoli *Le Long* debemus *q*).

Novum Teſtamentum graece, poſt ultimam editionem D. Eraſmi recognitum et caſtigatum. Baſileae apud Nicolaum Brylingerum. Anno M. D. XLIII. 8. [II.]

[Editio *Le Long* ignota, quae ſolum exhibet textum graecum ſine ulla praefatione *r*).

* Novum Teſtamentum graece jam denuo accuratiori diligentia, quam hactenus, in uſum Theologiae ſtudioſis excuſum. Baſileae apud Nicolaum Brylingerum. Anno M. D. XLVIII. menſe Martio. 8. [III.]

[Editio tertia, et judice *Le Long*, *ſatis mendoſa*, quamvis accuratiorem diligentiam exſpectari jubeat titulus *s*).

* Novum Teſtamentum graecum. Baſileae 1549. 8. [IV.]

[Ita *Le Long*, ut de nomine typographi omnino taceat. *Brylingerum* vero hoc anno editionem graeco-latinam paraſſe, omnino certum eſt. Verum in Catalogo Bibliothecae Baumgartianae inter editiones graecas recenſetur editio hujus anni, et quidem Brylingeriana; quae certe eadem eſt, quam *Le Long* indigitat *t*).

Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Jeſu Chriſti Teſtamentum, graece, collatis non paucis venerandae fidei exemplaribus accuratiſſima nunc lima editum. Baſileae, per Nicolaum Brylingerum. Anno M. D. LIII. Menſe Martio. 8. [V.]

Ad

p) *Le Long* p. 206. col. 2. A. Catalog. Biblioth. *Baumgart.* p. 39. n. 51. Index Bibl. Werniger. p. 21. *J. B Riederer* Nachr. zur Kirchen-Gelehrt. u. Bücher-Geſch. Vol. 4. p. 249.

q) p. 205. col. 1. D.

r) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 6. p. 200. Beyträge zur Geſchichte merkwürd. Bücher p. 29. *Walchius* p. 16. qui et editionis Brylingerianae anni 1545. 8. mentionem facit, quae vero Brylingero minime tribuenda eſt. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 42.

s) *Le Long* p. 207. col 1. C. Nachrichten von einer Hall. Biblioth. Vol. 4. p. 191. *Joh. Alb. Fabricii* bibl. gr. Vol. 3. p. 186. *Walchius* p. 17. *J. M. Goezius* p. 42.

t) *Le Long* p. 207. col. 2. C. Catalog. Bibl. Baumg. p. 39. n. 256.

Edit. Baſil. Brylingeri. Ad editionem Eraſmicam quintam adornata eſt editio, cui eodem anno graeco-latina acceſſit, cujus *Le Long* mentionem facit [v]).

[VI.] Της καινης — Baſileae per Nicolaum Brylingerum. 1556. 8. [x]).

[VII.] Της καινης — lima editum. Baſileae apud Nicolaum Brylingerum. Anno MD.LVIII. 8.

Editioni anni 1553. in omnibus, quin et in ipſo libri titulo accurate reſpondet [y]).

[VIII.] * Novum Teſtamentum graece, ſub Ariſtarchi limam revocatum, additis notis marginalibus. Baſileae ex officina Brylingeriana. 1586. 8. [z]).

[Sub *Ariſtarchi* nomine *Iſaacum Caſaubonum* intelligendum eſſe, teſtis eſt *Le Long*. Utrum vero ipſe editionem procuraverit, an vero eo inſcio prodierit, omnino incertum eſt: poſterius vero cum veritate magis conſentire videtur, ſiquidem ipſe *Caſaubonus* N. T. cum ſuis annotationibus anno ſequenti 1587. Genevae in publicum emiſit. §. XLI. Brylingerianis editionibus annumerandae ſunt duae anno 1563. et 1564. procuratae editiones, quas vero, quia ad editiones Criſpinianas formatae ſunt, infra recenſebimus. §. XL.

Edit. Baſil. Valderi.

§. XVI.

Edit. Baſil. Valderi.

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti omnia. Baſileae. Joan. Valderus. XXXVI. (1536.) 16.

[Recenſet quidem *Jac. Le Long* hanc editionem, ſed nota anni, in qua litterae M. D. omiſſae ſunt, deceptus, illam ad annum 1636. refert. Praefationis loco praemittitur *Chryſoſtomi* ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον ματθαῖον τὸν Ἐυαγγελιςὴν, et *Gregorii Nazianzeni* tractatus περὶ θεότητος ad *Evagrium* Monachum. Textus Eraſmianam ſequitur editionem [a]).

Edit. Baſil. Herwagii.

§. XVII.

Edit. Baſil. Herwagii.

* Novum Teſtamentum graecum. Baſileae ex officina Herwagiana. 1545. fol.

Haec editio Novi Teſtamenti prodiit ad editionem Frobenianam quintam, ſive poſtremam, admiſſis tamen hic illic lectionibus, quae meliores videbantur, ex editionibus Frobenianis prioribus. Haec e *Millio* deſumſit *Le Long* [b]). [Idem *Millius* lectionum ſpecimina exhibet, additque: In voluminis calce poſitae ſunt lectiones variae V. T. et Apocalypſeos, partim (quod ait Editor) ex optimorum exemplarium collatione, partim ex obſervatione virorum doctorum collectae. Certe quae ad Apoca-

v) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 107. *Walchius* p. 17.

x) Catal Biblioth. Baumgart. p. 40. n. 62.

y) Catal Biblioth. Baumgart. p. 40. n. 63. *Freytagii* apparat Tom. 2. p. 723.

z) *Le Long* p. 214. col. 1. C. *Walchius* p. 33.

a) *Le Long* p. 218. col. 1. C. Catal. Biblioth Baumgart. p. 76. n. 46. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 41.

b) p. 206. col. 2. B. *Millius* proleg. p. 116. Bibl. Solgeri Tom. 1. p. 5. Index Bibl. Wernig. p. 22. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 250.

Digitized by Google

Apocalypſin attinent, ex Eraſmi tribus editionibus prioribus, Aldina et Colinaeana, maximam partem ſunt deſumtae; unam duntaxat ex alia (Bebelii dico) editione repraeſentatam vidimus. Id denique obſervandum eſt, Novum hocce Teſtamentum non ſeorſim prodiiſſe, ſed partem eſſe Bibliorum graecorum a *Herwagio* cum praefatione *Philippi Melanchthonis* editorum. Edit. Baſil. Herwagii.

§. XVIII.

Edit. Baſil. Curionis. Edit. Baſil. Curionis.

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti omnia. Baſileae. M.D. XLV. 16.

[Ad calcem typographus nominatur: *Baſileae per Hieronymum Curionem.* Ad Eraſmicas editiones effigiata eſt editio, hinc et Locus Marc. XI, 26. ab illa abeſt. Praemittitur *Chryſoſtomi* ὑπόμνημα περὶ εὐαγγελίου, et *Gregorii Nazianzeni* ad Evagrium Monachum περὶ θεότητος: ad calcem vero accedit Pauli itinerarium et martyrium. Omnia graece c).

§. XIX.

Edit. Baſil. Frobenii. Edit. Baſil. Frobenii.

* Νεα Διαθηκη. Novum Teſtamentum. Baſileae. M.D.XLV. 4.

Charactere grandiori et magnifico, ad Eraſmicam quintam. In hac editione textus incedit abſque omni comitatu, praeterquam κεφαλαίων majorum, quorum Lemmata praemiſſa ſunt evangeliis, notae ipſorum numerales ad marginem ſuis quaeque locis appoſitae, et ὑπογραφῶν Euthalianarum, quae additae ſunt ad calcem ſingularum Epiſtolarum D. Pauli d).

[Ad calcem nominantur typographi, quorum ſtudio et operae editionem hancce magnificam debemus, nimirum *Hieronymus Frobenius* et *Nicolaus Epiſcopius.* Praemittitur operi Symbolum Apoſtolicum; quae vera fides ſit chriſtianorum; Tabula N. T. Index ſectionum antiquarum quatuor Evangeliorum et vitae Evangeliſtarum e *Sophronio*, nec non vitae Apoſtolorum, quorum Epiſtolae in Novo Teſtamento poſteritati ſervantur e).

§. XX.

Edit. Baſil. Guarini. Edit. Baſil. Guarini.

* Novum Teſtamentum Gr. ex poſtrema Eraſmi recognitione. Baſileae. Thomae Guarini. 1570. 16. f).

[Recudi fecit idem Guarinus Baſileenſis Biblia latina ex verſione *Pagnini* cum Novo Teſtamento latino *Bezae*, ſecundum editionem *Roberti Stephani* anni 1557. fol. Idem N. T. hoc graecum exſcripſit, de quo auctor noſter unicus nobis eſt teſtis.

 §. XXI.

c) *Le Long* p. 206. col. 2. C. Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 4. p. 190. *Walchius* p. 17. *J. M. Goezius* p. 42.

d) *Le Long* p. 206. col. 2. C. e *Millii* proleg. p. 117.

e) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 6. p. 200. *Knochii* Nachrichten p. 929. Index Bibl. Wernigerod. p. 22. *Walchius* p. 17. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 42.

f) *Le Long* p. 212. col. 2. E.

Digitized by Google

Edit. Baſil. Betuleji.

§. XXI.

Edit. Baſil. Betuleji.

* Novum Teſtamentum. gr. ſtudio Xyſti Betuleji. Baſileae 1546. fol. g).

[Ita *le Long*. Verum qui de vita *Xyſti* vel *Sixti Betuleji*, aut *Betulii*, germanice *von Bircken*, commentati ſunt, nihil unquam de N. T. graeco ab ipſo procurato memoriae conſecrarunt. Edidit *Betulejus* Symphoniam, ſive Novi Teſtamenti Concordantias graecas, Baſileae 1546. fol. quo procul dubio *Le Long* in eum, ut ipſi Novi Teſtamenti editionem adſcriberet, inductus eſt errorem; quam itaque dubiae et ſuſpectae fidei eſſe judicamus h).

Edit. Lovanienſ.

§. XXII.

Editio Lovanienſis.

* Novum Teſtamentum graecum. Lovanii Rutgeri Reſcii et Bartholom. Gravii. 1531. 2 Vol. 8. i).

Edit. Tigurina.

§. XXIII.

Edit. Tigurina.

* Novum Teſtamentum graece. Tiguri in officina Froſchoviana. Anno M.D.XLVII. 8. k).

[Prima editio quae e celebri *Froſchoveri* prodiit officina, quae nudum textum Graecum Eraſmicum exhibet, ſine ulla variantium Lectionum collectione eſt. Poſteriores ejusdem typographi editiones ad Stephanicas ſunt referendae, quas infra recenſebimus l).

Edit. Venetae.

§. XXIV.

Edit. Venetae.

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Teſtamentum graece. Venetiis per Joan. Anton. de Nicolinis de Sabio, expenſis Domini Melchioris Seſſae. 1538. 16. m).

[Impreſſum eſt hoc Novum Teſtamentum, duobus voluminibus conſtans, ad editiones Eraſmicas. Quodſi *Jacobo Le Long* fides habenda eſſet, textui ſacro verſio latina *Eraſmi* juncta eſſet. Sic enim ille: „N. T. gr. cum verſione latina Eraſmi. 2 Vol. in 16. Venetiis, de Nicolinis. 1538." Sed qui hanc editionem rariorem recenſent, de verſione latina adjuncta omnino tacent; quapropter hanc editionem ad Claſſem primam referendam eſſe duximus n).

Novum Teſtamentum graecum. Venetiis 1567. 8.

Editio fere omnibus incognita, cujus notitiam Catalogo Bibliothecae Baumgartianae debemus, ubi ita recenſetur: Ἡ παλαιά τε καὶ νέα διαθήκη. Ἐν Βενετίαις, αἰτήσει

g) *Le Long* p. 207. col. 1. B.

h) Algem. Gelehrten - Lexicon Tom. I. p. 1103. *Teiſſier* Eloges Tom. I. p. 86. *Königii* Biblioth. vet. et nov. p. 108. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. Vol. 4. p. 553.

i) *Le Long* p. 205. col. 1. C.

k) *Le Long* p. 207. col. 1. B.

l) *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 42.

m) *Le Long* p. 206. col. 1. B.

n) *Maittaire* annales Tom. 3. Part. 1. p. 277. Biblioth. Solgeriana Tom. 3. p. 385.

Digitized by Google

αἰτήσει Ἰακώβου τοῦ λεογκίνου. Prodiit itaque una cum verſione ſeptuagintavirali V. T. ſed et haec quoque editio ſeſe ita manibus et oculis eruditorum ſubduxit, ut et ab iis, qui ſummo ſtudio varias V. T. editiones graecas recenſuerunt, ſilentio praetermiſſa ſit o). Edit. Venetae.

§. XXV.

Edit. Wittberg. Edit. Witteberg.

* Nov. Teſt. Graecum, auſpiciis et ſumptibus Nicephori Theſſalonicenſis Epiſcopi et Demetrii ſacerdotis, directore Eraſmo Schmidio, cura Zachariae Gergani nobilis. Wittebergae Auguſti Boreci. 1622. 4. p). [I.]

[Haec ſunt, quae *Le Long* de editione in hisce terris rariſſima, ſiquidem plurima exemplaria ad exteros, quorum cauſa editio procurata eſt, exportata ſunt, annotavit. Ad manus eſt Exemplar ſequenti rubro notatum: Η *καινη διαθηκη* Ιησου Χριστου *εἰς δοξαν του φιλανθρωπου ἑνος τρισυποστατου θεου, του πατρος, και του υἱου, και του ἁγιου πνευματος, οἰκοδομην τε των φιλοθεων και εὐλαβων* Ρωμαιων: *προμηθειᾳ μεν ἀναλωμασι του θεοφιλεστατου κυρ:* Νικηφορου *θεσσαλονικεως, του της* Ιερισσου *και του ἁγιου ὀρους* Επισκοπου: *και του εὐλαβεστατου κυρ:* Δημητριου, *ἱερεως της πολεως ἁγιας.* Εργοδιωκτου *του λογιωτ: κυρ:* Ἐρασμου Σχμιδιου *δηλιτιανου μουσιου των ἑλληνικων και μαθηματων ἐν τη πολυθρυλλητῳ* Ουιττεμβεργικη Ἀκαδημιᾳ *διδασκαλου.* Ἐπιμελειᾳ *δε του* Ζαχαριου Γεργανου, *εὐγενους ἐκ πολεως* Ἀρτης. Τυπωθεισα *ἐν τη* Ουιττεμβεργη, *ὑπο του* Αυγουστου Βωρεκιου, *χαλκογραφου,* Ἐτει *της ἐποχης των* Χριστιανων *α. χ. κ. β.* Praemittuntur ſententiae a *Joachimo Camerario* e ſcriptis *Chryſoſtomi*, *Ignatii*, *Juſtini*, *Athanaſii*, *Procli*, *Baſilii*, *Clementis*, *Irenaei*, *Gregorii* Theologi collectae; nec non ſectio quaedam Apologiae ſecundae *Juſtini*, de adminiſtratione myſteriorum. Matthaeo additur vita e *Sophronio*, Marco vita ex *Hieronymo* et *Dorotheo*, Lucae e *Dorotheo* et Johanni vita e *Hieronymo* et *Dorotheo*. Textus eſt Eraſmicus, ſed comma Marc. XI, 26. jam reſtitutum. Singulis capitibus lemmata praemiſſa, et loca parallela in margine exteriori, ſicut commatum numerus in margine interiori, notata ſunt. Omnia adeo ſunt graeca, ut ne unicum occurrat verbum latinum q).

* Novum Teſtamentum graece, cura Eraſmi Schmidii. Wittebergae 1626. 4. [II.]

[De hac editione nihil definire audemus. Niſi omnia nos fallant per vitium typographicum e praecedenti efficta eſt r).

* Novum Teſtamentum graecum cum praefatione Eraſmi Schmidii. Wittebergae 1635. 8. s). [III.]

Prodiit hoc anno N. T. graecolatinum cum praefatione *Schmidii:* hine de hae editione omnino dubito.

 §. XXVI.

o) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 44. n. 145. Index Bibl. Wernig. p. 25. *Reimmanni* Catal. p. 217.

p) *Le Long* p. 216. col. 2. A.

q) Nachrichten von einer hall. Bibl. Vol. 3. p. 471. *Knochii* Nachrichten p. 434. *Walchius* p. 18. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 38.

r) *Le Long* p. 217. col. 2. B.

s) *Le Long* p. 218. col. 1. B.

§. XXVI.

Jam ad ſecundum fatorum Novi Teſtamenti graeci periodum progredimur. Editiones hucusque recenſitas a ſe invicem aliquantulum differre, non negamus. Verum omnes earum varietates lectionum potiſſimum ex iteratis *Eraſmi Rot.* in N. T. curis originem traxerunt. Jam vero de Editoribus nobis loquendum eſt, qui alios ſubinde MStos Codices in ſubſidium vocarunt, et ex collatione illorum alias textui ſacro inſeruerunt Lectiones. Hinc illa lectionum diverſitas, qua editiones ſingulorum Editorum a ſe invicem diſtinguuntur. *Primus* inter illos eſt *Simon Colinaeus*, *Roberti Stephani* Vitricus, typographus Pariſienſis, qui adjuvante privigno ſuo auctoritate MStorum Codicum lectiones alias in locum Eraſmicarum ſubſtituit. Quales fuerint, quos conſuluerit codices, nullibi expreſſe indicavit, unde illae objectiones, *Colinaeum* conjectura textum emendare voluiſſe, ortae ſunt. Verum criminationes iſtas falſas eſſe, eumque nonnullis codicibus uſum fuiſſe, e quibus *Robertus Stephanus* plures excerptas dedit lectionum varietates, tandem abunde demonſtravit *Wetſtenius*. De editione *Colinaei* judicat Cl. *Harwoodus* eam eſſe optimam et correctiſſimam, quae Textum ſcriptorum ſacrorum genuinum exprimat, atque inde omnibus aliis editionibus praeferenda ſit [r]).

§. XXVII.

Editio Colinaei.

Editio Colinaei.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Ἐν λευκετίᾳ τῶν παρησίων, παρὰ Σίμωνι τῷ κολινάιῳ, δεκεμβρίου μηνὸς δευτέρου φθίνοντος, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας α. φ. λ. δ. (Pariſiis 1534. 8.)

Perquam nitida editio. In hac editione nudus textus eſt, absque omni praefatione, quae lectorem moneat, quid in ea ſit praeſtitum. Unde neque liquido dignoſci poteſt, ſecutine ſint editores textum aliquarum praecedentium editionum, an vero meram ac ſolam auctoritatem MSS. exemplarium. Ex diligenti autem textus ejus inſpectione conformatum videtur ὕφες ἀναγνώσεως, non ad unam aliquam editionem, ſeu etiam unum aliquem codicem MS. ſed eam demum, ex variis, quas ob oculos habebant, lectionem ab editoribus hic propoſitam fuiſſe, quam optimam judicabant. In titulis quatuor Evangeliorum Editionem Complutenſem ſequutos eos apparet, in Actorum, Epiſtolarum et Apocalypſeos titulis, Frobenianam. Textum videmus ſubinde ad Complutenſem conformatum, ſubinde ad Frobenianum: nonnunquam ab utraque diſſonum eſſe, quoties ipſos in aliam lectionem, probatiorem ſcilicet, traxerit MS. exemplaris unius aut plurium fides. Inter legendum certe, loca deprehendimus plus 750, in quibus Colinaei haec ab Editionibus praecedentibus ſeorſum abit, et ſolitaria incedit. — — Lectiones autem iſtas pleraſque omnes MSS. codicum fide confirmatas videmus. — — In editione hac e lectionibus, quas ob oculos

r) Scribit ille ad Calcem N. T. in *the View of the principal Editions of the greek Teſtament* p. 258. — far the beſt and moſt corrected. It is very valuable in many reſpects, as exhibiting, in my opinion, the trueſt Text of the ſacred writers, that has ever been publiſhed.

Digitized by Google

los habebat editor ſive in excuſis, ſive in MSS. eas ſaepe ſelegit, et admiſit in textum, quae luce et perſpicuitate ſua ſe probant maxime, non ſine gravi veri textus Apoſtolici detrimento. Hae certe magnam partem efficiunt lectionum, quas in hac editione numeramus, haud genuinarum in univerſum, quod olim notavimus, 630. — — Caeterum quamvis clarioribus, hoc eſt non genninis fere, lectionibus mirifiee gaudeat haee Editio, tamen loca in ea obſervavimus 180, textum verum genuinum exhibentia, quae perperam ſe habent in noſtra Stephanica. Notat alicubi *Paulus Colomeſius* u) eonſormatam eſſe hanc editionem ad Vulgatam verſionem locis compluribus, etiam ubi Vulgata vitioſa eſt. — — Certe per univerſum opus haud aliam Vulgatae Verſionis rationem habuiſſe eernitur Editionis hujus eurator, quam quod ejusdem lectionem non reſpuat, quoties clarae ac dilueidae lectioni ſuffragatur. A Vulgata differt innumeris in loeis; nee in aliis eum Vulgata vetere eonſentire dici poteſt, quam quod auetoritatem quorundam MSS. codicum ſequatur, quibus Vulgata hinc inde conſonat. Quanquam illud eertum eſt, haud parum auetoritatis lectioni fere accedere ex ejus conſenſu eum genuina Vetere Vulgata; haee quidem ad textum primitivum eoque fere puriorem erat adornata x).

Editio Colinaei.

Colinaei exemplar (*inquit Beza*) y) non magni facio, quoniam reſcivi, multa fuiſſe in eo a quodam alioqui Graecae linguae doctiſſimo ex ſolis conjecturis emendata. *Millius ibidem aſſerit*, haud reperiri ullas leetiones, quas Editor formarit de ſuo z).

[Ad tria commode, quae in *Colinaeo* reprehenduntur, reduei poſſunt eapita: nimirum textum mutaſſe, vel ex fide unius codicis MS. vel ex verſione vulgata latina, vel ex ſola eonjectura. Ab ultima incuſatione liberat eum *Millius*. Ad alteram quod attinet, uſus eſt *Colinaeus* codice manuſcripto ad vulgatam latinam emendato; hinc nullo modo, textum ad latinam verſionem transformaſſe, accuſari poteſt. Primum vero nullo jure ipſi objici poteſt; ſiquidem pro ratione temporis Iſtius non multorum Codicum MSS. particeps fuit, quapropter non niſi unum vel alterum ſequi potuit. Locus Johanneus 1 Epiſt. V, 7. ab Eraſmo jam in editione tertia anni 1522. reſtitutus, et in Bebellanis anni 1524. et 1531. §. XIII. et Brylingeriana anni 1533. §. XV. obvius, ab hac editione abeſt. Quamvis in alias editiones non propagata ſit haec *Colinaei*, excepta *Bogardi* editione graeco-latina, quae ab Eraſmica quinta plerumque auctoritate hujus recedit, exemplo tamen aliis fuit, ut ope MStorum Codicum Textum ſacrum recognoſcerent. Refertur editio inter libros inventu difficiliores a).

§. XXVIII.

Secundus, qui novis et iteratis curis Novi Teſtamenti graecum textum ad MStos Codices recognovit, eſt idem ille, cujus de Veteri Teſtamento hebraeo nitide edendo merita ſupra Cap. I. Sect. I. §. XI celebravimus, *Robertus Stephanus*, Typographus Regius Pariſienſis, vir in omni doctrina-

u) Biblioth Select. p. 207.
x) *Millius* proleg p. 115 116.
y) in defenſ. ad reſponſ. Caſtalionis p. 222.
z) Haec omnia *Le Long* p. 205 col. 2. D.
a) Conf. *Mattaire* annal. Tom 2 Part. 2. p. 396. *Joh. Jac. Wetſtenii* proleg. Halae 1764. 8. p. 365. *J. D. Michaelis* Einleitung p. 139. *Walchii* bibl. exeget. p. 17. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 40. *J. Vogtii* Catal. libr. rar. p. 662. Index Bibl. Wernigerod. p. 21. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 10.

ctrinarum genere facile princeps, *Colinaei* exemplo excitatus ad reconditos Bibliothecae Regiae theſauros ſibi viam parat, codices MStos N. T. graeci ibi adſervatos promit, atque cum editione typis exſcripta confert. Magni ipſi primo fuit editio Complutenſis, cui inter codices primum adſignat locum. Auctoritate ejus potiſſimum in prima editione ſaepiſſime Eraſmicas lectiones rejicit. Secunda editio non accurate reſpondet priori; et tertia illa princeps et magnifica editio a praecedentibus differt, et ad Eraſmicas propius accedit. Varius omnino eſt *Stephanus* in triplici editione, nec quarta graeco-latine accurata cum una ex illis conſentit. Sed vitio hoc ipſi minime vertendum eſſe, qui ſunt aequiores judices, omnino judicant. Sequitur enim ex hac lectionum adhibitarum varietate, Stephanum, quoties N. T. graecum praelo ſubmittere voluit, ſingulas lectiones curate examinaſſe, et quae ſibi meliora viſa ſunt, ſtudioſe elegiſſe. Quae ſingulas editiones concernunt, ſequenti §. expoſituri ſumus. Hoc loco tantummodo notandum eſt, Editionem tertiam anni 1550. Caput quaſi eſſe integrae familiae. Textus enim hujus editionis audit *Textus Stephanianus*, qui a variis editoribus iterum recuſus datus eſt.

§. XXIX.

Edit. R. Stephani. I.

Edit. R. Stephani. [I.]

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Teſtamentum. Ex Bibliotheca Regia. Βασιλεῖ τ᾽ ἀγαθῷ κρατερῷ τ᾽ αἰχμητῇ. Lutetiae ex officina Roberti Stephani Typographi Regii. Typis regiis. M. D. XLVI. 12.

Novum Teſtamentum cum vetuſtiſſimis ſedecim ſcriptis exemplaribus maxima cura et diligentia collatum. Editio nitidiſſima, duodecim namque in ea ſphalmata duntaxat occurrunt.

Ex praefatione: O mirificam (*Franciſci I.*) Regis noſtri optimi et praeſtantiſſimi Principis liberalitatem. — Quo quidem in opere excudendo eandem, qua in coeteris uti ſolemus diligentiam: majorem etiam, ut par erat, religionem praeſtitimus. Siquidem codices nacti aliquot ipſa vetuſtatis ſpecie pene adorandos, quorum (octo) copiam nobis Bibliotheca Regia facile ſuppeditavit; ex iis ita hunc noſtrum recenſuimus, ut nullam omnino litteram ſecus eſſe pateremur, quam plures iique meliores libri, tanquam teſtes comprobarent. Adjuti praeterea ſumus cum aliis, tum vero Complutenſi editione, quam ad vetuſtiſſimos Bibliothecae Leonis X. codices excudi juſſerat Ximenius: quos cum noſtris miro conſenſu ſaepiſſime convenire, ex ipſa collatione deprehendimus. etc.

Robertus Stephanus collato cum Codicibus Regiis et Complutenſi editione ſpeciatim, Novo Teſtamento, literam ſacri textus illam inſecutus eſt, quam plurium ac meliorum librorum ſuffragio comprobatam deprehendit; eos vero praeſtantiores, prout innuere videtur praefatio, fere judicavit, quibuscum concordaret Complutenſis editio [b]).

[Colinaei

b) E *Millii* prolegom. p. 116. *Le Long* p. 206. col. 2. D. Addit idem: *Theod. Janſſ. Almeloven* p. 19. catalogi librorum a *Rob. Stephano* excuſorum falſo refert editionem Graecam N. T. in fol. 1539. Latina enim eſt, et 2. Pars Bibliorum anni 1540.

Digitized by Google

[*Colinaei* veſtigia, ſed feliciori ſucceſſu, et melioribus adjutus ſubſidiis pre- mens *Robertus Stephanus* editionem, ab initio praefationis: *O mirificam*, dictam, ſatis correctam et emendatam evulgavit, dum Textum ſacrum ad ſedecim codices Manuſcriptos examinavit. Falluntur vero, qui ſibi, ubivis locorum *Stephanum* ad tantum numerum codicum recurrere potuiſſe, perſuadere volunt. Id enim, plurimos codices unum vel alterumve Novi Foederis librum tantummodo continere, jam quam certiſſime conſtat. Ea tamen editionum *Stephani* olim fuit auctoritas, ut perplures ad illas editiones effigiatae ſint. Ipſae vero ejus editiones rariſſimis libris et Bibliothecarum ornamentis adnumerari ſolent [c]). Edit. R. Stephani.

Editio II. [II.]

* Τῆς καινῆς — ἀιχμητῆ. Lutetiae ex officina Roberti Stephani Typographi Regii, typis regiis. M. D. XLIX. ¶2.

Haec editio cum ea, quam anno 1546. vulgavit *Stephanus*, ita congruit, ut una eademque mihi videretur, niſi variantes 67. inter utramque lectiones reperiſſet Jo. *Millius*, ut notat p. 125. his verbis: Anno 1549. iteratam N. T. editionem juris publici fecit *Rob. Stephanus*, eadem forma, iisdem typis, (*ac ligaturis*) eadem praefatione, qua prior ſupra dicta, imo eodem quo iſta, numero paginarum ac verſuum ſeu linearum in quavis pagina. (*In priori tamen poſitus eſt ad calcem voluminis Index duodecim mendorum, quae quidem in poſteriori expuncta ſunt.*) In hac autem textus, Editionis prioris alteri adeo mirifice congruit, ut ab ea nuſquam abſceſſum ſit, quod video, niſi in lectionibus duntaxat 67. e quibus ſunt quatuor dubiae fidei: e reliquis 26. pro genuinis habeo, 37. non item. Adeo ut undecim ſint lectiones non bonae in hac editione Stephanica plures, quam in priori. *Haec Millius.*

Haec editio characteris elegantia praeſtat et quod nullo typographico errore inquinata ſit. *Paulus Colomeſius Biblioth. ſel.* p. 108. Contra id XIV. illius editionis Sphalmata recenſet *Gottofred. Olearius* in obſervat. ad Matth. IV, 8. §. 7. [d]).

[Non minus hanc, ac priorem, ab initio praefationis *O mirificam* appellare, ſed et priori longe anteferre ſolent eruditi, et id non ſine jure, tum quia eſt illa emendatior, tum et inventu difficilior [e]).

Editio III. [III.]

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. — — Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum. Ex Bibliotheca Regia. Βασιλεῖ — ἀιχμητῆ. Lutetiae, ex officina Roberti Stephani typographi Regii, Regiis Typis. M. D. L. fol.

Optima

c) Conf. *Baumgartenii* Nachr. Vol. 2. p. 471. *Knochii* Nachrichten p. 375. *J. D. Michaelis* Einleitung p. 140. *J. J. Wetſtenii* prolegom. p. 367. *J. G. Pritii* introductio p. 392. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. Vol. 3. p. 186. *Walchius* p. 17. Index Bibl. Wernigerod. p. 22. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. p. 10. *Freytagii* analecta p. 949. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 42.

d) *Le Long* p. 207. col. 1. E.

e) Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 195. *Michaelis*, *Wetſtenius*, *Joh. Alb. Fabricius*, *Walchius* et *Freytagius* ll. cc. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 122. *Hirſchii* millenar. I. p. 84. *Joh. Vogtii* Catal. libr. rar. p. 662. *J. M. Goezius* p. 43. Index Biblior. Werniger. p. 22.

Edit. R. Stephani.

Optima et elegantiſſima editio adjectis variantibus lectionibus ex ſedecim exemplaribus vetuſtiſſimis, quorum octo ex Bibliotheca Regia. *Ex praefatione*: Superioribus diebus C. L. Nouum Teſtamentum cum vetuſtiſſimis ſedecim ſcriptis exemplaribus, quanta maxima potuimus, cura et diligentia collatum, minore forma, minutioribusque Regiis characteribus tibi excudimus. Idem nunc iterum et tertio cum iisdem collatum, majoribus vero etiam Regiis typis excuſum tibi offerimus: iis praefixis inſertisve aut in calce poſitis, quae uſquam in ſcriptis aut excuſis leguntur codicibus: quae omnia anguſta alterius forma capere non potuerat. Ad haec in margine interiori varias codicum lectiones addidimus, quarum unicuique numeri Graeci nota ſubjuncta eſt, quae nomen exemplaris, unde ſumpta eſt, indicet, aut exemplarium nomina, quum plures ſunt numeri. Iis namque placuit, primo, ſecundo, ad ſextum decimum usque nomina imponere, ut *primo* Complutenſem Editionem intelligas, quae olim ad antiquiſſima exemplaria fuit excuſa: cui certe cum noſtris mirus erat in plurimis conſenſus. *Secundo* exemplar vetuſtiſſimum in Italia ab amicis collatum; *tertio, quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, decimo et decimo quinto*, ea, quae ex Bibliotheca Regia habuimus. Coetera ſunt ea quae undique corrogare licuit. Capitum juxta Graecos diviſionem in interiori margine numeris graecis notavimus. — — Nec omiſimus Euſebii Caeſarienſis Canones. etc.

Robertus Stephanus f) fatetur ſe exemplaria Graeca, quae ipſi precario data fuerunt, in Bibliothecam Regiam retuliſſe.

Stephanicae editiones g) magna cum diligentia ad 16. Graeca exemplaria collata fuerunt, et in majore, omnium elegantiſſima et accuratiſſima, plurimae in iſtis exemplaribus inventae variantes lectiones ad marginem interiorem ſunt deſcriptae. Sed tamen non omnes quae illic habebantur, ut conſtare poteſt ex Bezae annotationibus, qui iisdem cum Roberto Stephano codicibus uſus, quasdam in editione praetermiſſas recenſuit. Nec etiam Stephanus in Novi Teſtamenti textu ſemper eſt ſecutus lectionem, quam major exemplarium ſuorum numerus habebat; ſed interdum eam, cui pauciora adſtipulabantur, ſi modo inter pauciora illa Complutenſe eſſet, cui primas deferre propoſuerat. Imo aliquando obſervavi, et miratus ſum, ipſum in textum recepiſſe lectiones, quibus nullum prorſus iſtorum 16. exemplarium favebat; nec facile poſſum conjicere quaenam iſtius rei fuerit cauſa, cum in lectione communiori non appareat aliquod manifeſtum σφαλμα, quod ab ea diſcedere cogeret. „

Optandum omnino foret h) ut vir doctiſſimus (*Rob. Stephanus*) explicate dixiſſet, quaenam editio fuerit, quam cum MSS. codicibus contulit? quisnam textus ille, quem ex iis recenſuit, Complutenſis, Eraſmicus, Aldinus, aut alius demum quiſpiam? tum vero de ſingulis codicibus, cujus notae fuerint ac fidei? cujus aetatis ac ſeculi? accurate et docta manu, an negligenter et ab ignaro Librario exarati? Exſpectandum ſaltem, ut indicaſſet de codice quolibet, qui ipſi jam ad manum, integer fuerit, an imperfectus et mutilus? totumne N. T. contineret, an partem duntaxat? fueritne Evangeliorum, an Epiſtolarum? — — Absque hujusmodi aliquali notitia, perit maxima pars beneficii, quod ex mſſ. codicum lectionibus variantibus peti poſſet, et

f) Reſponſione ad Cenſuras Theol. Pariſ. p. 37.
g) Ita Joann. Curcellaeus in praefat. N. T. graeci ab ipſo editi anno 1658.
h) *Millius* p. 117.

et in pompam magis quam uſum congeſta videtur ingens iſta ad oram libri variationum moles. Ne dicam quod laxior iſte et indefinitus de codicibus ſermo, trahat in falſa, uti forte fit, de S. Textu judicia. „ Edit. R. Stephani.

Ut defectus ille, quem hic in Stephano Millius redarguit, quodammodo reſarciatur, opus eſt, accuratam horum ſedecim Exemplarium recenſionem inſtituere:

1. α. Novi Teſtamenti editio Complutenſis.
2. β. IV. Evangelia et Actus Apoſtolorum.
3. γ. IV. Evangelia. Codex Regius 2867.
4. δ. N. Teſtam. excepta Apocalypſi. Codex Regius 2871.
5. ε. N. Teſtam. excepta Apocalypſi. Cod. Regius 3425.
6. ϛ. IV. Evangelia. Codex Regius 2866.
7. ζ. IV. Evangelia. Epiſtolae Pauli, Epiſtola Jacobi, 1. et 2. Petri, et 1. Joannis. Codex Regius 2242.
8. η. IV. Evangelia. Codex Regius 2861.
9. θ. Nov. Teſtamentum excepta Apocalypſi.
10. ι. Actus Apoſt. Epiſtolae Pauli et Canonicae. Cod. Regius 2870.
11. ια. Actus Apoſt. Epiſtolae Pauli et Canonicae.
12. ιβ. IV. Evangelia.
13. ιγ. Actus Apoſt. Epiſtolae Pauli et Canonicae excepta Epiſt. tertia S. Joannis, et Epiſtola S. Judae.
14. ιδ. Matthaeus, Lucas et Joannes.
15. ιε. Epiſt. 1. et 2. ad Corinthios, Galatas, 1. et 2. ad Philippenſes et prima ad Timotheum, nec non Apocalypſis. Codex Regius 2869.
16. ιϛ. Evangelium Lucae et Apocalypſis [i]).

i) Poſt Jacobi *Le Long* et *Jo. Millii* tempora majori ſtudio et cura auctoritas et ipſa Codicum MSS. conditio inquiſita eſt. Non itaque abs re fore judicamus, ſi hoc loco nonnulla de iis adnotamus. De codice 1. nobis hic nihil dicendum eſt: ablegamus Lectorem ad Sect. II. §. II. Cod. 2. non ipſe *Stephanus* conſuluit, ſed amicus in Italia illum contulit, et variantes ipſi tranſmiſit. Codicem vero hunc Italicum eundem eſſe, qui jam Cantabrigiae adſervatus Bezeanus ſeu Cantabrigienſis nominatur, omni ſtudio probare annititur *Joh. Jac. Wetſtenius*, prolegom. p. 75-101. Lectiones utriusque codicis unas easdemque eſſe omnino fatendum eſt. Sed Codex Cantabrigienſis, teſte *Beza*, Lugduni in Sancti Irenaei Monaſterio in pulvere usque ad annum 1562 jacuit, codex vero Italicus jam ante annum 1550 ab amicis *Stephani* conſultus eſt; hinc ſunt, qui codicem italicum ἀπόγραφον codicis Cantabrigienſis eſſe ſtatuunt, aut ſi mavis, ſunt ambo ex uno eodemque codice olim deſcripti. Conf. *Millius* §. 1160. et 1268. *Le Long* p. 173. *Pritii* introductio in N. T. p. 384. *Joh. Ad. Oſiandri* Oratio de manuſcripto codice cantabrigienſi graeco-latino Theodori Bezae, et Orat. ejusdem de codice manuſcripto graeco-latino Claromontano, Tubing. 1742. 4. *Rich. Simon* hiſt. crit. du Texte du N. T. ch. 30. p. 369. Cod. 3. Conf. *Millius* §. 1161. *Wetſtenius* p. 119. n. 4. *Le Long* p. 178. col. 1. A. Cod. 4. *Wetſtenius* p. 119. n. 5. *Millius* §. 1162. Cod. 5. *Millius* §. 1165. *Wetſtenius* p. 119. n. 6. Cod. 6. *Le Long* p. 178. col. 1. B. *Millius* §. 1166. *Wetſtenius* p. 119. n. 7. Cod. 7. *Le Long* p. 178. col. 1. D. *Millius* §. 1167. *Wetſtenius* p. 119. n. 8. Cod. 8. *Millius* §. 1168. *Le Long* p. 178. col. 1. C. *Wetſtenius* p. 107. n. L. Cod. 9. *Millius* §. 1169. Cod. 10. *Millius* 1170. *Le Long* p. 182. col. D. Cod. 11. *Millius* 1171. Cod. 12. *Millius* 1172. *Wetſtenius* p. 119. n. 9. Cod. 13. *Millius* 1173. Cod. 14. *Millius* 1174. *Wetſtenius* p. 121. n. 12. Cod. 15. *Millius* 1175. *Le Long* p. 181. col. 1. D. p. 185. col. 1. C. Cod. 16. *Millius* 1176.

Digitized by Google

Edit. R. Stephani.

IV. Evangelia leguntur in codd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 12. et 14.
Actus Apoſtolorum in codd. 1. 2. 4. 5. 9. 10. 12. 13.
Epiſtolae Pauli in codd. 1. 4. 5. 7. 9. 10. 11. 13. 15.
Epiſtolae Canonicae in codd. 1. 4. 5. 7. 9. 10. 11. 13. ſeu α. δ. ε. ζ. θ. ι. ια. ιγ.
Apocalypſis in codd. 1. 15. et 16.

Cum non niſi ſeptem codices practer Complutenſem editionem, iidemque qui compleetuntur Epiſtolas Canonicas, ad oram hujus editionis e regione commatis primae Epiſtolae S. Joannis 5, 7. cum obelo apponantur, in quorum quinque Regiis omnia prorſus omittuntur, quae ab his verbis ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ usque ad haec: ἐν τῇ γῇ verſus ſequentis reperiuntur, in duobus pariter aliis haec omiſſa eſſe eredendum eſt, proinde totum illud eomma in nullo codice, quo uſus eſt Stephanus, exſtitiſſe [k]).

In textu ad hos codices formando, (*inquit Millius*) [l]) ita ſe eomparatum ait Robertus, ut religioſe ac plane ad literam ſequeretur plures ac meliores e Regiis, eos ſcilicet qui maxime convenirent cum Editione Complutenſi, cui ſeu fundo innixura eſſet editio haec Stephanica. Sed et aliis praeterea editionibus adjutum ſe fatetur Robertus, iis nempe ſingulis, quae hanc ſuam praeceſſere. Nempe ita ſe habet ratio et ſtructura hujus editionis. Complutenſi ſeu baſi inſiſtere eam manifeſtum eſt in Evangeliis, Actis et Epiſtolis; verum non ita ſtricte, quin ut ab ea recedat, locis certe, ſi calculum bene ſubduxerim, 581. e quibus 361. genuinam lectionem continere arbitror; (in his autem partim mſſ. codices ſecutus eſt Stephanus, locis ſcilicet 15, partim editiones tres ſeu quatuor Frobenianas, Aldinam et Colinaeam, aut etiam unam Ald. aut Col. loeis ſex, partim denique Frobenianam quintam, locis dico reliquis 340.) coeteras non item in quibus abiit a Complutenſi, ſeu ex fide mſſ. exemplarium, loeis 12. ſeu ex auetoritate quintae Frobenianae, quod factum video in locis 198. In his certe male omnino reliquit Stephanus Editionem Hiſpanicam.

Vidimus editionis ejus ſtructuram in Evangeliis, Actis et Epiſtolis. Nempe ſecundum exemplar Complutenſe, cujus ἐδάφει praecipue inſiſtebat, maximo apud Robertum loeo fuiſſe editionem V. Frobenianam, hujus auctoritate pendere leetiones fere infinitas, in quibus a Complutenſi diverſa abit haec editio. In Apocalypſeos textu conficiendo haud aliis exemplaribus inſtruetum ſe oſtendit in margine interiori tertiae editionis Stephanus, quam Complutenſi et MSS. duobus 12. et 15. At vero luculente ſatis prodit libri hujus eontextus, Editorem, horum duorum ſeu etiam trium codicum, quorum lectiones in oram Complutenſis conjecerat, ipſiusque etiam Complutenſis, adeo exiguam ſeu potius nullam habuiſſe in textu ſuo ſtatuminando rationem, ut rejecto locis plus 440. Codice Complutenſi, Codice ιέ (15.) locis 240. Codice ις΄ (16.) locis plus minus 70. univerſum Apocalypſeos textum conformatum dederit ad Editionem quintam Frobenianam, eomitatam 400. fere in locis Editionibus Aldi et Colinaei, locis 10. ſola Colinaea, locis circiter 30. una Aldina, ſolitariam autem fere fuiſſe in reliquis lectionibus.

Leetiones variantes (*ait idem*) [m]) ad majorem aliquanto a textu diſtantiam, poſitae ſunt; lectiones inquam 16. Exemplarium, quibuscum textum ſuum collatum ſemel,

k) Vid. quae infra ad Controverſiam Cl. Semleri et Goezii ad N. T. Complutenſe Sect. II. §. II. adnotavimus.

l) Prolegom. p. 119.

m) ibid. p. 126.

Digitized by Google

ſemel, iterum et jam tertio dederat Editor. Licet autem lectiones diſcrepantes pleraſque omnes, etiam minutiores, ſumma fide ac diligentia ad oram Hiſpanicae editionis adnotaſſe videatur Stephanus; illud tamen certum eſt, plurimas ex iis haud idoneas viſas fuiſſe, quae locum haberent in interiori hujus editionis margine, ſed inſigniores fere, quaeque majoris momenti habebantur. In uno certe exemplari Complutenſi lectiones plus 700. omiſſas in hac editione deprehendimus; hoc eſt, longe plures, quam quae in ea notatae ſunt; neque enim adſcriptas videre eſt ultra 598. Neque certe credibile eſt, majorem habitam fuiſſe coeterorum librorum rationem, quam Hiſpanici, cujus ἐδάφει inſiſtebat haec editio. Sed et in mſſ. codicibus noſtris, quos ex collatione, Stephanicorum aliquorum gemellos plane comperimus, ac ad eundem omnino textum deſcriptos, plurimas obſervavimus varietates, quae in hujus Editionis margine non comparent. Teſtis eſt et *Morinus* Exercit. bibl. lib. 1. Exercit. 2. c. 2. §. 3. Theodorum Bezam codices hoſce Stephanicos a ſodali mutuatum, ut eorum ope textum Graecum N. T. recenſeret et commentaretur, nonnullas quae in margine hujus editionis praeteritae erant, annotaſſe. Scilicet nondum innotuerat verus inſignisque uſus lectionum variantium; rejectae ſunt plurimae, ceu quiſquiliae, nulliusque plane pretii, a quibus novimus pendere ſaepenumero veram et genuinam textus Apoſtolici lectionem. — — In univerſum notatae ſunt a Rob. Stephano in toto N. T. lectiones 1926, defectus 268. h. e. variationes 2194. — — In hac autem editione receſſit Rob. Stephanus ab editione utraque ſua priori locis, quantum quidem obſervarim, 284. — — Miſſis leviculis varietatibus, item dubiae fidei lectionibus, his inquam miſſis, coeteras quod attinet, 71. genuinae ſunt; deſumptaeque ſunt ex iis 7. ex mſſ. et editione Colinaei; 25. ex editione Hiſpanica; 39. ex editione Frobeniana; in reliquis prioribus ſuis Editionibus perperam abiit Robertus, locis 3. ex edit. Colinaei; 22. ex MSS.; 6. ex Edit. Complutenſi; 60. ex Frobeniana. Conſtat igitur, apud Editorem noſtrum, cum Textum N. T. tertia jam vice concinnaret, maximae auctoritatis fuiſſe Editionem Hiſpanicam et Frobenianam quintam; Exemplar Complutenſe eo jam fuiſſe loco, ut lectiones ejus antea rejectas, in hac editione reſumendas duxerit 31, et quidem locis 27. ejus unius fide, refragantibus reliquis, quae tum exſtabant, editionibus. — — Neque vero minorem in hac editione Frobenianae quintae rationem ab ipſo habitam fuiſſe apparet; imo vero in omnibus N. T. libris praeter unam Apocalypſin, multo majorem. Ejus ſiquidem ductu variatum conſtat ab utraque priori editione locis 99. Conſtat praeterea ex calculo ſupra poſito, haberi in hac editione 20. lectiones *non bonas* plures quam in utraque priori. Id quod praecipue factum, ex Stephani, cum editionem hanc adornaret, nimio in quintam Frobenianam ſtudio *). Edit. R Stephani.

[Satis de indole et conditione hujus editionis facile principis e *Millio* egit *Le Long*. Quodſi quis plura deſideraret, ipſum *Millium* adeat. Ad externam formam quod attinet, duobus conſtat voluminibus. In rubro prioris voluminis verbis latinis, quae ſupra exſcripſimus, praecedit Catalogus graecus ſcriptorum hoc volumine contentorum, nimirum IV. Evangeliorum et Actuum Apoſtolorum. Praemittitur volumini *Stephani* praefatio graece ſcripta, adjuncta ad latus verſione latina; *Chryſoſtomi* ὑπόμνημα περὶ τοῦ εὐαγγελίου, quod jam editioni Baſileenſi anni 1545. §. XVIII.

 prae-

*) Haec omnia *Le Long* p. 207. col. 2. D. — p. 210. col. 1. B.

Digitized by Google

Edit. R. Stephani. praefixum eſt; *Euſebii* Canones harmoniae Evangeliorum; Catalogus teſtimoniorum V. T. in N. T. citatorum; *Stephani* carmen graecum; *Sophronii* vita Matthaei, et *Theophylacti* introductio in ejus Evangelium, nec non catalogus ſectionum, quibus Evangelia olim diſſecari ſolebant. Actis Apoſtolorum vero praemittitur Itinerarium et vita Pauli. In rubro voluminis poſterioris recenſentur ſcripta Apoſtolica. Additur Epiſtolis *Chryſoſtomi* prooemium. Textus typis nitidis et diſtinctis exſcriptus ad marginem interiorem habet ſectiones veteres, et lectionum varietates, ad exteriorem vero numerum capitum et loca parallela. Varias vero lectiones non ipſe collegit Robertus, ſed Filius *Henricus Stephanus*, octodecim annorum juvenis, qui non, qua par erat, cura ac ſolertia opus, quod ſibi demandatum erat, perſolvit. Hiſce tribus Lutetiis Pariſiorum evulgatis editionibus acceſſit quarta, cum duplici verſione latina, cujus notitiam infra Sect. II. §. XXXI. daturi ſumus o).

§. XXX.

Edit. R. Stephani Jun.

Edit. Rob. Stephani Jun.

* *Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* Nouum Teſtamentum. Ex Bibliotheca Regia. *Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ.* Lutetiae ex officina Roberti Stephani typographi, typis Regiis. M. D. LXVIII. 16.

Rob. Stephanus candido Lectori S. Cum Teſtamentum graecum hac minori forma a patre meo ſemel atque iterum (*nempe anno* 1546. *et* 1549.) typis commiſſum, a multis quotidie deſiderari animadvertiſſem; id iisdem characteribus denuo excudendum curavi: additis tamen ad priores illas editiones variis antiquorum exemplarium lectionibus, non quidem omnibus, ſed iis duntaxat, quae aut ſenſum juvare, aut ei aliquid detrahere, viris quibusdam doctis viſae ſunt. „

In editionibus Stephanicis minoris formae (*vel potius in hac ſola*) non omnes lectionum varietates, quae in majore exſtant, annotatae fuerunt, ſed tantum quae praecipuae videbantur: quas deinde alii typographi, qui variantes aliquas lectiones adjecerunt ad marginem ſuarum editionum, tanquam archetypum ſequendas ſibi propoſuerunt p).

Prodiit haec editio eadem forma iisdemque typis, quibus duae priores patris Roberti — — Ad libri vero calcem poſitae ſunt variantes Editionis Stephanicae tertiae lectiones, non omnes quidem, ſed quae doctis quibusdam viſae ſunt inſigniores. Textus hinc idem fere eſt qui duabus prioribus. Rarius hic ab eis, aut earum ſaltem alterutra receſſum eſt. Ne quidem ad tertiam tranſitum eſſe video, niſi ſeptem duntaxat in locis q).

[*Robertus Stephanus*, Pater, Genevam 1551. abiens filio *Roberto* typographiam reliquit, qui et hanc exſcripſit editionem, ad cujus calcem notatur: *Excudebat Rob. Stephanus Typographus Regius. Pariſiis idib. Januar. anno* M. D. LXIX. Hinc a nonnullis editio ad annum 1569. refertur, ſiquidem in initio hujus anni demum

o) Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol 4. p. 377. *Knochii* Nachrichten p. 378. *Millius* p. 217. *Michaelis* p. 140. *Wetſtenius* p. 368. *Pritius* p. 392. *Joh. Alb. Fabricius* Biblioth. gr. Vol. 3. p. 186. *Walchius* p. 22. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 10. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 28.

p) *Steph. Curcellaeus* in praef. N. T. graeci ab ipſo editi an. 1658.

q) *Millius* p. 131. *Le Long* p. 112. col. 1. D.

Digitized by Google

mum conſummata eſt. Editio eſt nitidiſſima et emendatiſſima; ut verſuum diſtinctio a patre jam anno 1551. inſtituta, hic omiſſa eſt r). Edit. R. Stephani.

§. XXXI.

Editio Praevotii Pariſ. Edit. Praevotii Pariſ.

* Της καινης διαθηκης άπαντα. Novum Teſtamentum. Pariſiis, apud Petrum Haultinum in vico Jacobaeo. 1549. 16.

[Ad calcem Voluminis ſecundi: *Excudebat Lutetiae Pariſiorum Benedictus Praevotius, Typographus in vico Frementello ad clauſum Brunellum ſub inſigni ſtellae aureae. Anno* M. D. XLIX. *Idibus Martiis.* Perperam diſtinguit *Le Long* editionem Pariſienſem hujus anni per *Petrum Haultinum*, ab editione *Benedicti Praevotii*, quae non niſi unica eſt, *a Praevotio* exſcripta ſumptus adminiſtrante *Haultino.* Ad *Stephani* primam effigiata eſt, uti *Le Long* e *Millio* docet ſequentibus, quae hic adſcribenda duximus; quia ſufficientem hujus editionis notitiam ſubminiſtrant: „Prodiit absque omni praefatione. Nulla in hac titulorum veterum ad oram libri notatio, quam exhibuerat Stephanica, ſed ſola diſtinctio facta per intervallum quoddam et litteram majuſculam; nulla denique prout in Stephanica capitum hodiernorum diviſio deſignata per numeros, ſed tantum per ſpatiolum interjectum et inchoatam de novo lineam. Ipſe porro textus adeo totus ad Stephanicum compoſitus eſt, ut per univerſum N. T. non niſi locis 51. quantum quidem olim obſervaverim, ab eo ſit variatum, idque fere ad fidem Editionis quintae Frobenianae, ſeu aliis editionibus ſtipatae, ſeu (quatuor in locis) ſolius, neque enim ultra undecim ſunt, quae reliquarum prorſus ſunt editionum. Reſtant autem adhuc tres lectiones, quas quidem in nullis exemplaribus manu exaratis aut excuſis videre contigit. s)

§. XXXII.

Editio Baſil. Oporini. Edit. Baſil. Oporini.

Της καινης διαθηκης άπαντα. Nouum Jeſu Chriſti Teſtamentum, graece, antiquorum aliquot exemplarium collatione multo quam hactenus eſt editum emendatius. Acceſſit locorum ex Veteri Teſtamento a Chriſto et Apoſtolis in novo citatorum Index longe utiliſſimus. Baſileae per Joannem Oporinum. (1552.) 16.

Ad calcem annus eſt notatus: *Baſileae ex officina Joannis Oporini, Anno* M. D. LII. *Menſe Auguſto.* Editio rara et *Jacobo Le Long* ignota, quae accurate ad tertiam Stephani exſcripta eſt, adjuncto indice teſtimoniorum ex eadem editione t).

§. XXXIII.

Editiones Francofurth. Edit. Francofurth.

* Novum Teſtamentum graecum. Francofurti ad Moenum apud Andreae Wechelii heredes, Claudium Marnium et Johannem Aubrium. 1597. Fol. [I.]

Ex

r) Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 4. p. 193. *Walchius* p. 23. Index Bibl. Wernigerod. p. 23. *J. D. Michaelis* Einleit. p. 140. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 746. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 43.

s) *Le Long* p. 207. col. 1. C. e *Millio* p. 125. Conf. *Wetſtenii* prolegom. p. 368. Index Bibl. Wernigerod p. 18.

t) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 6. p. 202. *Maittaire* annal. T. 3. Part. 2. p. 607.

Digitized by Google

Edit. Francof. *Ex praefatione Bibliorum Graecorum*: Ad Novum Teſtamentum quod attinet, exemplar Roberti Stephani Typographi Regii, patris et filii ſecuti ſumus, atque varias lectiones, quae non tantum in eo exemplari ex codicibus Regiis collectae, continebantur; ſed et in Complutenſi ac in aliis editionibus, et quorundam annotationibus reperiri potuerunt, adjici curavimus u).

[Non ſeorſim prodiit hoc N. T. ſed pars eſt Bibliorum graecorum a *Franciſco Junio*, ſeu ut alii volunt, *Friderico Sylburgio* editorum. Teſte *Millio* ſequuti ſunt editores editionem *Roberti* Junioris §. XXX. ſed ita ut in ima cujusvis paginae parte variantes ex editione majori *Roberti* ſenioris, aliisque editionibus et obſervationibus collocarint x).

[II.] * *Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* Nouum Teſtamentum. Ut ex Bibliotheca Regia ann. 1546. excuſum fuit. Francofurti apud heredes And. Wecheli, Claud. Marnium et Jo. Aubrium. M. DC. 16. y).

[Adeo accurate primam Roberti Stephani editionem expreſſerunt editores, ut et ipſam ejus praefationem: *O mirificam Regis noſtri optimi et praeſtantiſſimi principis liberalitatem*, exſcripſerint, quamvis liberalitatis laudatae haud participes fuerint. Textus integris lineis, quibus verſuum notae numerales inſertae ſunt, additis in margine exteriori capitum numeris, typis luculentis eſt exſcriptus z).

[III.] * *Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* — — Novum Jeſu Chriſti Dn. noſtri Teſtamentum. Ut ex Bibliotheca Regia Anno M. D. L. per Robertum Stephanum excuſum fuit. Francofurti, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium et heredes Joannis Aubrii. M. DCI. fol. a).

[Duabus abſolvitur partibus, quarum prior IV. Evangelia et Acta Apoſtolorum, quae et in ipſo titulo graece recenſentur, poſterior vero reliquos N. T. libros continet. Differt omnino haec editio a prima Wecheliana, anni 1597. et proxime accedit ad editionem *Roberti* ſenioris archetypam, ut ſingula, quae editioni praemiſit, hic exhibeantur, et variantes in margine notatae ſint lectiones b).

§. XXXIV.

Edit. Hanov. *Edit. Hanov.*

* *Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* Novi Teſtamenti Libri omnes, ex Roberti Stephani aliisque optimis editionibus ſedulo et fideliter excuſi. Hanoviae, typis Wechelianis, ſumptibus Clementis Schleichii et Petri de Zelter. M. DC. XXIX. 12. c).

[Editio nitida, quae, quamvis ad Stephanianas formata ſit, tamen nil niſi merum textum, notatis in margine verſuum numeris, at variantibus et locis parallelis orbatum ſiſtit d).

§. XXXV.

u) *Le Long* p. 215. col. 1. A.

x) *Millius* proleg. §. 1298. Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 7. p. 481. *Knochii* Nachrichten p. 157. *Goetze* Merkwürdigk. der Königl. Biblioth. Vol. 2. p. 188. *Freytagii* apparat. Tom. 1. p. 137. Index Biblior. Wernigerod. p. 24. Cat. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 8. Bibl. Solgeri Tom. 1. p. 5.

y) *Le Long* p. 215. col. 2. C.

z) Index Bibl. Wernigerod. p. 24.

a) *Le Long* p. 215. col. 2. D.

b) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 380. Index Biblior. Wernigerod. p. 24.

c) *Le Long* p. 217. col. 2. C.

d) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 110. Index Bibl. Wernigerod. p. 26. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 53.

Digitized by Google

§. XXXV.
N. T. gr. Venet.

N. T. gr. Venet.

* Novum Teſtamentum graecum Venetiis impenſis Nicolai Dulcis. 1687. fol. *e*).

[Recuſa dedit Typographus Venetus Biblia graeca, quae Francofurti 1597. ex officina Wecheliana, curante, ut autumant, *Friderico Sylburgio* ad normam Bibliorum graecorum *Aldinorum* anni 1518. prodiere. Verum Novum Teſtamentum graecum editionis Francofurtanae non illam *Aldinam* ſequitur, ſed *Roberti Stephani* tertiam accurate repraeſentat, §. XXXIII. quam ob cauſam editionem Venetam Wechelianis jungere placuit *f*).

§. XXXVI.
Editio Regia.

Edit. Regia.

* Ἡ καινη διαθηκη. Ἐκ βασιλικης τυπογραφιας. Ἐν Παρισιοις. α. χ. μ. β. (Pariſiis 1642.) fol. *g*).

[Non citra rationem annumeratur haec ſplendida editio typis majoribus nitide exſcripta, quae et Regia, et Mazariniana vocatur, editionibus Stephanianis; ſiquidem majorem *Roberti Stephani* editionem anni 1550. typis iterum exſcriptam hic habemus. Omiſſa tamen omnia ſunt, quae *Robertus* ſuae editioni praemiſerat, variaeque lectiones ab ipſo ad marginem expoſitae, hic in unum collectae, calci operis adjectae ſunt *h*).

§. XXXVII.

Tertiam editionum familiam ducunt editiones Criſpinianae. Procuratae ſunt a *Johanne Criſpino*, viro docto, variis ſcriptis claro, qui circa annum 1548. religionis cauſa Pariſiis Genevam abiit ibique typographiam exſtruxit. Inter ab ipſo in publicum emiſſos libros praeter lexicon graecum, eminent editiones N. T. graeci duae, non ſolum typorum nitore, ſed et lectionum varietate ab aliis diſtinguendae, quas tamen Cl. *J. D. Michaelis* in introductione in N. T. Stephanicis adnumerat. Textum quidem Stephanicum maxima ex parte ſervavit, ſed tamen variis in locis alias elegit lectiones. Quibus codicibus aut ſubſidiis uſus ſit, et unde varias, quas inſeruit, ſelegerit lectiones, omnino ignoramus. Verum factum id eſſe, ex ipſa editioni priori praemiſſa praefatione et *Millii* teſtimonio ſatis conſtat. Ao. 1572. peſte correptus ex hac vita deceſſit, typographiamque genero ſuo *Euſtathio Vignoni* reliquit, qui, uti alii typographi exteri, ſuas ad Criſpinianas formavit editiones *i*).

§. XXXVIII.

e) *Le Long* p. 221. col. 2. B.

f) Acta erudit. Lipſienſ. Supplem. Tom. 2. p. 275. *Walchius* p. 92. Index Bibl. Wernigerod. p. 28. Conf. ſupra.

g) *Le Long* p. 218. col. 1. F.

h) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 473. *Knochii* Nachrichten p. 438. *Joh. Alb. Fabricii* bibl. graec. Vol. 3. p. 187. *Walchius* p. 23. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 903. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 34. Index Bibl. Wernigerod. p. 26.

i) Conf. *Baylii* Wörterbuch Tom. 2. p. 239. qui errorem *Caillii* in *hiſt. de l'imprimerie* p. 148. obſervat, *Criſpinum* Pariſiis 1564. N. T. gr. edidiſſe. Algem. Gelehrten-Lex. v. *Criſpin. Melch. Adami* in vita *Bezae* p. 205.

Edit. Criſpinianae.

§. XXXVIII.

Editiones Criſpinianae.

[I.] * *Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Ἐν οἷς παρὰ τὰ πολλὰ ἀκριβῶς διορθωθέντα, καὶ τὰ κεφάλαια, καὶ διαφόρους ἀναγνώσεις, καὶ τὰς ἐπ' ἄλληλα μαρτυρίας προσφέρομεν.* Novum J. C. Domini noſtri Teſtamentum. Additis ſummis rerum et ſententiarum, quae ſingulis capitibus continentur: variis item lectionibus mutuisque teſtimoniis, quae laborem in legendo et conferendo magnopere ſublevabunt. *Παρὰ Ἰωάννῃ τῷ Κρισπίνῳ. Ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν α. φ. ν. γ. Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ὀγδόῃ.* (Genevae. 1553.) 8. min. vel 16. maj.

Editio perquam elegans. *Ex praefatione:* Contulimus in eodem libro imprimendo tum varias Codicum lectiones, tum vero etiam annotavimus mutua teſtimonia ſeu conſimiles ſcripturae locos, qui invicem collati lucem dare et conferre poſſunt. Appoſuimus etiam ſuis quibusque capitibus Latinorum more ſeparatis *τὰ κεφάλαια.* etc. Anno 1553. Johannes Criſpinus edidit ad Textum Roberti Stephani Novum Teſtamentum minori forma, typisque admodum elegantibus. In hac autem cum loca S. Scripturae, Stephanique lectiones variantes ad oram exteriorem libri collocavit, tum vero *κεφάλαια* lemmata nova methodo diſpoſuit, miſſis quidem veteribus inſertisque aliis de ſuo. Verum haud placebat hoc qualecunque artificium, neque quisquam poſtea N. T. in hanc formam edidit *k*).

[Plures omnino ſunt editiones, quamvis *Millio* ſecus viſum ſit, quae ad Criſpinianas formatae ſunt, quas ſequentibus §§. recenſebimus. Referendae ſunt quidem ſingulae ad Claſſem editionum, quae Textum Stephanicum habent. Verum *Criſpinus* et alios codices conſuluit, et primus poſt *Stephanum* numerum variantium lectionum adauxit, quo *Theodorus Beza*, ut de novo Textum ad antiquos codices revocaret, excitatus eſt. Utrum vero *Criſpinus* bis eodem anno N. T. graecum ediderit, an vero unica ejus ſit editio, quae a viris eruditis diverſimode deſcripta ſit, omnino dubium eſt. Editio, cujus titulum huic articulo praemiſimus, certe exſtat. Prodiit die octavo *ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς*, i. e. vel menſe Februario vel menſe Decembri, uterque enim menſis apud Graecos ita audit. Hinc *Criſpinum* eodem anno duas procuraſſe editiones, haud eſt impoſſibile. Accedit diverſus libri titulus, quem poſt *Jacob. Le Long* ſuppeditavit *Freytagius:* *Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* Novum Teſtamentum graece, additis ſingulorum capitum argumentis graecis, variisque lectionibus, mutuisque Teſtimoniis. Genevae ex typographia Jo. Criſpini. 1553. 12. Uterque affirmat, adeſſe hic praefationem *Criſpini* et quidem graecam; formam vero eſſe duodecimam. Verum *Freytagius* in Analectis non tam fide dignus eſt, quam in Apparatu ſuo litterario, in quo recenſentur libri, quos ipſe conſuluit, dum in Analectis ſaepe aliorum oculis uſus eſt. Addit idem titulo nomen Urbis *Genevae*, quod ſecundum *Le Long* ab illo abeſt. Provocat uterque quidem ad praefationem graecam, ſed quae idem *Le Long* ex praefatione exſcripſit, non in graeca, ſed in latina praefatione leguntur; graeca vero praefatio editioni anni 1564 praemiſſa legitur: nec formam accurate ab utroque recogni- tam

k) *Le Long* p. 210. col. 2. B. e *Millio* proleg. p. 127.

Digitized by Google

tam eſſe, mihi facile perſuadeo. Hinc unicam tantummodo hujus anni exſtare editionem vero eſt ſimillimum, quae hoc ſpeciale habet criterium, quod pagina prima Evangelii Matthaei ſigno B iiii loco A iiii ſignata ſit. Accedit denique, Typographos *Vignonium*, *Froſchoverum*, *Vocgelium* et *Brylingerum*, non niſi hanc unicam noviſſe editionem, quam ipſi recuſam dederunt l). Edit. Criſpinianae.

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον. κατὰ Μάρκον. κατὰ Λουκᾶν. κατὰ Ιωάννην. Πράξεις τῶν ἀποστόλων. Ἐπιστολαὶ Παύλου τοῦ ἀποστόλου. Αἱ καθολικαί. Αποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου. Ὅσα δ' ἡμεῖς ἐν τούτῳ τῷ ἐγχειριδίῳ παρέσχομεν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν, ἡ ἑξῆς ἐπιστολὴ δηλώσει. Παρὰ Ἰωάννῃ τῷ Κρισπίνῳ. (Genevae) M. D. LXIIII. 12. m). [II.]

[Editio *Criſpini* ſecunda, quae praefationem ejusdem habet graecam. Accedunt Vitae Evangeliſtarum, catalogus miraculorum et Parabolarum e quatuor Evangeliis, argumenta ſingulorum capitum Actuum Apoſtolorum et Epiſtolarum Pauli, nec non index teſtimoniorum e Veteri Teſtamento in Novo citatorum. Loca parallela et Variae lectiones marginem occupant, et at calcem precationes quatuor graece adjectae ſunt. Refertur editio correctiſſima et rariſſima a quibusdam ad annum 1565 n).

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. — Johannis Criſpini (Genevae) 1604. 16. o). [III.]

§. XXXIX.

Edit. Tigur. Froſchoveri. Edit. Tigur. Froſchov.

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Ἐν οἷς παρὰ τὰ πολλὰ — — προσφέρομεν. Novum Jeſu Chriſti Domini noſtri Teſtamentum. Additis ſummis rerum — magnopere ſublevabunt. Tiguri apud Froſchoverum. Anno M. D. LIX. 8. p). [I.]

[Titulum libri *Froſchoverus* ex editione prima *Criſpini* §. XXXVIII. deſumſit; quam iterum typis exſcripſit. Textus itaque hujus editionis eſt Stephanicus a *Criſpino* recognitus. Recenſet editionem quidem *Le Long*, ſed ita ut eam ad editiones latino-graecas Eraſmicas referre videatur. Conjungit enim eam per vocem: *Idem*, cum editionibus *Brylingeri* et *Tornaeſii* latino-graecis. Editio in omnibus Criſpinianae primae conformis, excepta praefatione q).

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Ἐν οἷς παρὰ τὰ πολλὰ — προσφέρομεν. Novum Jeſu Chriſti Domini Noſtri Teſtamentum. Additis ſummis — ſublevabunt. Tiguri, apud Froſchoverum. Anno MDLXVI. 8. r). [II.]

Ee 2 [Editio

l) *Freytagii* analecta p. 950. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 40. n. 61. *Walchius* p. 22. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 618. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 46.

m) *Le Long* p. 211. col. 1. C.

n) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 6. p. 202. *Joh. Vogtii* Catal. libr. rar. p. 662. *Freytagii* analecta p. 950.

o) *Le Long* p. 215. col. 2. E.

p) *Le Long* p. 210. col. 2. D.

q) Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 4. p. 191. *Walchius* p. 22. *Joh. Alb. Fabricius* Biblioth. graec. Vol. 3. p. 186. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 42. Index Biblior. Wernig. p. 23.

r) *Le Long* p. 212. col. 1. D. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 109. Index Biblior. Wernigerod. p. 23. *Walchius* p. 22. *Reimmanni* Catal. p. 237. cujus monitum priorem bibliothecae ſacrae *Jacobi Le Long* editionem reſpicit.

Digitized by Google

Edit. Tigur. Froſchov. [Editio iterata, in qua nihil mutatum eſt, niſi unicum, quod loca parallela, quae in priori editione graecis numeris notata erant, hic latine citentur.

§. XL.

Edit. Baſil. Brylingeri.

Edit. Baſil. Brylingeri.

[I.] * Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Jeſu Chriſti Teſtamentum graece, collatis non paucis venerandae fidei exemplaribus accuratiſſima nunc lima editum. Additis ſummis rerum ac ſententiarum, quae ſingulis capitibus continentur, variis item lectionibus, mutuisque teſtimoniis, quae laborem in legendo et conferendo magnopere ſublevabunt. Baſileae per Nicol. Bryling. Anno 1563. 8.

In hac editione quaedam lectiones a Stephanicis diverſae inveniuntur, notante id Sauberto in variis lectionibus Matthaei, plurimae tamen conſonae s).

[Editiones Brylingerianae ſupra §. XV. recenſitae ad Eraſmicas ſunt referendae. Hic vero idem typographus libri titulo lectoribus perſuadere vult, hanc editionem ad accuratiſſima exemplaria eſſe revocatam; ſed reyera, textum Stephanicum a *Criſpino* emendatum expreſſit, et primam *Froſchoveri* editionem §. XXXIX. iterum prelo ſubjecit. Variae lectiones et loca parallela itidem in margine locum habent. Singulis tum N. T. libris, tum eorum capitibus, eadem graeca ſummaria praemiſſa ſunt: et poſt Apocalypſin argumenta quatuor Evangeliorum et quatuordecim Pauli Epiſtolarum graeco carmine conſignata ſunt t).

[II.] Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. — Baſileae per Nicol. Bryling. 1564. 8. u).

§. XLI.

Edit. Lipſ. Voegelii.

Edit. Lipſ. Voegelii.

[I.] * Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Ἐν οἷς παρὰ τὰ πολλὰ — προσφέρομεν. Lipſiae in officina Voegeliana anno M. D. LXIIII. 8. w).

[Teſte *Pritio*, *Joachimus Camerarius* editionem procuravit, qui textum Eraſmicum eum verſione vulgata et Bezae annotationibus contulit: ita tamen, ut codicem quatuor Evangeliorum, ſeu librum veterem in ſubſidium emendationis vocaverit. Adeoque haec editio ad Eraſmicas referenda eſſet. Majori vero jure Stephanicis annumeratur, ſiquidem editionem *Criſpini* anni 1553. §. XXXVIII., unde et ipſum libri titulum de verbo ad verbum deſumſit, recudi curavit. Reſpondet itaque accurate editioni *Froſchoveri* §. XXXIX. et *Brylingeri* §. XL. Editio nitida et accurata x).

[II.] Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. — Lipſiae ſumptibus Voegelii, typis Lanzenbergeri. M. D. XCV. 8.

Editio iterata, eaque nitida, *Jacobo Le Long* ignota y).

§. XLII.

s) *Le Long* p. 211. col. 1. A.

t) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 1. p. 202. Index Biblior. Wernigerod. p. 22. *Walchius* p. 17.

u) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 40. n. 71.

w) *Le Long* p. 211. col. 1. B.

x) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 108. *J. G. Pritii* introduct. p. 394. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 46. Index Biblior. Wernigerod. p. 22.

y) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 41. n. 84.

Digitized by Google

§. XLII.
Edit. Vignonii. Edit. Vignonii.

Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν, κατὰ Ἰωάννην. Πράξεις τῶν Ἀποστόλων. Ἐπιστολαὶ Παύλου τοῦ Ἀποστόλου. Αἱ καθολικαί. Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου. Τὴν δὲ τοῦ παρόντος ἐγχειριδίου ὠφέλειαν ἡ ἑξῆς ἐπιστολὴ δηλώσει. Τῶν δὲ διαφόρων γραφῶν τήν νῦν προθήκην τε, καὶ διόρθωσιν ὁ τῷ βιβλίῳ ἐντυγχάνων ῥαδίως εἴσεται. Παρὰ Ε. Ουιγνῶνι. Ἔτει α. φ. π. δ. (Genevae 1584.) 16. [I.]

Ornat editionem praefatio graeca *Johannis Criſpini*, qua de iis, quae praeſtita ſunt, rationem reddit. Sed praefationem ipſe *Criſpinus*, fatis ſuis jam functus, non huic editioni praemittendam ſcripſit, uti ſibi perſuadet Cl. *Knochius*. Pertinet enim ad ſecundam *Criſpini* editionem, anni 1564. §. XXXVIII. quam *Vignonius* ita accurate expreſſit, ut in nulla ab illa recedat [z]). Jam antiquiorem *Euſtathii Vignonii* editionem N. T. graeci in deſideratis quaerit Cl. *Lorckius* Hafnienſis, quae uti indicat anno 1554. prodierit. Verum illam non exſtare, exinde liquet, quia *Vignonius* eo anno artem typographicam nondum exercuit. *Criſpini* gener et ſocius in arte fuit; et prima *Vignonii* eadem eſt ac ſecunda *Criſpini* editio, anni 1564.

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti Libri omnes, recens nunc editi, cum notis Iſaaci Caſauboni. Adjectae ſunt variae lectiones omnes, cum diligenti ſimilium locorum collatione. Apud Euſtathium Vignon. (Genevae 1587.) 16. [II.]

Typographus Lectori. En tibi amice lector, ſacrum hoc volumen jam tertio a nobis iſta forma editum, nunc vero etiam auctum et locupletatum. — Dedimus jam operam, ut haec editio multo quam antehac emendatior exiret [a]).

[Jam anno praecedenti 1586. ex officina Brylingeriana prodierat N. T. graecum cum Ariſtarchi, i. e. *Iſaaci Caſauboni* notis marginalibus. §. XV. ſequitur nunc editio ab ipſo *Caſaubono* procurata, cum ejus epiſtola nuncupatoria *Philippo Canaio a Fraxinis* die 1. Januar. 1587. inſcripta, et brevi Typographi praefatione. Accedunt vitae Evangeliſtarum e *Sophronio* et *Dorotheo*, et Recenſio miraculorum et Parabolarum in N. T. recitatarum. Ad calcem leguntur tria Symbola Oecumenica, et denique *Caſauboni* annotationes in Evangeliſtas, Acta Apoſtolorum, et Epiſtolam ad Romanos, quae poſtea Criticis Anglicanis inſertae ſunt [b]).

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti libri omnes — locorum collatione. Genevae apud Vignon 1613. 12. [c]). [III.]

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti libri omnes — locorum collatione. Genevae apud Johannem Vignon. 1615. 16. [d]). [IV.]

[Tres poſteriores editiones ex eadem typographia, cui poſt patris mortem Filius *Johannes* praefuit, emiſſae ſibi ſunt omni ex parte ſimiles.

Ee 3 §. XLIII.

z) *Knochii* Nachrichten p. 931.
a) *Le Long* p. 214. col. 1. D.
b) *J. P. Niceronii* Nachrichten Vol. 14. p. 122. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 47. Index Bibl. Wernigerod. p. 24.
c) *Le Long* p. 216. col. 1. C.
d) *Le Long* p. 216. col. 1. D. *Knochii* Nachrichten p. 419.

Digitized by Google

Edit. iterat. Londin.

§. XLIII.

Edit. iterat. Londin.

[I.] * Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti libri omnes. Adjectae ſunt variae lectiones cum diligenti ſimilium locorum collatione. Londini excudebat M. F. proſtant apud Danielem Frere in vico vulgo Little Britain. MDCXLVIII. 12. e).

[Ad normam editionum *Vignonii*, ex quibus deſignatio Miraculorum et Parabolarum N. T. una cum variantibus lectionibus deſumta eſt. Tabula Teſtimoniorum ex editione Elzeviriana in hanc tranſiiſſe videtur editionem. *Caſauboni* vero annotationes eliminatae ſunt f).

[II.] Τῆς καινῆς — Londini, apud Rogerum Daniel. 1652. 8.

[III.] * Τῆς καινῆς — Londini apud Rogerum Daniel, ſub ſigno Campanae. 1653. 4. g).

§. XLIV.

Quartas curas Novo Teſtamento graeco ad antiquos codices revocando dicavit *Henricus Stephanus*, *Roberti* filius, typographus quidem Genevenſis, ſed eruditus, et in graecis apprime doctus, uti teſtatur ab ipſo emiſſus Graecae Linguae theſaurus. Is patri adhuc Pariſiis degenti juvenis octodecim annorum in conferendis MStis codicibus e Bibliotheca Regia mutuo ſumptis ad manus fuerat; qui deinde ſchedas paternas editionemque majorem anni 1550. iterum recognovit, et maturiori aetate ea cum judicio recoxit, quae ipſi juveni leviora viſa erant. Cum itaque Novi Teſtamenti novam meditaretur editionem, paternam majorem non accurate expreſſit, ſed ubi maturius judicium aliter ſvaſit, alias elegit lectiones, quibus *Henrici* Textus a textu *Roberti* omnino diſtinguitur, quem deinde frater *Paulus Stephanus* iterum expreſſit. Accedit quidem Textus *Henrici* propius ad Textum Bezanum; interim tamen ab illo diſtinguendus eſt; nam et ipſe *Henricus Bezae*, amico ſuo, in quibusdam locis modeſte contradicit. Minus itaque accurata ſunt, quae Cl. *J. D. Michaelis* (h) de *Henrico Stephano* ſcribit, eum anno 1576. Novum Teſtamentum *Bezae* ſecunda vice exſcripſiſſe, eique Diſſertationem de ſtilo, lectionibus et interpunctionibus N. T. praemiſiſſe. Nam Bezanum textum *Henricus Stephanus* anno 1565. bis in folio et octavo, anno 1567. tertio in 8. exſcripſerat. Hinc editio anni 1576. non ſecunda, ſed jam quarta foret. Majori jure diſtinguuntur editiones *Stephani* et *Bezae*, ſiquidem haud accurate ſibi conſentiunt. Priores Frater *Paulus Stephanus* aliique recuſas dederunt.

Edit. Henr. Stephani.

§. XLV.

Edit. Henrici Stephani.

[I.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Obſcuriorum vocum et quorundam loquendi generum accuratas partim ſuas, partim aliorum interpretatio-

e) *Le Long* p. 218. col. 2. E.

f) *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 55.

g) *Le Long* p. 218. col. 2. E.

h) *Einleitung* p. 699.

pretationes margini adſcripſit Henricus Stephanus. Excudebat Henricus Stephanus. Anno M.D.LXXVI. 16. i). Edit. Henr. Stephani.

[Ad *Theodori Bezae* primam formatam eſſe hanc minoris formae editionem, adſerit quidem *Millius*: ſed ſi ſingularia hujus editionis, quae ipſe recenſet, cum Bezana conferuntur, manifeſtus inter illas eſt diſſenſus. Quae in rubro promittuntur obſcuriorum vocum interpretationes, in margine collocatae, breviores quidem ſunt, ſed haud raro multum lucis lectori ſuppeditant. Elegans acceſſit et pereruditа de ſtylo N. T. diſſertatio, cui Epiſtola *Philippo Sidneo* inſcripta, et exhortatio ad lectionem librorum Novi Teſtamenti, graeco carmine ab editore conſcripta, praecedit. Diſſertationem illam *Walaeus* in limine Librorum N. T. hiſtoricorum perpetuo commentario illuſtratorum, Lugd. Bat. 1653. 4. et Amſtelod. 1662. 4. recuſam dedit; ob praeſtantiam vero eam *Joh. van der Honert* Syntagmati Diſſertationum de ſtylo N. T. graeci inſeruit k).

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Obſcuriorum vocum — adſcripſit Henricus Stephanus, cum magna acceſſione in hac poſteriori editione. Anno M.D.LXXXVII. 16. l). [II.]

[In locum elegantis diſſertationis ſupra laudatae ſubſtituta hic eſt brevior praefatio, qua uſus Canonum Euſebianorum docetur. Accedunt κεφάλαια antiqua in Matthaeum et Marcum. Annotationes marginales ſunt aliquantulum locupletiores. Bis recenſet hanc editionem *Le Long*: *N. T. graecum cum notis marginalibus Iſaaci Caſauboni*, et deinde: *N. T. gr. cum interpretatione vocum obſcuriorum*; Fallitur in eo, quod *Caſaubono* notas iſtas marginales tribuat m).

§. XLVI.

Edit. iteratae Pauli Stephani.

Edit. iterat. Pauli Steph.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Obſcuriorum — — margini adſcripſit Henricus Stephanus. Editio tertia. Anno MDCIIII. 16. n). [I.]

[Addit *Le Long*: „Ex officina Pauli Stephani„: quod quidem verum eſt, at neque in fronte neque ad calcem indicatur. Accurate quidem repraeſentat ſecundam Henrici Stephani anni 1587. ita ut pagina paginae, linea lineae reſpondeat; ſed quod externum cultum et nitorem attinet, antiquioribus duabus tam longe eſt inferior, ut, niſi Oliva id teſtetur, vix e Stephanica typographia eam prodiiſſe crediderim.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Obſcuriorum vocum et quorundam loquendi generum accuratae magnaeque acceſſiones. Iſ. Caſauboni, Henr. Stephani, et aliorum tum margini, tum ad finem adſcriptae Notae et Interpretationes. Editio Poſtrema. Oliva Pauli Stephani, Sumtibus Sam. Criſpini. MDCXVII. 16. o). [II.]

[Ut

i) *Le Long* p. 213. col. 1. E.

k) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 199. *Millius* proleg. §. 1264. *Walchius* p. 33. *Joh. Petr. Niceronii* Nachrichten von ber. Gelehrten Vol. 2. p. 44. Beyträge zur Geſchichte merkw. Bücher p. 30. *Buddei* Iſagog. p. 1504.

l) *Le Long* p. 214. col. 1. D.

m) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 4. p. 110. *Knochii* Nachrichten p. 403. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 798. *J. M. Goezii* Verzeichniß p. 46.

n) *Le Long* p. 215. col. 2. E.

o) *Le Long* p. 216. col. 1. D.

Digitized by Google

Edit. iterat. Pauli Steph. [Ut editionem locupletiorem praecedentibus redderet editor, Editioni tertiae *Caſauboni* annotata, ex editionibus *Vignonii* §. XLII. adjecit. Poſtrema hujus typographiae editio, quae nihil habet, quo ſe lectorum oculis commendare poſſit p).

[III.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, Obſcuriorum — adſcriptae notae et interpretationes. (Genevae.) Sumptibus Joannis Criſpini. MDCXXXII. 16. q).

[Iterata praecedentis editio.

Edit. iterat. Baſil.

§. XLVII.

Edit. iterat. Baſil.

* Novum Teſtamentum graecum cum latina interpretatione vocum obſcuriorum in margine. Baſileae 1604. 12. r).

[Unicus de hac editionis exiſtentia teſtis eſt *Le Long*. Verum illam, quam et Cl. *Lorckius* adhuc quaerit, ad Claſſem dubiarum editionum referre haud dubitamus.

Edit iterat. Londinenſ.

§. XLVIII.

Edit. iteratae Londinenſ.

[I.] * Novum Teſtamentum graecum ad editionem Henrici Stephani impreſſum, cum ultima Theodori Bezae diligenter collatum. Londini. Wautrollerii. 1587. 12. s).

[Edidit eodem anno *Thomas Wautrollerius* typographus Londinenſis verſionem latinam N. T. a *Theodoro Beza* adornatam. Quae hic ultima Bezae vocatur, eſt editio anni 1582.

[II.] * Novum Teſtamentum graecum cum latina interpretatione vocum obſcuriorum in margine. Londini e typographia regia. 1592. 16. t).

[III.] * Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti libri omnes recens nunc editi, cum notis et animadverſionibus Doctiſſimorum, praeſertim vero Roberti Stephani, Joſephi Scaligeri, Iſaaci Caſauboni. Variae item lectiones ex antiquiſſimis exemplaribus et celeberrimis Bibliothecis deſumtae. Edente Richardo Whitackero. Londini ex officina Joh. Billii. 1622. 8.

Editio mendis ſcatens u). [Proxime accedit editio ad *Pauli Stephani* poſtremam anni 1617. quam *Whitackero* debemus, qui illam Carolo I. Magnae Britanniae regi inſcripſit. *Millius* ſtrenue illam ſub cenſuram vocavit, judiciumque a *Jacobo Le Long* pronunciatum ſatis confirmat x). De editione Londinenſi A. 1635. vid. §. ſeq.

Edit. iterat. Elzevirian.

§. XLIX.

Edit. iterat. Elzevirianae.

[I.] * Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti libri omnes, recens — edente

p) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 203. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 49. *Maittaire* Annales Tom. 3. Part. 2. p. 870. *Walchius* p. 33. In *Jac. Fr. Reimmanni* catal. p. 254. haec editio per vitium typographicum ad annum 1677. refertur.

q) *Le Long* p. 217. col. 2. E.

r) *Le Long* p. 215. col. 2. E.

s) *Le Long* p. 214. col. 1. E.

t) *Le Long* p. 214. col. 2. E.

u) *Le Long* p. 216. col. 2. A.

x) Prolegom. 1301.

edente Richardo Whitackero. Londini apud Richardum Whitackerum Biblioполam. 1633. 8. Edit. iterat. Elzevirian.

Ex admonitione ad Lectorem: Ego quanquam meo hic honori velificari nolim, tamen nec diſſimulare debeo, editionis ſuperioris (anni 1622.) praecipue notas et animadverſiones, et multis eſſe et intolerandis mendis obſitas. Quae ſic tollenda curavi, ut tuum etc. y).

[Elzevirianae Typographiae Curatores Londinenſem editionem, retenta in titulo loci nota, recuſam dederunt. Imaguncula enim in fronte poſita, ut et ſequens editio, officinam ſatis indicant. Recenſentur a *Joh. Alb. Fabricio* editio iterata *Londinenſis* A. 1635. 8. *cum notis Rob. Stephani, Joſ. Scaligeri et Iſ. Caſauboni, atque variis lect. ſelectis ad Voluminis calcem. Poſt editionem* 1622. 8. *ex officina Jo. Billii.* Verum dubia eſt haec editio, et ut mihi quidem videtur latet in anni nota ſphalma typographicum; et pro 1635. legendum eſt 1633. z).

* Τῆς καινῆς — Lugduni Batavorum typis Elzevirianis. 1641. 8. [II.]

Eadem prorſus eſt editio, ut patet ex utriusque exemplaris collatione, ex iisdem characterum, et eadem imaguncula in fronte utriusque poſita a).

[Prodiit eodem anno alia Elzeviriana editio, quae ab hac facile diſtinguitur, dum textum habet lineis integris, haec vero, quae nova tantummodo, ut emtores nomine Elzeviriano alliceret, hoc anno ornata eſt, titulo, eandem habet diviſis columnis inſcriptum b).

§. L.

Quae ad hiſtoriam Textus graeci a *Theodoro Beza* recogniti faciant, in ſecunda ſectione, ubi editiones ab ipſo procuratas recenſebimus, commode locum habebunt. Hic tantummodo, *Bezam*, poſtquam Exemplar editionis Stephanicae cum in margine notatis variis lectionibus nactus erat, inque codicem MStum, qui adhuc Bezanus audit, incidit, novis curis textum Stephanicum recognoviſſe, lectiones interdum mutaſſe, easque ſubſtituiſſe, quae hypotheſibus ſuis maxime convenire judicavit. Variae ſunt editiones, majores, minores, minimae: e quarum numero hic tantummodo enumerabimus, quae ſolum textum graecum exhibent.

§. LI.

Edit. Textus Bezani. Edit. Textus Bezani.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Tiguri, typis Henrici Bodmeri. MDCLXI. 8. c). [I.]

[Prima, quantum mihi quidem ſcire licet, textus ſolius graeci ex recognitione *Theodori Bezae* editio.

* Ἡ

y) *Le Long* p. 218. col. 1. A.

z) *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 51. *J. A. Fabricii* bibl. gr. Vol. 3. p. 187.

a) *Le Long* p. 218. col. 1. D.

b) *J. P. Niceronii* Nachrichten Vol. 21. p. 101. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 50. et 51. Index Bibl. Werniger. p. 26.

c) *Le Long* p. 226. col. 2. A.

[II.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Tiguri typis Henrici Bodmeri. MDCLXXVII. 16. d).

[Nulla adeſt praefatio, nullae variantes: Textus nitide eſt expreſſus, adhibitis multis ſcribendi compendiis.

[III.] Ἡ καινὴ διαθήκη. — Tiguri. MDCCII. 12. e).

[IV.] Ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Novum Teſtamentum Domini noſtri Jeſu Chriſti ex recenſione Theodori Bezae, cum Summariis capitum. Editio nova et accurata. Tiguri ex typographeo Bodmeriano. MDCCIIX. (1708.) 12. f).

Textus diviſis columnis eſt inſcriptus, ſine variantibus lectionibus et locis parallelis, itidem absque praefatione. Prodiit eodem anno ex eadem typographia N. T. graeco-latinum.

§. LII.

Tertia Textus Graeci Novi Teſtamenti aetas, commode, ſi placet, aetas Textus recepti appellari poteſt. Editiones Bezanae quamvis magnam inter eruditos, inprimis in Eccleſia Reformatorum, nactae ſint auctoritatem; ad Textum Stephanicum tamen redire ſatius viſum eſt viris, quorum omnino erat, juſtum hac in re et verum ferre judicium. Variae prodiere ſeculo decimo ſeptimo et octavo Novi Teſtamenti graeci editiones, quae textum habent Stephanicum, quamvis in uno alterove loco alia admiſſa ſit lectio. Textus illarum, qui quam proxime ad Stephanicum accedit, hodie *textus* vocatur *receptus*, qui non quidem communi Criticorum ſuffragio, aut praevia eorum graviſſima inquiſitione publice receptus eſt; ſed cum tempore eam nactus eſt auctoritatem, ut in omnibus fere editionibus exhibeatur. Merita vero virorum clarorum circa hunc textum duplicis ſunt generis. Alii ut quam accuratiſſime typis exſcriberetur, omni cura invigilarunt; alii vero de novo MStos conſuluere Codices, variantes lectiones collegerunt, textui eas adjecerunt; ſed in textu ipſo nihil immutarunt. Utriusque generis editiones jam, eo ordine, quo ſibi invicem reſpondent, recenſebimus.

§. LIII.

Edit. Elzevirianae.

Editiones Elzevirianae.

[I.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Ex Regiis aliisque optimis editionibus cum cura expreſſum. Lugduni Batavorum. Ex officina Elzeviriana. CIↃ IↃC XXIV. 16.

Elegans plane haec editio et admodum emendata; textus ipſe, quidquid ferant curatores iſti, ad unum Stephanicum tertium totus compoſitus videtur, praeterquam duodecim in locis, in quibus ſolis, quantum video, a Stephanico receſſere g).

Chriſto-

d) *Le Long* p. 221. col. 2. C. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 78. n. 85. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 57. Index Bibl. Wernigerod. p. 27.

e) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 78. n. 91.

f) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 474.

g) *Le Long* p. 216. col. 2. B. e *Millio* p. 138.

Digitized by Google

Chriſtophorus Plantinus anno 1571. Antwerpiae eximium illud opus, quod Biblia Regia vocant, variis linguis emiſit, et graecum Teſtamentum aliquoties ſeparatim. Et hoc noſtro aevo Elzevirii nemini antecedentium fide et induſtria cedentes, non ſemel id typis ſuis deſcripſerunt. (*Stephanus Curcellaeus praef. edit. gr. N. T. anni* 1675.) Edit. Elzevirianae.

[Elzevirianae editiones, quarum haec prima eſt, tum ob typorum nitorem, tum ſtudium, quod typographiae Curatores in emaculandis plagulis adhibuerunt ſummum, merito a *Jacobo Le Long* nitidiſſimae appellantur, quae vero mendis non omnino immunes ſunt. Falluntur omnino, qui per editiones Regias hic editiones Antwerpienſes jubente Philippo II. Hiſpaniarum rege procuratas, indicari ſibi perſuadent; ſiquidem Stephanianae editiones eodem nomine inſigniuntur. Praefationis loco praemittitur tabula teſtimoniorum e V. T. in N. citatorum e R. Stephani editione tertia deſumta [b]).

* Ἡ καινη — — editionibus hac nova expreſſum; cui quid acceſſerit, praefatio docebit. Lugd. Batavorum, ex officina Elzeviriorum. MDCXXXIII. 12. [II.]

Editio cunctarum Elzevirianarum praeſtantiſſima; judice *Jacobo Le Long* [i]). Praemiſerunt Typographi praefationem, qua de editione rationem reddunt: „Anni jam ſunt aliquot, Amice ac Chriſtiane Lector, ex quo Foedus novum, Graece ex Regiis ac caeteris editionibus, quae maxime ac prae caeteris nunc omnibus probantur, ea fide ac religione dedimus expreſſimusque; ut non elegantia editionis, non induſtria concederemus iis, quas expreſſeramus. Exemplaribus diſtractis ac divenditis editionem omnibus acceptam, denuo doctorum oculis ſubjecimus. Ut ſi quae vel minutiſſimae in noſtro, aut in iis quos ſecuti ſumus, libris, ſupereſſent mendae, cum judicio ac cura tollerentur. Quod cum accurate ab iis factum eſſet, — — ad editionem novam, his praeſidiis muniti, denuo acceſſimus. In qua praeter coetera, et verſus, quos nunc vocant, accuratius notavimus: ne praetermiſſa quidem veterum diſtinctione, ab hac noſtra ſatis aliena, quam ſub finem, ne quid deſit, exhibemus. E qua diſces, qui qualesque fuerint, quos τίτλους nuncupabant, quos in ſua iterum κεφάλαια, omnino aliter quam fit a nobis, olim dividebant. Qui majores ita vulgo nunc vocamus partes, quas in ςίχους — — ut inveſtigandi labor abſit, utiliſſime dividimus. Textum ergo habes, nunc ab omnibus receptum: in quo nihil immutatum aut corruptum damus etc.„ Hujus praefationis auctor a nonnullis habetur *Daniel Heinſius:* majori vero jure adſcribitur *Ant. Thyſio*, qui tunc temporis Lugduni Batavorum vixit. Ad calcem accedunt diſtinctiones veteres una cum κεφαλαίοις [k]).

Ἡ καινη — — Ex officina Elzeviriorum. MDCXLI. 12. [III.]

Diſtinguenda omnino haec editio eſt ab alia ejusdem anni, in cujus fronte legitur: *Lugduni Batavorum typis Elzevirianis:* quae in diviſis columnis textum exhibet. Ne credas velim, ex officina Elzeviriana bis hoc anno Novum Teſtamentum prodiiſſe.

Ff 2

b) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 1. p. 205. *Walchius* p. 19. *Joh. Jac. Wetſtenii* proleg. p. 387. *Pritii* introduct. p. 395. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 49.

i) *Le Long* p. 217. col. 2. D.

k) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 206. Index Biblior. Wernigerod. p. 26. *J. M. Goezius* p. 50. et ſcriptores ad primam laudati.

Edit. Elze-viriana. prodiiſſe. Poſterior enim editio eſt antiquior illa, quae nomen *Londini* 1633 in titulo gerit, cui hoc anno novus datus eſt titulus l).

[IV.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum; ex Regiis aliisque optimis editionibus cum cura expreſſum. Amſtelodami ex officina Elzeviriana. CIϽ IϽ CLVI. 24. m).

Brevis praemittitur praefatio. Veterum diſtinctiones ſecundae editioni adjectae, ab hac remotae ſunt; tabula vero teſtimoniorum locorum V. T. in N. citatorum hic aliquantulum auctior quam in prioribus reddita eſt n).

[V.] * Ἡ καινὴ — — Amſtelodami ex officina Elzeviriana. MDCLXII. 16. o).

[VI.] * Ἡ καινὴ — — Amſtelodami ex officina Elzeviriana MDCLXX. 24.

Silentio hanc praeterit editionem *Jacobus Le Long;* ſed ad annum ſequentem recenſet editionem Amſtelodamenſem, quae, niſi omnia me fallunt, eadem eſt p).

[VII.] * Ἡ καινὴ — — Amſtelodami ex officina Elzeviriana. CIϽ IϽC LXXVIII. 32. q).

Editioni tertiae anni 1657. omni ex parte ſimilis eſt. Numerantur plerumque octo editiones, quae ex officina Elzeviriana prodiere. Sunt vero quoque novem, vel decem: ſed duae ab aliis longe recedunt. Quas recenſuimus ſeptem editiones ſibi invicem reſpondent, unum eundemque exhibent textum. Duarum reliquarum prior anni 1633. 8. et cum nota anni 1641. 8. habet textum Stephanico-Bezeanum, quem §. XLIX. recenſuimus: poſterior vero eſt editio a *Stephano Curcellaeo* procurata, de qua infra nobis dicendum erit. §. LV. r)

Ed. Boecleri.

§. LIV.

Editiones Boecleri.

[I.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Acceſſit prologus in Epiſtolas S. Apoſtoli Pauli, ex antiquiſſimo MSC. Argentorati, ex officina Jo. Phil. Mülbii. An. CIϽ IϽCXLV. 12.

Ex admonitione ad Lectorem. Cum typographus de editione novi foederis graeca cogitaret — lubens illi optima, quae unquam prodiere exemplaria ſuppeditavi, atque collatis etiam Mſc. membranis, ut emendatiſſima fieret editio, quantum licuit, providi. „ s)

[Recenſet *Le Long* hanc editionem ita, ut Lectori facile perſuaderi poſſit, *Johannem Henricum Boeclerum* Novum Teſtamentum graecum ex antiquiſſimo MS. edidiſſe: quod omnino a vero alienum eſt. Conſuluit editor inter reliquas editiones Elzevirianam ſecundam, ex qua quoque Titulos librorum ex diſtinctione Veterum

l) Conf. *Goezii* Verzeichnis p. 50. n. 87. collata p. 51. n. 93.

m) *Le Long* p. 219. col. 1. A.

n) *Baumgartens* Nachrichten Vol. 4. p. 383. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 50.

o) *Le Long* p. 220. col. 2. B. Conf. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 77. n. 81. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 50.

p) *Le Long* p. 220. col. 2. B Catal. Biblioth. Baumgart p. 78. n. 82. *J. M. Goezius* p. 51.

q) *Le Long* p. 221. col. 2. C.

r) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 210. Index Bibl. Wernigerod. p. 27.

s) *Le Long* p. 218. col. 2. B.

Digitized by Google

terum deſumſit, ſuaeque addidit editioni. Ad marginem loca parallela ſunt notata. E Mſcripto codice, quem *Stephanus Gerlachius* ex oriente ſecum adduxit, ad calcem operis additus eſt Prologus in Epiſtolas Pauli XIV, quo hiſtoria Pauli et Epiſtolarum argumenta comprehenduntur; cujus particulam aliquam jam antea *Robertus Stephanus*, ſub nomine *Euthalii* Diaconi, et *Eraſmus Roterodamus* evulgarant [t]). Ed. Boecleri.

* Ἡ καινὴ — — ex antiquiſſimo MSC. Secunda editio. Argentorati, ex offic. Joſiae Staedelii. Anno CIↃ IↃ CLX. 12. [II.]

Editio iterata in omnibus priori ſimilis, exceptis quibusdam locis ex Oecumenio [u]).

§. LV.

Editiones Steph. Curcellaei. Edit. Steph. Curcellaei.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Editio nova: in qua diligentius quam unquam antea variantes lectiones tam ex manuſcriptis quam impreſſis codicibus collectae, et parallela ſcripturae loca annotata ſunt, ſtudio et labore Stephani Curcellaei. Amſtelaedami, ex officina Elzeviriana. CIƆIƆCLVIII. 12. m. [I.]

Ex praefatione. Cum ergo animadverterem cognitionem variarum lectionum eſſe valde utilem et propemodum neceſſariam, et tamen magnam partem earum, quas vetera Mſc. continent, in hodiernis editionibus deſiderari, operae me pretium facturum arbitratus ſum, ſi colligerem omnes, quas in diverſis exemplaribus invenire poſſem, et novae editioni adjicerem. Primum itaque in manus ſumpſi Graecam Bibliorum impreſſionem, quae Francofurti apud Andreae Wecheli haeredes anno 1597. prodiit opera, ut dicitur, Franciſci Junii doctiſſimi viri, et ex ea omnes Novo Teſtamento adjunctas variantes lectiones deſcripſi. — — Et ubi aliquis locus mendi ſuſpectus mihi fuit, eum cum Stephani editione contuli, atque inde correxi. Deinde iſtis inſerui varias lectiones excerptas ex antiquo admodum Epiſtolarum Pauli codice Mſc. quo olim Beza in ſuis annotationibus concinnandis eſt uſus; nempe quem Claromontanum appellat, qui poſtea in Cll. Puteanorum fratrum manus devenit. Item ex alio Thuani codice Mſc. in toto, ſi Matthaeum exemeris, N. Teſtamento. Quae duo collectanea mihi ſuppeditata a doctiſſimo Michaele Falcario.

Addidi poſtea alias ad Evangelia pertinentes, ex MS. Conſtantinopolitano plusquam octingentorum annorum, qui eſt in Bibliotheca Card. Mazarini, nec non ex alio MS. adhuc vetuſtiore: utrasque ab amico Lutetia ad me miſſas. Praeter quas nonnullae occurrent, quas ex veteribus meae qualiscunque Bibliothecae libris collegi. Et hae omnes ſimul in margine inferiori noſtrae editionis continentur, quae ad praecedentes Elzevirianas expreſſa fuit, nulla prorſus in textu facta mutatione, niſi quod voces, quae diverſimode leguntur, aſteriſco et duabus lineolis includi curavi, ut ſtatim ab aliis diſcernerentur, nullumque poſſet ſupereſſe dubium, quonam variae lectiones referri deberent. Sed poſtquam haec editio plusquam dimidia ſui parte abſoluta fuit, alias adhuc accepi a viro docto ex Frobeniana, Hiſpanica et ſimilibus melioris notae

editio-

t) *Baumgartenii* Nachrichten Vol 1. p. 212. Index Bibl. Wernigerod p 26. *Walchius* p. 19. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 54.

u) *Le Long* p. 220. col. 2. A. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 214. *Goezius* p. 54.

Edit. Steph. Curcellaei. editionibus excerptas, quibus ne curioſi lectores privarentur, eas inſtar appendicis ad calcem operis attexui; cum nonnullis quas deſumpſi ex Iſaaci Caſauboni notis in Evangelia, et iis quae in Apocalypſi in Herwagiana Bibliorum graecorum editione anno 1545. Baſileae facta adjunctae inveniuntur.

Quibus intermiſcui nonnullas Henrici Stephani aliorumque emendationes ex conjectura, quas puto non fore ingratas illis, qui in obſcuriorum ſcripturae locorum ſenſum accuratius inquirere delectantur x). Quamvis enim ejusmodi correctiones auctoritate cedant iis quae veterum codicum teſtimonio fulciuntur; quaedam tamen ſe tanta probabilitate commendant, ut absque veritatis injuria ſperni non poſſe videantur. Si anguſtia marginum permiſiſſet, ubique libros nominaſſem, quos ſecutus fui, ut, qui vellent, conſulere eos quirent; quanquam id, quod nunc in genere de illis monui abunde ſufficere exiſtimem. — — Haec ſunt praecipua in nova noſtra Teſtamenti Graeci editione obſervanda; quae non tantum a typothetarum mendis, quam accuratiſſime fieri potuit, ſicut praecedentes Elzevirianae, fuit repurgata, ſed etiam pleniorem quam ullae aliae variantium lectionum ſyllogen exhibet, ut ſit inſtar correctorii vitiorum, quae lapſu temporis auctoritatem ſibi adquiſiverunt. „

Curcellaeo a nonnullis vitio datum, quod in quibusdam locis viſus ſit Socinianis frigidam fundere. Peculiarem de hoc argumento diſſertationem in 4. Roſtochii a. 1696. edidit *Jo. Gottl. Mollerus*, quae inſcribitur: *Curcellaeus in editione originalis N. T. Textus*, *Var. Lect. et Parallel. ſcr. locorum additamentis veſtita Socinizans.* Qua quidem Diſſertatione, Curcellaeum circa tria illa capita, in quibus placita Socino propria ſita ſunt, de Trinitate, Deitate Filii, et ſatisfactione Chriſti, in favorem Socinianorum loca Scripturae claſſica tam in variantibus lectionibus quam locis parallelis depravaſſe, ac inde adeo ſocinizaſſe, autor probare contendit y).

[Ex iis, quae *Le Long* ex praefatione adduxit, propoſitum Editoris, et quid praeſtare voluerit, ſatis conſtat. Attamen nonnulla ſunt, quae iis addenda cenſemus. Editio ipſa ſeſe ob chartae et typorum nitorem maxime commendat. Textus ipſe neque mutatus neque variatus eſt: at quod interpunctiones et loca parallela attinet, in hiſce omnino editor nonnullis eſt ſuſpectae fidei; ſicuti in colligendis et cumulandis variantibus lectionibus fraudis a quibusdam accuſatur z), quam ſuſpicionem *Jeremias Felbin-*

x) „Hujusmodi merae conjecturae ab omni antiquitatis ſuffragio deſertae, in ſacrum textum nullo admittendae modo, niſi heterodoxis quibusque campum velimus aperire graſſandi pro lubitu, et ſcripturas velut ſutor corium tractandi. Siquidem quod in profanis auctoribus non audent Critici, (ſine codicum vel interpretum auctoritate, vel urgente neceſſitate) ex proprio ingenio corrigere, et aliam lectionem ſubſtituere (quod in iſtiusmodi libris vix ferendum), in libris ſacris, quibus multo major reverentia debetur, quam ullis ſcriptis humanis, plane illicitum eſt.„ Haec *Le Long* e *Sauberti* prolegom. in varias lectiones S. Matthaei p. 35.

y) *Le Long* p. 219. col. 1. B. – 220. col. 1. C.

z) „Nuper variarum lectionum acervum accumulare inſtituerunt μικρολόγως diligentes. Quaſi vero typographorum errata et falſariorum corruptelae in variantibus lectionibus ſint habendae. In nupera Amſtelodami a Neophiti nimis curata Novi Teſtamenti editione vel centum loca ſunt corrupta, tantum perverſa diſtinctione et interpunctione callidum conſilium haereſin propagandi.„ *Le Long* e *Gebb. Theod. Meieri* Profeſſoris quondam Helmſtadienſis libello *Trium initiamentorum* 1690. §. 16. p. 21. [Quocum conferatur *Joh. Wilh. Baieri* Diſſ. de Variantium lectionum Scripturae N. T. uſu et abuſu §. 5. p. 10. et qui *Curcellaeum* exculpare voluit, *J. C. Pfaffius* in Diſſ. crit. de genuinis librorum N. T. lectionibus. Amſtelod. 1709. cap. 7. p. 135.

Digitized by Google

Felbingerus, qui novam N. T. verſionem germanicam concinnavit, *a*) quo ſuas defenderet locorum corruptiones, ad hanc editionem provocavit, magnopere adauxit. Variae lectiones infimam occupant paginae partem: addidit vero duplicem appendicem V. L., alteram Actis Apoſtolorum, alteram vero Apocalypſi adjectam *b*). Edit. Steph. Curcellaei.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Editio nova, denuo recuſa, in qua diligentius — — ſtudio et labore Stephani Curcellaei. Amſtelodami apud Danielem Elſevirium. CIƆIƆCLXXV. 12. m. [II.]

Haec editio a priori anni 1658. publicata nullo modo differt, niſi quod in prima praeter quasdam varias lectiones infra paginam poſitas, aliae ad calcem Actuum Apoſtolorum et Epiſtolarum Pauli; in poſtrema vero in parte infima ſingularum paginarum omnes collocatae ſint *c*).

[Acceſſit praeterea huic editioni, quae etiam nitida et accurata eſt, appendicis loco Prologus ille in Epiſtolas Paulinas, quem integrum *Boeclerus* primo edidit, §. LIV. Eo ipſo anno, quo haec editio in lucem producta eſt, *Curcellaeus* inter vivos eſſe deſiit *d*).

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Editio nova denuo recuſa, in qua diligentius — — ſtudio et labore Stephani Curcellaei. Amſtelodami, ex typographia Blaviana. MDCLXXXV. Sumptibus Societatis. 12. maj. [III.]

Editio tertia, *Jacobo Le Long* ignota, quae quamvis adcurate ad ſecundam exſcripta ſit, tamen in eo ab illa recedit, ut non integris lineis, ſed diviſis columnis exſcripta ſit *e*).

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Editio nova, denuo recuſa; in qua diligentius — ſtudio et labore Stephani Curcellaei. Amſtelodami, Sumptibus P. et J. Blaeu, Waesbergen, Boom, a Someren et Goethals. M.DC.XCIX. 8. *f*). [IV.]

[Editio ultima, *Campis typis Vid. Caſparii Cotii et cura Johannis Steenbergii* diviſis in columnis expreſſa. Utraque poſterior editio eandem habet ſecundae adjectam appendicem *g*).

§. LVI.

a) Das neue Teſtament, treulich aus dem Griechiſchen ins Deutſche überſetzet. — Amſterdam gedruckt bey Chriſtoff Cunraden. 1660. 8.

b) Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 6. p. 204. *Millii* proleg. p. 151. *Wetſtenii* proleg. p. 434. *Pritii* introductio p. 395. *Michaelis* Einleitung p. 703. *Walchius* p. 23. Index Bibl. Wernigerod. p. 127. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 11. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 50. 55.

c) *Le Long* p. 220. col. 2. E.

d) Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 4. p. 198. *Walchius* p. 23. *Goezius* p. 55.

e) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 32. Index Bibl. Wernigerod. p. 28. *Walchius* p. 24. *Goezius* p. 55.

f) *Le Long* p. 222. col. 1. B.

g) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 12. *Knochii* Nachrichten p. 456. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 62. *Joh. Fabricii* hiſtor. Biblioth. Tom. 6. p. 373. *Jac. Fr. Reimmanni* Catal Biblioth. p. 237. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. Vol. 3. p. 187. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 55. Index Bibl. Wernigerod. p. 29.

Digitized by Google

Edit. Joh. Felli.

§. LVI.

Edit. Joh. Felli.

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti Libri omnes. Acceſſerunt parallela Scripturae loca, nec non variantes lectiones ex plus 100. MSS. codicibus et antiquis verſionibus collectae. Oxonii e Theatro Sheldoniano. Anno MDCLXXV. 8.

Ex praefatione: Unde inprimis conſulto egiſſe videntur Robertus Stephanus, Franciſcus Junius, et Stephanus Curcellaeus, qui ubique appoſitis juxta textum ſacrum variantibus lectionibus, id praeſtiterunt, ut quibusvis de iisdem prompte ſententiam ferre facta ſit poteſtas. Cum vero attentius ea recognoſceremus, plane comparebat pleraque illa, quae variae lectiones audiunt, aut nullius eſſe momenti, ſiquidem in vocibus prorſus ſynonymis, aut particulis mere expletivis, verſarentur; aut demum manifeſta eſſe ſphalmata, ſola analogia critica et grammatices ope corrigenda — — Cum ergo Novi Foederis editionem moliremur, ſtatuimus MSS. codices, quotquot haberi poterant, diligenter recognoſcere, et amicorum ope aliunde acceſſita, exemplarium alibi gentium reperiendorum fidem expoſcere: porro verſiones veteres Evangeliorum ante 1200. annos deſcriptas, Gothicam nempe et Copticam, in ſubſidium petere, et tandem omnia lectoris oculis, una cum textu ipſo ſubjicere.

Exhibemus ergo quae Curcellaeus ex Stephano inprimis et Wechelio deſumſit, inſuper quae Biblia Polyglotta Anglicana addidere. Porro collationem de novo inſtituimus 12. MSS. Bibliothecae Bodlejanae, quorum plerique intacti prius, nec in Polyglottis recenſiti. Accedunt collationes codicum duorum Bibliothecae Dublinienſis in Hibernia, quos H. Dodwellus collegit et transmiſit. Quatuor itidem e Gallia mittebantur, quorum tres Dn. Petavii ſenatoris Pariſienſis muſaeum ſuppeditavit [h]), quartum Bibliotheca Coenobii Gallicani quae eſt S. Germani. Verſiones Gothicam et Copticam recenſuit Th. Mareſchallus. Ultimo in loco lectiones varias 12. MSS. quae Catenae in D. Marcum Romae nuper a Petro Poſſino editae appenduntur, adjecimus.„

Verſionis Copticae ut et Gothicae varias lectiones (*inquit Millius* [i]) reliquis a ſe congeſtis inſerendas duxit eximius ille rei typographicae omnisque litterariae apud nos olim Curator (*Joannes Fell Epiſcopus Oxonienſis*) in editione N. T. quae prodiit Oxoniae anno 1675.

Haec editio [k]) caeteris omnibus eſt anteponenda, quippe quae majorem praecedentibus variarum lectionum copiam profert. Infra textum ſubjiciuntur; verum quae in diverſis libris editae prius fuerunt, non ſublatis imo additis quibusdam ſphalmatis, hic ſimul collectae ſunt [l]).

[Haec cum *Richardus Simon* ſcriberet, omnino maximam Variarum Lectionum copiam haec editio ſuppeditavit. Verum *Fellum Millio* poſt meſſem largum reliquiſſe ſpicilegium, experientia docuit. Falluntur vero, qui ſibi perſuaderi patiuntur, vel *Joh. Gregorium*, duce *Johanne Fello* hanc editionem procuraſſe, vel Textum ipſum ſecundum lectiones codicis Alexandrini eſſe transformatum aut variatum, quod utrum-

h) Aſſervantur nunc in Bibliotheca Vaticana inter codices MSS. reginae Sveciae.

i) Proleg. in N. T. p. 152.

k) Juxta Richard. Simon c. 29. hiſt. crit. textus N. T.

l) *Le Long* p. 221. col. 1. A – col. 2. B.

Digitized by Google

utrumque, quamvis perperam, adfirmatur in Pritiana introductione in N. T. *Felli* nomen quidem nullibi exprimitur; interim eum editorem fuiſſe, ſatis certo conſtat m). *Gregorii* vero editio ab hac et forma et tempore differt. Textus eſt Stephanicus vel Elzevirianus, cui variantes lectiones e codice Alexandrino adjectae ſunt. Editio eſt ſplendida, et quotidiano uſui magis, quam grande Millianum volumen, accommodata, hinc et bis inter noſtrates recuſa n). Edit. Joh. Felli.

§. LVII.

Edit. iterat. Edit. iterat.

[I.] Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti libri omnes. Acceſſerunt parallela ſcripturae loca, nec non variantes lectiones ex plus 100. MSS. Codicibus et antiquis verſionibus collectae. Omnia juxta exemplar Oxonienſe ad amuſſim recuſa. Cum Privilegio Sereniſſ. Elect. Saxoniae. Lipſiae ſumptibus Joh. Chriſtoph. Königii, typis Chriſtoph. Fleiſcheri MDCXCVII. 8. maj.

Satis accurate et nitide expreſſa eſt Oxonienſis editio. Variantes vero lectiones ſingulis paginis ſubjectae, hic omnes ad calcem Voluminis rejectae ſunt. In Syllabo editionum N. T. ſilentio praeterit *Le Long* hanc editionem, quae ut pars Bibliorum graecorum cum Prolegomenis *Johannis Frickii* prodiit; ejus vero loco ſubſtituit editionem commentitiam o), quae nunquam exſtitit: N. T. graece nunc denuo ad exemplar Oxonii impreſſum cum praefatione nova Auguſti Hermanni Franckii. m. 8. Francofurti, Henrici Richteri. 1697.

[II.] Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti libri omnes. Acceſſerunt — — collectae. Nunc demum ad exemplar Oxonii impreſſum reviſae, auctae atque emendatae. Cum praefatione nova Auguſti Hermanni Franckii, SS. Theol. Prof. Ord. in Acad. Hallenſi et Paſtoris, de vera ratione tractandi ſcripturam S. inprimis libros N. T. Lipſiae, ſumptibus Joh Chriſtoph. König, bibliopolae Goslarienſ. excudit Joh. Heinr. Richter. MDCCII. 8.

Ex praefatione: Dicam quod tota res in revidendis atque conferendis lectionibus variantibus, ob diſcrepantiam variarum lectionum, diligentiam adhuc magnam requirit, atque neceſſaria ſubſidia. Inde tributas ab aliis huic editioni Oxonienſi laudes viri eruditi vix probabunt. Ex reviſione atque collatione cum aliis antiquis atque recentioribus codicibus impreſſis, illam quam plurimis naevis laborantem deprehendi p).

[Quae

m) Producit *Le Long* teſtimonium *Pauli Windingi* in adeſpotis num. 357. „Novum Teſtamentum graecum cum centum MSS. collatum, Oxonii ante quinquennium editum curae praecipuae Joannis Fell debetur.„

n) Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 4. p. 200. *Knocbii* Nachrichten p. 449. *Wetſtenii* prolegom. p. 387. *Pritii* introductio p. 396. *Michaelis* Einleitung T. 1. p. 706. *Joh. Alb. Fabritius* bibl. gr. Vol. 3. p. 187. *Walchius* p. 24. Index Bibl. Wernigerod. p. 27. Catal Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 11. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 56.

o) p. 221. col. 2. E. Index Bibl. Werniger. p. 29.

p) Le Long p. 122. col. 1. D.

Digitized by Google

Edit. iterat. [Quae ut tollantur ſummo ſtudio allaboratum eſt, ut haec editio priori longe ſit emendatior. Aceeſſit Praefationi *Johannis Felli*, nova lectu maxime digna, et Tabula pericoparum Evangeliearum et Epiſtolicarum q).

§. LVIII.

Edit. Gregorii.

Edit. Gregorii. * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Una cum Scholiis graecis, e graecis ſcriptoribus, tam eccleſiaſticis, quam exteris, maxima ex parte deſumptis. Opera ac ſtudio Joannis Gregorii, olim SS. ac individuae Trin. Coll. apud Cantab. Socii: Nuper Archi-Diac. Glocestrienſis. Oxonii e Theatro Sheldoniano. MDCCIII. Impenſis Tho. Bennet, ad Inſigne lunae falcatae in Coemiterio D. Pauli. Londini. fol.

Johannes Gregorius chartas in ſeceſſu expolivit perpurgavitque, ideo in eo fuit, ut idoneam edendi operis rationem iniret. Aſt obiit inter haec diligentiſſimus vir, atque adeo impeditus eſt, quo minus editionem operis ipſe curaret, omnesque rationes ejus confectas daret. Cujus proinde curam ſuſeepit ac editionis negotium moderatus eſt Henricus Aldrich, — — qui eo rem perduxit, ut prodierit tandem opus Auguſtiſſimae Principi Annae, Magnae Britanniae Reginae, inſcriptum et ita comparatum, ut ſingulae paginae textum novi Foederis, loca parallela, variasque lectiones, et ſubjecta Scholia exhibeant. Deprompta iſta ſunt tum ex ſacris, tum ex profanis ſcriptoribus, quorum plerumque unde petita ſunt loca conſignavit, et partim in cujusvis ſcholii fine notavit, partim peculiari indici, operi praefixo, inſeruit, praeter Andr. Rinmannum, clar. Jo. Ern. Grabius — — qui inſperſit quoque paſſim ſua ſcholia r).

Majorem ſane ex hac editione laudem conſequitur is, cujus impenſis facta eſt, quam is cujus ſtudio Scholiis fuit onerata. Ille nitidiſſimis charaeteribus, charta pura, delicatiſſimis imagunculis opus illuſtravit: hic quasdam tantum interpretationes et nonnulla ex SS. Patribus, inprimis Theophylacto, quaedam etiam ex S. Joanne Chryſoſtomo, et in Apocalypſi ex Areta Cretenſi excerpta loca, Catenarum inſtar, congeſſit; quibus varias immiſcuit Philoſophorum ſententias. Hae vero cum a doctrina Evangelica maxime ſint diverſae, earum inſimul collectione lectoris animus offenditur. — — Qui Scholia collegit, pauca et quidem breviſſima adjunxit ex ſuis, quae ſi penitus omiſiſſet, egiſſet certe prudentius; illa namque nec textum elucidant, nec obſcuras ac difficiles ſententias explanant. Mortuo Joanne Gregorii abſoluta eſt haec editio. Variantes leetiones ex maximo tam eodicum Mſc. quam praecedentium editionum numero congregatas inter ipſum textum et ſcholia poſuit is, qui hujus curam habuit. Codex Bezanus, ſeu Cantabrigienſis ei plurimas ſuppeditavit s).

[Ad manus eſt editio omnium certe ſplendidiſſima, hinc nonnulla jam a *Le Long* in medium prolatis addere non ſuperfluum videtur. Reginae Magnae Britanniae Augu-

q) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 37. *Knorbii* Nachrichten p. 466 Acta eruditorum Lipſ. lat 1702. p. 17. *J. F. Reimmanni* Catal biblioth. p. 238. *Walchius* p. 25. Index Bibl. Wernigerod. p. 29.

r) Acta Erudit. Lipſienſia Anni 1704. p. 50.

s) Memoriae Trevoltianae art. 78. menſis Junii anno 1708. *Le Long* p. 222. col. 1. E. — col. 2. E.

Digitized by Google

Auguſtiſſimae inſcripſit opus *Johannes Gregorius*, editoris filius, qui et brevem praemiſit operi praefationem, qua tum de inſtituto tum de vita parentis rationem reddit. Sequitur tabella notarum, quae in textu et in adjectis ad cujusque paginae calcem Lectionibus habentur, una cum formulis obſervationum, quibus Mſc. codices indicati ſunt, quorum fide et ſuffragiis quaelibet ab impreſſis diſceſſio innititur; et brevis J. E. Grabii praefatio, qui a cap. IV. Lucae ad finem ſcholia graeca recognovit, et loca, unde petita ſunt, diligenter annotavit; ſubjuncto indice auctorum, e quibus ſcholia deprompta ſunt. In qualibet pagina ſuperiorem partem occupat Textus integris lineis, quibus verſiculorum notae numerales inſertae ſunt, typis diſtinctis, at non a compendiis ſcribarum liberis, expreſſus: alteram partem implent loca parallela; tertiam lectiones variantes. Quae omnia tam accurate editionem Oxonienſem 1675. §. LVI. exprimunt, eandemque variantium appendicem habent, ut ſummo jure iterata haec editio nominari poſſit; quapropter Auctores Memoriarum Trevoltianarum Editori plus, quam aequo par eſt, tribuunt. In infima vero parte paginae leguntur ſcholia graeca, quae magis ad oſtentationem, quam ad uſum lectorum, ſuum occupant locum *r*). Edit. Gregorii.

§. LIX.

Edit. Millii. Edit. Millii.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum, cum lectionibus variantibus MSS. exemplarium, verſionum, Editionum, SS. Patrum et ſcriptorum eccleſiaſticorum, et in easdem notis. Accedunt loca Scripturae parallela, aliaque ἐξηγητικά: et appendix ad Variantes Lectiones. Praemittitur Diſſertatio, in qua de libris N. T. et Canonis conſtitutione agitur: et Hiſtoria S. Textus N. Foederis ad noſtra usque tempora deducitur: et quid in hac editione praeſtitum ſit, explicatur. Studio et labore Joannis Millii S. T. P. Oxonii e Theatro Sheldoniano: MDCCVII. fol. [I.]

Ex tertia parte hujus diſſertationis p. 167. Poſtquam editor diſſeruit fuſius de MSS. exemplarium, Editionum, Verſionum et Monumentorum SS. Patrum aliorumque Scriptorum eccleſiaſticorum lectionibus variantibus, quibus in editione hac uſus eſt, addit: „Ad editionem Roberti Stephani tertiam, magnificam illam an. 1550 conformati id operam dedimus, ut κεφάλαια tam Evangeliorum vetera, quam in Actis et Epiſtolarum Euthaliana (adjunctis inſuper iis, quae ad oram Apocalypſeos adnotavit Arethas) una cum ſectionibus Evangelici textus Ammonianis et Euſebiano Canone in interiori margine collocarentur; tum vero ut lectiones exemplarium ejus ſedecim in inferiori margine ponerentur, ut et caeterae omnes, quas undecumque collegimus. — — Et quidem haud exigua ſpes eſt, lectionum, quas undecumque accumulavimus, et notularum noſtrarum beneficio, lectori paulo attentiori perſpectum fore, quaenam in ſingulis pene locis fuerit genuina S. Textus Lectio.

 Feci

r) Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 1. p. 112. Samlung v. A. u. N. 1703. Vol. 4. p. 201. *Pritii* introd. p. 400. *J. D. Michaelis* Einleitung p. 711. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. Vol. 3. p. 184. et 187. *C. M. Pfaffii* introd. in hiſt. litt. theol. p. 656. *Walchius* p. 25. *Freytagii* analecta p. 956. *J. P. Niceron* Nachrichten Vol. 21. p. 7.

Digitized by Google

Edit Millii. Feci certe quod potui, per annos jam propemodum triginta, labore fere continuo et plane incredibili, ut antiquorum Patrum et Scriptorum Eccleſiaſticorum, Verſionum Orientalium aliarumque vetuſtiſſimarum, Exemplarium denique (ut editiones ſileam) MSS. optimorum; ac coeterorum cujuscumque ſeculi ac notae reſeratis theſauris, et in unum collatis, videat ſtatim lector, quem in modum ſe habuerit, ab ipſis Canonis N. T. primordiis, in codicibus cujusque ſeculi, textus graecus novi Foederis; tum vero ut in ſuo de variationibus majoris momenti, quae occurrunt, judicio noſtris hinc inde notulis nonnihil adjuvetur. Sed et ad explicationem ſacri codicis ſenſuum haud parum contuliſſe me ſpero, diligenti locorum parallelorum, aliorumque quorundam annotatione.„

Haec editio (*inquit Bentlejus* *u*)) ea typorum elegantia eſt et magnificentia, ea in annotationibus eruditio elucet, in variis lectionibus induſtria, quippe etenim ad eam copiam comparandam omnia SS. Patrum ſcripta, omnes antiquas verſiones, et infinitam vim codicum MSS. curioſe excuſſiſti.

Has (*inquit Joh. Alb. Fabricius* *x*)) quamvis magnificas laudes etiam vincit opus ipſum, et editio N. T. luculenta Milliana, quae hoc anno 1707. Londini in folio lucem vidit, cum uberioribus et eruditiſſimis prolegomenis complectentibus non modo hiſtoriam criticam Canonis ſacri, quem diligenter confirmat, ſed etiam per ſingula ſecula progrediendo cenſuram continentibus codicum, quibus Patres Graeci et Latini fuerunt uſi, denique recentium virorum doctorum induſtriam, qui N. T. ediderunt vel varias lectiones collegerunt.

In Actis Erudit. Lipſ. N. T. Milliani hiſtoriae haec praemittuntur: Dudum exſpectatum ſummis orbis Chriſtiani ſtudiis opus jam demum, Sereniſſ. Britannorum Regina, nequicquam obſtantibus belli et pacis curis, urgente in lucem prodiit, Auctore quidem paucis poſt illud publicatum diebus mortalibus rebus erepto; nimirum vanos hominum plauſus vel non admittendos ei, qui mentem tamdiu in iſtis defixam habuiſſet, vel longo eosdem labore, herculea conſtantia per XXX annos heic exantlato, impares eſſe oſtendentibus fatis. Stat interea immortalis gloria operis, et ut fas eſt ominari a verbo vitae vitam trahet atque immortalitatem *y*).

[Editio haec prima Oxonienſis apud Anglos frequentior eſt quam in noſtris oris; nec unde Anglis eam invideamus, habemus, ſiquidem poſteriores editiones hac priori longe ſunt meliores. Textus nitide eſt exſcriptus; cui tum loca parallela integris lineis, et denique variantes lectiones, quibus annotationes interſperſae ſunt, minutioribus typis ſubjiciuntur. Accedit variantium lectionum tardius allatarum appendix. Laudatur in opere indefeſſus editoris labor et induſtria, omnia quaecunque ſunt, e tam diverſis fontibus conquirendi et accumulandi. Quae vero in opere reprehenduntur, ad tria capita revocari poſſunt; nimirum editorem Verſioni vulgatae nimium quid tribuere, et verſiones quoque alias pro lectionibus variantibus habuiſſe; lapſus memoriae a SS. Patribus in citandis ſacris effatis commiſſos pro variantibus accepiſſe; et denique indubitata ſphalmata ad variantes eum traxiſſe, adeoque eum multoties plus laboris ac induſtriae, quam judicii adhibuiſſe. Hinc editor non unum nactus eſt cenſorem, qui operi medelam adhibere ſtuduit; inter quos praeter *Jacobum l'Enfant*, et *Johan-*

u) in Epiſtola ad Joann. Millium p. 95.
x) lib. 4. c. 5. §. 16. Biblioth. graecae.
y) Anno 1708. p. 1. etc. Hactenus *Le Long* p. 223. col. 2. A. — p. 224. col. 1. D.

Johannem Clericum maxime eminet *Daniel Whitby*, qui felici ſucceſſu multa a *Millio* commiſſa correxit et emendavit; cui nuper acceſſit Cl. *Chriſt. Aug. Bode* in Pſeudocritica Millio-Bengeliana *z*). Pereruditia prolegomena, quae primo librorum N. T. natales eruunt, et canonem conſtituunt, deinde ſacri Textus fata exponunt, et denique de inſtituto editoris rationem reddunt, ſeorſim recuſa exſtant *a*). Edit. Millii.

* Novum Teſtamentum graecum, cum lectionibus variantibus — — — ſtudio et labore Joannis Millii S. T. P. Collectionem Millianam recenſuit, meliori ordine diſpoſuit, novisque acceſſionibus locupletavit Ludolphus Kuſterus. Excuſum Amſtelodami, et proſtat Lipſiae apud Joh. Fridericum Gleditſch et Fil. MDCCX. cum privilegiis. Fol. [II.]

Ex praefatione Küſteri: Joannes Millius accurata ſua diligentia effecit, ut omnibus nunc apparere poſſit, diſcrepantiam Codicum MSS. Novi Teſtamenti longe minoris eſſe momenti, quam non ſolum homines erga S. ſcripturam male animati ante jactitaverant, ſed etiam multi forſan ex iis qui bene de religione ſentirent ſibi perſuaſerant. Ut autem Lector de variantibus lectionibus Novi Teſtamenti eo melius judicare poſſit, de earum natura et differentia paucis hic diſſerere viſum eſt.

Quatuor variantium lectionum ſtatuo genera: 1. Falſo ita dictarum, ſive quae tales eſſe videntur at revera non ſunt; 2. dubiarum; 3. vere quidem talium, ſed nullius momenti; 4. vere itidem talium, ſed alicujus vel magni momenti.

Variantes lectiones falſo ita dictae ſunt illae, quas certo conſtat, eſſe textus depravationes. Ad hanc igitur claſſem non ſolum referendae ſunt lectiones contradictoriae, abſurdae, ſed etiam lectiones variantes codicis alicujus, quem ex altero codice adhuc exſtante deſcriptum eſſe conſtat. Huc etiam pertinent menda typographica

z) Quae *Jac. L'Enfant* contra *Millium* ſcripſit, legenda ſunt in Biblioth. choiſ. Tom. 16. art. 5. Tom. 18, 5. et Tom. 21. Part. 1. art. 2. Cui accedit *Joh. Clerici* epiſt. ad C. Junium Optimianum, quae eidem Bibliothecae inſerta editioni Kuſteri praemiſſa eſt. Jungatur *Dan. Whitby* examen variantium lectionum *Johannis Millii* S. T. P. in novum teſtamentum, ubi oſtenditur, I. lectionum harum fundamenta incerta plane eſſe, et ad lectionem textus hodierni convellendam protinus inidonea: II. Lectiones variantes, quae ſunt momenti alicujus, aut ſenſum textus mutent, pauciſſimas eſſe, atque in iis omnibus lectionem Textus defendi poſſe: III. Lectiones variantes levioris momenti, quas latius expendimus, tales eſſe, in quibus a lectione recepta rariſſime recedendum eſt. IV. Millium in hiſce variantibus lectionibus colligendis ſaepius arte non ingenua uſum eſſe, falſis citationibus abundare, et ſibimet ipſi multoties contradicere. Prodiit hoc opus rei criticae ſacrae quam maxime inſerviens prima vice Londini 1710. fol. et deinde 1727. fol. *Sigism. Havercampius* vero cum praefatione praemiſſa Iterum luci expoſuit Lugduni Batavorum 1724. et 1733. 8. Cl. *Bodii* Pſeudocritica Millio-Bengeliana, ſive tractatus criticus, quo verſionum ſacrarum orientalium, Syriacae, Arabicarum, Polyglottae Erpenianae et Romanae, Perſicarum, Polyglottae et Whelocianae, Aethiopicae et Armenicae allegationes pro variis N. T. graeci lectionibus a Jo. Millio et Jo. Alb. Bengelio fruſtra factae, plene recenſentur, refutantur et eliminantur, inſertis earundem verſionum veris allegationibus, prodiit Tomus I. Halae 1767. 8. Tom. II. ibid. 1769. 8.

a) Edidit illa, notisque illuſtravit *Daniel Salthenius* Regiomonti quatuor Diſſertationibus 1733. et 1734. Conf. de hac priori editione operis Milliani: *J. G. Pritii* introd. p. 396. qui et ſpecimen editionis exhibet p. 399. *J. D. Michaelis* Einleitung Tom. I. p. 713. *Walchius* p. 25. *J. F. Buddei* iſagog. p. 1505. *J. M. Goezius* l. c. p. 35.

Digitized by Google

Edit. Millii. Editionum; itemque diſcrepantiae lectionum, ortae ex citationibus, quas non ex fide codicis alicujus veteris, ſed ex memoria factas eſſe conſtat. — — Neque recte variantium lectionem numerum auxerint voces illae, quae diverſa tantum ratione ſcribendi (quarum utramque apud veteres librarios uſu receptam fuiſſe conſtat) inter ſe diſcrepant, manente eadem prorſus ſignificatione vocis. Haud paucas hujusmodi lectiones varias falſo ita dictas in collatione hac Milliana reperiri fateor: quas ſi pro veris omnes Millius habuit, absque dubio deceptus ſaepe fuit: ſin ſcivit quidem non eſſe veras lectiones variantes, et tamen eas quoque annotandas eſſe cenſuit, ne quicquam ejus generis praetermitteret, exactiſſimam ejus diligentiam merito laudandam eſſe arbitror.

Quod ad ſecundum genus variantium lectionum attinet; eo praecipue referendae ſunt citationes illae Patrum, de quibus exploratum non eſt, utrum fide et auctoritate codicis alicujus veteris nitantur, an vero conceptae tantum ſint verbis, quae memoria forte citanti ſuggererint. De talibus ergo ſententia ferenda eſt, ut neque illico pro variis lectionibus habeantur, neque ex earum numero temere excludantur, donec omnibus recte ponderatis de illis judicari poſſit — — Pergo nunc ad variantes lectiones vere tales, ſive eas quae ſpeciem veri habent, et auctoritate codicis alicujus MS. nituntur; et quidem iis in locis, de quorum vera et archetypa lectione nondum liquido conſtat. Has bifariam nobis diſpertire viſum eſt, quarum alteras eſſe diximus nullius momenti, alteras alicujus vel magni momenti. Nullius momenti dico eas, quae nullam ſententiae loci inferunt mutationem, adeo ut nihil interſit, utrum hanc an illam amplectaris. Hujus generis variantes lectiones innumerae pene in collectione hac Milliana occurrunt.

Reſtant ergo variantes lectiones alicujus vel magni momenti; quarum non ita multae, pro reliquarum numero, in editione hac Novi Teſtamenti reperiuntur. De harum plerisque Cl. Millius tam in notis quam in Prolegomenis magna diligentia egit, poſt quem actum non agemus.

Reſtat ut quid in nova hac editione a nobis praeſtitum vel additum ſit, Lectori paucis exponamus. Primo Textum Graecum cum XXII. codd. MSS. quibus Cl. Millius uſus non eſt, collatum damus. Ex his novem, qui tantum quatuor Evangelia continent, (nono tamen excepto, qui praeter quatuor Evangelia et alias Novi Teſtamenti partes complectitur) Pariſiis in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi aſſervantur. — — Praeter has collationes Pariſienſes, trium aliorum Codd. collationibus Editionem hanc locupletavimus, ſc. Codicis Graeci quatuor Evangeliorum ſexcentorum annorum, quem in notis noſtris *Lipſienſem* vocamus, quod eum poſſideat vir Reverendus Jo. Gottlob Carpzovius Eccleſiaſtes Lipſienſis: Codicis *Seideliani*, ita appellati a poſſeſſore ejus Seidelio Berolinenſi, ante paucos annos defuncto, ſeptingentorum annorum; in hoc codice deſiderantur quatuor Evangelia; continentur autem reliqui libri Novi Teſtamenti omnes: Ultimi denique et nulli reliquorum ſecundi, codicis ſc. *Borneriani*, olim Petri Francii, nunc Chriſtiani Friderici Borneri S. T. D. et graecae latinaeque apud Lipſienſes Profeſſoris, qui quidem codex tredecim tantum Epiſtolas Paulinas complectitur, et qui octingentorum annorum aetatem excedit. — — Notas textui ſubjectas numeris verſuum, in quos ipſe textus diviſus eſt, diſtinximus, iisque longam appendicem calci prioris editionis annexam, non ſine magno labore inſeruimus.

mus. — In iiſdem notis loca ex Prolegomenis paſſim citavimus, praeſertim illa, in quibus Millius vel ſententiam ſuam correxit, vel quaedam affert ante indicta [b]). Edit. Millii.

[Recedit haec editio iterata a priori quoad externam formam. Textus graecus bipartitis columnis eſt inſcriptus; verſiculi textus tum numerorum notis, tum linearum ſpatiis diſtinguuntur; litterae vero a, b, c, etc. quae, ut in Stephaniana tertia editione lectorem ad Variantes lectiones remittunt, prorſus ſunt eliminatae, retentis ſolummodo aſteriſcis, quibus loca parallela indicantur. Variantes lectiones pari modo pro numero verſiculorum textus et numeris et ſpatiis ſunt diſtinctae, et vox ipſa, quae diverſimode legitur, uncinulis incluſa in notis iterum expreſſa eſt: quibus omnibus editor Lectori optime conſuluit. Accedit ab initio Ludolphi *Küſteri* praefatio; *Johannis Clerici* epiſtola de Editione Novi Teſtamenti Milliana, quae Oxonii prodiit, ad C. Junium Optimianum; quibus prolegomena prioris editionis ſuccedunt. Quae vero in opere ipſo editor emendavit, correxit, addidit, ex ſupra allatis praefationis ejus ſectionibus dijudicari poſſunt. Id denique monendum eſt, dari hujus editionis exemplaria, quibus nota anni MDCCIX. addita eſt, in quorum rubro legitur: *[illegible]um opus denuo recenſuit, meliori ordine diſpoſuit, appendice integra prioris editionis et majori Parte Prolegomenon ſub textum revocata; variisque praeterea lectionibus plurium Codd. MSS. ſpectandae vetuſtatis, novisque obſervationibus auxit Ludolphus Küſterus. Amſtelodami, ſumptibus Jo. Frid. Gleditſch, Bibliopolae Lipſ. et Caſp. Fritſch Bibliopolae Amſtelodamenſis.* Verum ſunt iſta exemplaria unius ejusdemque editionis: et niſi omnia me fallunt, illa, quae, cum prodiret editio, in Germaniam transportata ſunt, hoc rubro ornata fuere [c]).

Novum Teſtamentum — — Ludolphus Küſterus. Editio ſecunda. Lipſiae ſumptibus Fil. Joh. Frid. Gleditſchii. MDCCXXIII. fol. [III]

Editio iterata, uti libri titulus vult: ſed ſunt, qui non ſine veri ſpecie adfirmant, antiquiorem editionem novo ornatam eſſe titulo [d]).

§. LX.

Edit. Maſtrichtii. Edit. Maſtrichtii.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum poſt priores Seph. Curcellaei, tum et DD. Oxonienſium labores, quibus parallela ſcripturae loca nec non variantes lectiones ex plus C. MSS. codd. et antiquis verſionibus collectae exhibentur; accedit tantus locor. parall. numerus, quantum nulla adhuc, ac ne vix quidem ipſa profert praeſtantiſſima aeditio Milliana; variantes praeterea ex MS. Vindobonenſi; ac tandem criſis perpetua, qua ſingulas variantes earumque valorem aut originem ad XLIII. Canones examinat G. D. T. M. D. cum ejusdem prolegomenis et notis in [I.]

b) *Le Long* p. 224. col. 1. E. — 225. col. 1. E.

c) Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 4. p. 204. *Knechii* Nachrichten p. 402. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 3. Unſchuld Nachrichten 1710. p. 21. Acta Erudit. Lipſienſ. 1710. p. 421. *Joh. Alb. Fabricii* bibl. gr. *J. Fr. Buddei* iſagoge; *Walchius*, *Michaelis*, *Pritius* ll. cc. *Joh. Alb. Bengelii* apparat. crit. p. 442. Index Bibl. Wernigerod. p. 30.

d) *Walchius* p. 28. Catal. Biblioth. Bunavian. Tom. 1. p. 12. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 36.

Digitized by Google

Edit. Maſtrichtii.

in fine adjectis; omnium indicem quaere ad calcem praefationis. Amſtelodami ex officina Wetſteniana. CIↃIↃCCXI. 8.

Editio nitidiſſima ſine ligaturis, ſeu litterarum nexibus et Compendiis e).

[Quibus haec editio ſatis accurate typis Henrici Wetſtenii exſcripta ſeſe ab aliis diſtinguat, ipſa docet, quam integram exſcripſimus, libri inſcriptio ſatis larga. Debemus illam ſtudio et curae Gerhardi de Trajecto Moſae Doctoris, i. e. *Gerhardi a Maſtricht*, Juriſconſulti peritiſſimi, Civitatis Bremenſis Syndici, qui in adornanda hac editione, in qua Textus ad normam Elzevirianae ſecundae anni 1633. §. LIII. exſcriptus eſt, opere Milliano uſus eſt, ex quo loca parallela, variantesque lectiones, quae ipſi gravioris momenti viſae ſunt, ſelegit, atque alias e codice Vindobonenſi addidit: ſingulas vero ſecundum canones criticos, quorum nonnullos *Bengelius* deinde ſub examen vocavit, ad dijudicandum earum valorem, ſtudioſe examinavit. Praefationem Typographi, ſequuntur prolegomena lectu omnino digna et multa eruditione referta; *Stephani Curcellaei* praefatio in N. T.; Praefatio N. T. *Oxonii* 1675. edito praefixa, et denique Praefationis Whitbyanae capita vel argumenta cum partitione operis Whitbyani. Bis, quantum mihi ſcire licuit, recuſa exſtat haec editio eadem forma, et ſervata ejusdem anni nota. Hinc vix, ac ne vix quidem, iteratae ab originali diſcerni poſſunt editione f).

[II.] Ἡ καινὴ διαθήκη. — — Editio altera priori auctior atque emendatior. Amſtelodami. Apud J. Wetſtenium et G. Smith. MDCCXXXV. 8.

Editio iterata, quae revera quarta dicenda fuiſſet, atque prioribus accurate reſpondet g).

§. LXI.

Ad ultimam periodum Textus graeci Novi Teſtamenti fata ejus referuntur recentiſſima. Seculum noſtrum, niſi omnia me fallunt, ſeculum criticum dici poſſet. Nam de arte critica et criſeos ſtudio perſonant Doctorum Cathedrae; crepant diaria eruditorum criſin; et ad criſin provocare ſaepe videmus eos, qui limites uſus et abuſus ejus transgrediuntur. Fata Novi Teſtamenti graeci ita voluerunt, ut textus ejus de novo ſive criſeos uſu ſive abuſu in inquiſitionem traheretur. Sunt utique viri docti, qui ſincero animo ducti manus, ut ſibi perſuaſerunt, auxiliatrices textui ſacro intulerunt, et quae oculis aliorum praeterito tempore ſeſe ſubduxerunt, detegere, nova cura examinare, criſeos ope verum a falſo ſeparare, alia ejicere, alia reſtituere, ſaltem in melius textum mutare ſtuduerunt. Sunt vero et alii, qui audaciores, ne amplius textus ſacer typis expreſſus illorum opinionibus opponi poſſit, eas ſtabilire ſtuduerunt lectio-

e) *Le Long* p. 225. col. 2. C.

f) Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 4. p. 206. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 63. Acta Erudit. ſuppl. Tom. 5. p. 447. *Joh. Fabricii* hiſt. Biblioth. Tom. 6. p. 374. Unſchuld. Nachrichten 1712. p. 531. et 655. *Pritii* introduct. p. 397. *J. D. Michaelis* Einleitung p. 727. *Walchius* p. 28. *J. Fr. Buddei* iſagoge p. 1506. *Pfaffius* hiſt. litt. theol. *J. F. Reimmanni* catal. bibl. p. 238. Index Bibl. Wernigerod. p. 30. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 11. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 59.

g) Biblioth. raiſonnée, Tom. 15. p. 27. *Walchius* p. 29. *Goezius* p. 59.

Digitized by Google

lectiones, quae ex mente illorum pro veris habendae ſint Contradixerunt alii, et criſin contra criſin produxerunt, quo orta ſunt illa bella, interdum nimis acerba, quae hiſce temporibus ſunt quam frequentiſſima. Quae ita vel ab illis vel ab his formatae ſunt editiones, quia textus illarum eſt plane ſingularis, ad nullam praecedentium referri poſſunt claſſem. Ordine itaque chronologico, conjunctis tamen iis, quae unius tantum ſunt iteratae editiones, haſce ſingulares recenſebimus editiones.

§. LXII.

Edit. Bengelii.

Edit. Bengelii.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum ita adornatum, ut textus probatarum editionum medullam, margo variantium lectionum in ſuas claſſes diſtributarum locorumque parallelorum delectum, apparatus ſubjunctus criſeos ſacrae, Millianae praeſertim, compendium, limam, ſupplementum ac fructum exhibeat: inſerviente Jo. Alberto Bengelio. Tubingae, ſumptibus Jo. Georgii Cottae. A. D. MDCCXXXIV. 4. [I.]

Jam anno 1725. editor, Vir de eccleſia Chriſti optime meritus, propoſitum de edendo N. T. publice propoſuerat; anno vero 1731. altero ſpecimine nonnulla rectractarat, rationemque mutationum conſilii aliquarum reddiderat. Praeterlapſo deinde fere quadriennio in lucem exiit editio multo ſtudio, ingenti cura, et indefeſſo labore procurata. Textus in certas ſectiones diviſus, notatis in margine capitum et verſuum notis numeralibus, ad normam probatarum editionum eſt exſcriptus, nec ulla inſerta eſt ullibi lectio, quae non aliquam jam adepta ſit auctoritatem, hinc textus nulli omnino reſpondet editioni, ſed plane eſt ſingularis. Apocalypſeos vero non eadem eſt ratio; ſiquidem hic Editor textum e MS. codice multoties, ut ſibi quidem viſum eſt, emendavit. Variantes lectiones ſelectae, quae alicujus momenti viſae ſunt, rejectis iis plane, quae minoris aut nullius ponderis ſunt, in margine inferiori ſunt locatae, et litteris certis ad deſignandum illarum valorem notatae; in quarum numero haud raro inveniuntur, quas in textu ipſo expreſſis praeferendas eſſe cenſet. Accedit apparatus criticus, in quo habetur 1) introductio ad univerſam lectionis varietatem dijudicandam; 2) tractatio, potiora loca variantia ſingulatim diſcernens; 3) epilogus, dubia generalia reſolvens, et rationem hujuſce ſcrutinii ad uſus ſuos referendi deincepsque conſummandi declarans [b]). Verum, uti ſors eſt humana, non omne tulit punctum editor, ſed in varias incurrit inprimis eorum cenſuras, qui in determinando valore variantium lectionum ab ipſo receſſerunt. Nimis acerbe in virum pium et modeſtum invehit *Joh. Jac. Wetſtenius* [i]); amice eum amico de eodem argumento egit *C. B. Michaelis:* cui ſimili modo

b) Poſt fata auctoris apparatus iterum prelo ſubmiſſus eſt: D. Jo. Alb. Bengelii apparatus criticus ad Novum Teſtamentum, Criſeos ſacrae compendium, limam, ſupplementum ac fructum exhibens. Editio ſecunda, Curis B. Auctoris poſterioribus aucta et emendata, copioſoque indice inſtructa, curante Philippo Davide Burkio. Tubingae 1763. 4. Acceſſit huic editioni: Appendix, ceteros Bengelii labores in N. T. criticos, ſeparatim antehac editos, complectens: quorum in numero hic exhibetur, quem ſupra laudavimus, Prodromus anno 1725. evulgatus, et Notitia N. T. recte cauteque adornandi anno 1731. publice expoſita. Conf. D. *J. A. Erneſti* neue theol. Biblioth. Vol. 4. p. 99. etc.

i) Prolegomena in N. T. p. 398-432.

Edit. Bengelii. modo Editor reſpondit k). Jungenda omnino eſt artis criticees ſtudioſo haec editio operi Milliano, quod numerum variantium lectionum nimis auget, dum ex hac, exiguum eſſe verarum variantium numerum, apparebit l).

[II.] Ἡ καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum graecum, ita adornatum, ut in textu medulla editionum probatarum retineatur, atque in margine ad diſcernendas lectiones genuinas, ancipites, ſequiores, anſa detur, inſerviente Jo. Alberto Bengelio. Stutgardiae, excudebat Dan. Benjamin Faber. A. MDCCXXXIV. 8.

Eundem Textum ſimili modo diſpoſitum, easdemque lectiones variantes profert haec editio minor, quae eodem anno majori ſucceſſit. Qui hac vel ſequentibus editionibus minoribus utuntur: iis optime conſuluit Cl. *Burkius* nova editione Apparatus critici; cum alias in dijudicando cujusvis variantis lectionis valore editio major conſulenda fuiſſet m).

[III.] Ἡ καινη διαθηκη. Novum — — inſerviente Joh. Alberto Bengelio. Excudebatur A. MDCCXXXIV. Stutgardiae, nunc autem nova editionis praefatione inſtructum proſtat Tubingae, in bibliopolio Bergeriano. MDCCXXXIX. 8.

Acceſſit praefationi novae illuſtratio notarum, quibus valor variantium lectionum indicatur. Textus ſimili modo, ut in praecedentibus, eſt diſpoſitus n).

[IV.] Ἡ καινη διαθηκη. Novum — — inſerviente Jo. Alberto Bengelio S. T. D. Stutgardiae, excudebat Jo. Nic. Stollius. MDCCLIII. 8.

Addita eſt huic editioni novum Editoris de hac editione monitum, quod recuſum datum eſt in nova Apparatus critici editione o).

[V.] Ἡ καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum — inſerviente Joh. Alberto Bengelio. Tubingae impenſis Chr. Henr. Bergeri. MDCCLXII. 8. p).

[VI.] Ἡ καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum — inſerviente Joh. Alberto Bengelio. Tubingae impenſis Chr. Henr. Bergeri. MDCCLXXVI. 8.

[VII.] Ἡ καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum graecum, ita adornatum ut textus probatarum editionum medullam, margo variantium lectionum in ſuas claſſes

k) *Chriſtiani Benedicti Michaelis* tractatio critica de variis lectionibus novi teſtamenti caute colligendis et dijudicandis. Halae 1749. 4. Reſpondit *Bengelius*, ipſumque ſcriptum cenſori ſuo transmiſit, qui illud annotationibus illuſtratum typis exſcribi curavit: *Joh. Alberti Bengelii* tractatio de ſinceritate novi Teſtamenti graeci tuenda: cum adſperſis hic illic ab editore *Chriſt. Ben. Michaelis* adnotatiunculis.

l) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 42. *Knochii* Nachrichten p. 542. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 37. *Coleri* auserleſ. theol. Biblioth. Vol. 7. p. 415. Acta Erud. Lipſ. 1735. p. 529. Acta hiſtor. eccleſ. Beyträge Vol. 3. p. 209. 212. *Pritii* introductio p. 407. *J. D. Michaelis* Einleitung p. 730. Samlung von A. u. N. 1735. p. 646. *Walchius* p. 29. Index Bibl. Wernigerod. p. 32. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 12.

m) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 475. *Walchius* p. 29.

n) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 14. Samlung v. A. u. N. 1738. früh aufgeleſ. Früchte p. 159. *Walchius* p. 29.

o) Index Biblior. Wernigerod. p. 33. *Goezii* Verzeichnis p. 64.

p) *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 64.

Digitized by Google

claſſes diſtributarum, locorumque parallelorum delectum exhibeat, curante Andrea Buttigio. Lipſiae ex officina Weidmanniana. MDCCXXXVII. 8. Edit. Bengelii.

Jungimus praecedentibus merito hanc editionem, quae nil niſi iterata eſt textus Bengeliani editio, quod ipſe, quamvis in rubro *Bengelii* nomen ſilentio praetermiſſum ſit, in praefatione fatetur editor. Textus idem eſt, ſed more conſveto in verſiculos diſtinctus et bipartitis columnis inſcriptus. Variantes lectiones e majori editione mutuo ſumtae ſunt, appoſitis notis valoris earum, et tabula, qua ſigna ipſa explicantur. Loca parallela editor ex eodem opere deſcripſit. Communi uſui magis accommodata eſt haec editio, quam minores Bengelianae ſupra recenſitae. Verum et variantes ſuperfluae ſunt iis, qui vel majorem editionem vel Apparatum criticum conſulere nequeunt q).

§. LXIII.

Edit. Wetſtenii.

Edit. Wetſtenii.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum editionis receptae, cum lectionibus variantibus codicum MSS. editionum aliarum, verſionum et patrum, nec non commentario pleniore ex ſcriptoribus veteribus hebraeis, graecis et latinis hiſtoriam et vim verborum illuſtrante, opera et ſtudio Joannis Jacobi Wetſtenii. Tomus I. continens quatuor Evangelia. Amſtelaedami, ex officina Dommeriana. MDCCLI. fol. Tom. II. continens epiſtolas Pauli, Acta Apoſtolorum, epiſtolas Canonicas et Apocalypſin. Amſtelaedami ex officina Dommeriana. MDCCLII. fol. [I.]

Ut hujus editionis jam dudum promiſſae hiſtoriam diſtinctius recenſere poſſimus, in priora tempora, et ad vitam anteactam *J. J. Wetſtenii* anno 1693. nati et 1754. denati r), aliquantulum recedendum eſt. Jam ab anno 1713. quo officio publico admovebatur, criſeos ſtudium ei in deliciis fuerat; hinc multa et domi, et in itineribus per Helvetiam, Galliam et Angliam collegerat; quae omnia propoſitum, Novum teſtamentum ita edendi, ut fere omnes, quae unquam indagari poſſent, cumulatas exhiberet variantes lectiones, inprimis e MSS. Codd. hauſtas. Verum in patriam rediens et officio publico fungens, talem ſeſe docendo geſſit, ut collegae in graviſſimam, eum in varios errores abire, inducerentur ſuſpicionem. Res primum in conventu eccleſiaſtico tractata eo demum rediit, ut magiſtratui denunciaretur; qui cognita cauſa *Wetſtenium* ab officio removendum eſſe ſtatuit. Exſtant hujus rei acta publice expoſita, quae ab amicis *Wetſtenii* ut falſa, truncata et ſuppoſititia declamantur s). *Wetſtenius* vero Baſilea dimiſſus ad Amſtelodamenſes abiit, atque ſibi deman-

 datum

q) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 476. Samlung v. A. u. N. 1737. früh aufgeleſ. Fr. p. 69. *Walchius* p. 32. Index p. 32.

r) Vitam Viri, cui nec fama nec gloria eruditionis denegari poteſt, ſcripſit *Krigboutus* in ſermone funebri Amſtelodami d. 9. Julii 1754. habito, ibidemque typis exſcripto; ex quo ſua hauſere Nouv. Biblioth. Germanique Tom. 16. p. 109. ſqq. et Act. hiſt. eccleſ. Vinar. Beyträge Vol. 3. p. 713. ſqq.

s) Acta, *oder Handlungen, betreffend die Irthümer und anſtöſſige Lehren Herrn J. J. W. gewesenen* Diac. Leonh. *enthaltend die Bedencken E. Ehrw.* Conventus Theologici *und ſeine, Herrn Wetſteins ſelbſteigene Schutzſchriften, ſamt andern dazu dienlichen Documenten. Baſileae* 1730. 4. Conf. *Samlung v. A. u. N.* 1738. p. 71.

Edit. Wetſtenii. datum munus Profeſſoris in gymnaſio Remonſtrantium, quod Amſtelodami floret, capeſſivit. Prodierunt interim celebrata illa *Prolegomena ad novi Teſtamenti graeci editionem accuratiſſimam* t), quae multa lectu digna et bene concocta, multa vero continent, quae, dum ſuſpicionem ſemel conceptam augerent, a viris eruditis impugnata ſunt u). Publicum vero munus, et injuncti labores, quibus ſemper pro virili ſtetit, quo minus, quod ſemel ſibi propoſuerat, exequeretur, eum minime impediverunt. Et ſic tandem poſt interjectam viginti annorum moram in lucem exiit, quod jam recenſemus, Novum Teſtamentum graecum. Quod ad externam attinet formam, duobus abſolvitur Voluminibus; cui utrique praemittuntur *Prolegomena*, non omni ex parte illa priora, ſed immutata, variisque contra adverſarios invectivis referta x). Volumen prius continet Quatuor Evangelia: poſterius vero Epiſtolas Paulinas, Acta Apoſtolorum, Epiſtolas Canonicas et Apocalypſin. Sic voluit editor a conſveto librorum ſacrorum ordine recedere, et quidem ſuaſu MSS. Codd. qui hoc ordine libros ſacros

t) Prolegomena ad novi teſtamenti graeci editionem accuratiſſimam, e vetuſtiſſimis codd. MSS. denuo procurandam; in quibus agitur de codd. MSS. n. teſtamenti, ſcriptoribus graecis, qui n. teſtamento uſi ſunt, verſionibus veteribus, editionibus prioribus et claris interpretibus: et proponuntur animadverſiones et cautiones ad examen variarum lectionum N. T. neceſſariae. Amſtelaedami apud B. et J. Wetſtenios et G. Smith. MDCCXXX. 4. In 16. capita diſtinctum eſt integrum opuſculum. 1) Obſervationes circa codices graecos manuſcriptos novi teſtamenti, 2) deſcriptio veterum codicum primae claſſis 3) – – ſecundae claſſis. 4) – – tertiae claſſis. 5) – – quartae claſſis. 6) de ſcriptoribus graecis, qui novo teſt. uſi ſunt, usque ad tempora Conſtantini M. 7) – – ſec. IIII. XIV. 8) de verſione latina. 9) de verſione coptica et ſyra. 10) de editione complutenſi. 11) de editionibus Eraſmi. 12) de editionibus R. Stephani. 13) de editt. Theodori Bezae. 14) de var. lect. collectoribus atque editoribus. 15) de claris interpretibus magnaeque auctoritatis inter Proteſtantes viris, et quid illi de V. L. ſenſerint. 16) animadverſiones et cautiones ad examen variarum lectionum N. T. neceſſariae. Conf. *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* Vol. 4. p. 217. *Mich. Lilienthalii* Exeget. Biblioth. p. 238. *Saml. v. A. u. N.* 1731. p. 596. Biblioth. raiſonnée, Tom. 4. p. 294. *Reimmanni* acceſſ. ad Catal. p. 441.

u) Referenda huc ſunt duo ſcripta ἀνωνύμως edita: Specimen animadverſionum in prolegomena in novi Teſtamenti graeci editionem accuratiſſimam nuper Amſtelodami edita. Londini 1731. 8. et Anonymi Baſileenſis vindicatio ab accuſatione gemina auctoris Prolegomenon: quod *J. C. Iſelino* adſcribitur. Utrumque ſcriptum inſertum legitur in Miſcellaneis Duisburgenſibus Tom. I. faſc. III. p. 493. et 507. Quibus jungi poteſt *Ant. Drieſſenii* divina auctoritas N. T. vindicata. 1733.

x) Prolegomena N. T. praemiſſa triplicem occupant locum. Quatuor Evangeliſtis praemiſit capita quindecim priora editionis ſed ita ut multa immutarit, multa addiderit, ut de editionibus *Ariae Montani*, de editione hodie recepta, de editione *Schmidii* et *Bengelii*. Secundo Volumini praemiſit prolegomena, quae MSS Codd. Epiſtolarum Apoſtolicarum deſcriptos in certas Claſſes diſtribuunt. Ejusmodi prolegomena et Apocalypſi praefixit. Caput vero ultimum prioris editionis ad calcem Apocalypſeos rejecit, eique obſervationes de interpretatione N. T. et de interpretatione Apocalypſeos attexuit, una cum duplici indice auctorum et verborum. Singula collecta et recuſa exſtant ſ. t. *Joh. Jac. Wetſtenii* prolegomena in Novum Teſtamentum. Notas adjecit atque appendicem de vetuſtioribus latinis recenſionibus, quae in variis codicibus ſuperſunt, *Joh. Sal. Semler*, cum quibusdam characterum graecorum et latinorum in libris manuſcriptis exemplis. Halae Magdeb. 1764. 8. in qua editione p. 1 - 538. prolegomena prioris, p. 539 - 582. poſterioris voluminis, p. 583 - 686. *Semleri* appendix exhibetur.

Digitized by Google

ſacros exhibent. In ſingulis paginis, niſi annotationum profuſa ubertas id impedit, textus ſuperiorem, variantes lectiones medium, et annotationes infimum occupant locum. Singula nitidis typis, ut moris eſt typographiis belgicis, ſunt impreſſa. Edit. Wetſtenii.

Quod vero ad internam editionis attinet conditionem, nonnulla hic nobis obſervanda veniunt. Textus ſine ulla mutatione ex Elzeviriana deſcriptus eſt, notatis in margine verſuum numeris. Non licuit enim editori, quas meditatus erat textus ſacri mutationes, ipſi immiſcere; hinc mandato parens textum receptum exſcribi curavit. Nihilo tamen ſecius variis ſignis, lineolis, punctisque, quae mutanda, omittenda vel inſerenda ſibi viſa ſunt, ſat aperte indicavit; ſubjectis cujusvis in notis medelis, quas ipſe textui ſacro parare ſtuduerat y). Textui ſubjectae ſunt typis minutioribus variantes lectiones, multo ſtudio et labore e variis MSS. Codd., Editionibus, Verſionibus et S. Patrum ſcriptis undequaque congeſtae. Tantus eſt MSS. Codd. numerus, tantaque variantium colluvies, ut editor omnes, qui ante eum eodem negotio occupati fuere, longo poſt ſe intervallo relinquat. Sed quod maxime dolendum, congeſtae ſunt et ſingularum valor et auctoritas dijudicata eſt ſine ullis ſtabilitis critices regulis; hinc fructus e tanto labore redundans minime ipſi reſpondet exantlato labori. Subjunguntur hiſce annotationes uberiores, et haud raro prolixitatis modum excedentes, atque nimis luxuriantes, quae eum in finem adjectae ſunt, ut hiſtoriam et vim verborum illuſtrent. Sunt vero rudis et indigeſta moles, quam undequaque e ſcriptis Rabbinicis, graecis tam profanis quam ſacris, latinis et aliarum linguarum ſcriptoribus adeo corraſit, ut nihil unquam fruſtra lectum voluiſſe ſatis ſit apertum. Verum et hiſce annotationibus plura immiſcuit, quae mentem irreligioſam ſatis produnt, et ipſum graviſſimorum errorum in doctrina de inſpiratione S. ſcripturae et Deitate Servatoris omnino ſuſpectum reddunt; aut certe veritates divinas cum effatis gentilium ludicris collatas ludibrio exponunt, aut comparatione cum fabulis gentilium inſtituta, quae ſacra ſcriptura tradit facta, ejusdem generis eſſe indicare videntur. Hinc, editorem impia mente in ſacrum codicem ſaevire, qui judicarunt, omnino non defuere z). Celebratiſſimum illud Johanneum de tribus coeli teſtibus amplo ſermone e codice ſacro eliminat; ſed ne huic quid detraxiſſe videatur, canonem, ſeu ſi mavis antiquitatem ſacram, duabus Epiſtolis *Clementis Romani*, quas pro authenticis agnoſcit, adaugere ſtuduit a).

y) Tria diverſa in textu obveniunt ſigna. Linea circumflexa notat lectionem textui ſubjectam eſſe probatiorem; linea recta transverſa, vocem vel voces ſequentes eſſe delendas; ſignum crucis, vocem vel voces textui cum hoc ſigno ſubjectas eſſe addendas. Signa itaque textum variatum exprimunt, cum typorum characteribus idem prohibitum eſſet.

z) Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 47. Vol. 4. p. 114. Nova Acta erudit. Lipſ. 1752. p. 1. 1754. p. 529. *F. W. Kraftii* theologiſche Biblioth. Vol. 8. p. 99. Vol. 10. p. 99. *Zuverläſſige Nachrichten* part. 145. p. 3. part. 174. p. 393. *Neue Zeitungen von gel. Sachen*, Lipſ. 1751. p. 379. *Walchius* p. 30. Addatur *J. A. Erneſti* ſpecimen caſtigationum in *Joh. Jac. Wetſtenii* editionem N. T. Lipſiae 1754. 4. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 36.

a) Duae epiſtolae S. Clementis Romani, diſcipuli Petri Apoſtoli, quas ex codice manuſcripto novi teſtamenti Syriaci nunc primum erutas, cum verſione latina appoſita, edidit Jo. Jacobus Wetſtenius. Lugduni Batavorum, typis Eliae Luzac jun. MDCCLII. Duos nactus eſt adverſarios, qui authentiam epiſtolarum impugnarunt. Alter eſt *H. Ve-*

Digitized by Google

[II.] Ἡ καινὴ διαθήκη. — Amſtelodami ex officina Dommeriana. MDCCLI.

Ita quidem in titulo primi voluminis expreſſum eſt, ut externa facies accurate editionem primam Amſtelodamenſem repraeſentet. Interim, editionem iſtam Baſileae anno 1775 recuſam eſſe omnino certum eſt.

§. LXIV.

Edit. Bowyeri Londin.

Ed. Bowyeri Londin.

[I.] Novum Teſtamentum graecum ad fidem graecorum ſolum Codicum MSS. nunc primum expreſſum, adſtipulante Jo. Jac. Wetſtenio, juxta ſectiones Joh. Alberti Bengelii diviſum, et nova interpunctatione ſaepius illuſtratum. Acceſſere in altero volumine emendationes conjecturales virorum doctorum undique collectae. Londini cura, typis et ſumptibus G. B. MDCCLXIII. 12. maj. 2 Vol.

Editionem procuravit *Guill. Bowyerus*, typographus quidem Londinenſis, at vir doctus et Stephanorum tum in arte ſua, tum in graecarum litterarum ſcientia aemulus. Praemiſſa quibusdam exemplaribus legitur praefatio de variantibus lectionibus earumque origine: cujus loco aliis exemplaribus adjecta eſt brevis tabella principum editionum ad MSS. expreſſarum. Textum graecum ex editione Wetſteniana, quam magni facit, ita exſcripſit, uti *Wetſtenius*, ſi licuiſſet, eum editurus fuiſſet. Attamen non ubivis ſibi ipſi conſtat, ſed varia, quae ſecundum *Wetſtenium* ejicienda eſſent, in textu retinuit. Accedit tabula pleniluniorum paſchalium, et tabula locorum parallelorum e Veteri Teſtamento in novo citatorum. Emendationes conjecturales anglice ſcriptae ultimas adimplent ſecundi voluminis partes: ſ. t. Conjectural emendations on the New Teſtament, collected from various Authors, As wel in regard to Words as Pointing. With the Reaſons on which the ſeveral Alterations in the latter have been admitted in our Edition. London printed in the Year MDCCLXIII b).

[II.] Novum Teſtamentum graecum ad fidem — Londini — MDCCLXXII. 12. 2 Vol.

Iterata praecedentis editio, in qua emendationibus conjecturalibus novum acceſſit ſupplementum. Ipſas emendationes reviſas et adauctas exſpectari juſſit Cl. *Schultzius* c).

§. LXV.

H. Venema in epiſtola ad V. C. *P. Weſſeling*, qua duas Clementis Epiſtolas a Cl. *Wetſtenio* ad calcem N. T. nuper publicatas, Epiphanio et Hieronymo notas fuiſſe, in dubium vocatur, et de ſcopo poſterioris ſic dictae Epiſtolae Clementis ad Corinthios diſſeritur. Harlingae 1753. 8. Cui oppoſita eſt: *Jo. Jacobi Wetſtenii* epiſtola ad *H. Venema* de duabus Clementis Romani ad virgines epiſtolis e codice ſyriaco nuper editis. Amſtelodami 1754. 8. Alter eſt *Nathanael Lardnerus* in Diſſertation upon the two Epiſtles aſcribed to Clement of Rome, lately publiſhed by Mr. *Wetſtein*. With large Extracts out of them, and Argument ſhewing them not to be genuine. London 1753. 8. cui *Wetſtenius* reſponſum oppoſuit in Bibliotheque raiſonnée Tom. 50. p. 363.

b) *J. A. Erneſti* Theolog. Biblioth. Vol. 6. p. 867. *J. D. Michaelis* Einleitung Tom. I. p. 664. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 64.

c) *Freywill. Beyträge zu den Hamb. gel. Zeitungen* 1775. p. 258.

Digitized by Google

§. LXV.
N. T. gr. Grieſbachii. N. T. gr. Grieſbachii.

Libri hiſtorici Novi Teſtamenti Graece. Pars prior ſiſtens Synopſin Evangeliorum Matthaei, Marci et Lucae. Textum ad fidem Codicum, Verſionum et Patrum emendavit et lectionis varietatem adjecit Jo. Jac. Grieſbach, Theologiae Prof. Publ. Halae apud Jo. Jac. Curt. MDCCLXXIV. 8. maj.

Acceſſit parti priori: Pars poſterior ſiſtens Evangelium Joannis et Acta Apoſtolorum — MDCCLXXV. et denique: Novum Teſtamentum graece. Textum ad fidem Codicum, Verſionum et Patrum emendavit et Lectionis Varietatem adjecit Jo. Jac. Grieſbach Theologiae Prof. Publ. Volumen II. Epiſtolas omnes et Apocalypſin complectens. Halae apud Jo. Jac. Curt MDCCLXXV. Tria iſta volumina continent Textum N. T. graecum et quidem emendatum. Prius volumen omnino ab aliis recedit editionibus, et utrum ad editiones N. T. an vero ad claſſem harmoniarum Evangelicarum referri debeat, omnino dubium eſt. Placuit editori tres Evangeliſtas in unum ita redigere volumen, ut ſingulorum narrationes unicum tantummodo conſtituant volumen. Integrum contextum in 134 diſtinxit ſectiones, et quae ab unico tantummodo referuntur Evangeliſta, integram occupant pagellam; quae vero a duobus vel tribus recitantur facta, per duas vel tres ſunt diſpoſita columellas. Synopſis iſta Evangeliſtarum potiſſimum in uſum praelectionum publicarum eſt compoſita; ſed uſus editionis hujus magnis omnino premitur difficultatibus, et loca cujusvis Evangeliſtae inventu ſunt maxime difficilia. Ipſe id intellexiſſe videtur editor; aliam hinc exſpectari jubet in voluminis ſecundi praefatione, partis prioris ſeu Trium priorum Evangeliſtarum editionem, quae ſingula Evangeliſtarum ſcripta nativo ſuo ordine ſiſtet. In praefatione priori volumini praemiſſa editor tum de Synopſi adornanda rationem reddit, trajectionesque nonnullas, quae ſibi neceſſariae viſae ſunt, excuſat; tum leges, quibus in adornanda novi textus recenſione uſus eſt, exponit. Nimis ſane longum foret, ſi iſtas hic exſcribere vellemus leges; interim editorem nemini recenſionem ſuam obtrudere velle, neque temere, aut cupide aut negligenter egiſſe, obſervaſſe ſufficiat. Duplex in qualibet pagina obſervatur margo; interior, in quo, quae editor immutanda, aut e textu recepto eliminanda cenſet, recenſentur; exterior, qui lectionum ſelectarum variantium farraginem continet. Accedit Explicatio ſignorum, notarum et ſcribendi compendiorum in textu, in margine interiori et denique in lectionum variantium farragine: una cum catalogo Codicum, quorum plures ipſe editor et inſpexit et ſtudioſe cum graeco contextu contulit. Textum receptum ubique expreſſit *Wetſtenius*, in notis alias ſuggeſſit lectiones. A quo tamen editor recedit, et haud raro lectioni receptae aliam ſubjecit. E. g. Act. XX, 28. lectioni *του Θεου* ſubjecit typis minuſculis lectionem *του Κυριου*. 1 Timoth. III, 16. in ſuperiori lineola legitur *ὃς* et in inferiori *Θεος*. Dictum illud Johanneum de tribus coeli teſtibus, ad morem editoris Novi Teſtamenti graeco-anglici Londini 1729. 8. tanquam ſpurium et ſuppoſititium plane eſt ejectum. Variantes lectiones, quas *Millius* et *Wetſtenius* ut et *Bengelius* collegerunt, non omnes et ſingulae, ſed tantum ſelectioris hic exhibentur [d]).

§. LXVI.

d) Conf. *Erneſti* Neueſte Theologiſche Biblioth. Vol. 4. p. 33.

N. T. gr. Harwoodi.

§. LXVI.

N. T. gr. Harwoodi.

Η καινη διαθηκη. The new Teſtament, collated with the moſt approved Manuſcripts; with ſelect notes in Engliſh critical aud explanatory; and references to thoſe Authors, who have beſt illuſtrated the ſacred Writings. To which are added a Catalogue of the principal Editions of the Greek Teſtament, and a Liſt of the moſt eſteemed Commentators aud Critics. By E. Harwood DD. London printed by J. D. Corniſh, for J. Johnſton. MDCCLXXVI. med. 12. 2 Vol.

Recentiſſima N. T. graeci editio, eaque plane ſingularis, quae ab omnibus aliis recedit. Procuravit eam *Harwodus*, cui verſionem anglicam N. T. et introductionem in ſtudium N. T. debemus. Praemiſit editor praefationem anglico idiomate conſcriptam, qua de inſtituto ſuo rationem reddit. Inter Codices N. T. MStos, judice editore, principes ſunt Codex Cantabrigienſis ſeu Bezanus, et Codex Claromontanus, quibus accedit, qui tamen et auctoritate et aetate longe inferior eſt, Codex Alexandrinus. Iſtos codices potiſſimum ſequutus eſt in exſcribenda hac Editione, ſed varias, quas ſuppeditant lectiones, non ſine juſta diſquiſitione in textum recepit. Textum receptum immutavit quidem variis in locis; ſed id non ſine graviſſimis factum eſt rationibus. Ab emendationibus conjecturalibus, quamvis maximam habeant ſpeciem, plane abſtinuit, et ne unicum quidem editioni inſertum eſt verbulum, quod non auctoritate MStorum Codicum confirmatum ſit. Conſuluit *Wetſtenii* N. T. et ex ingenti variarum lectionum acervo eas tantummodo, quae maximam habent auctoritatem, ſelegit. Se non ex favore cujusdam ſyſtematis aut opinionis ullum immutaſſe verbum, ad Deum provocat teſtem. Notae accedunt textui anglico ſermone ſcriptae, quae aut explicando textui inſerviunt, aut ad aliorum ſcripta provocant. Haud raro locutiones ſacrae teſtimoniis Ethnicorum ſcriptorum illuſtrantur. E. g. Matth. I, 25. *ουκ εγνω αυτην.* Ovid. Metam. IX. 451. Matth. VII, 14. *ολιγοι εισιν.* Virgil. *Pauci laeta arva tenemus.* c. IX, 23. Ovid. Faſt. VI. 657. et in ipſo libri rubro loco Johan. VII, 46. jungitur illud Virgilii: *Extulit os ſacrum coelo, tenebrasque reſolvit.* Aliae notae res ipſas declarant. Sic tentatio Jeſu Matth. IV. facta eſt in viſione; Daemoniaci non ſunt obſeſſi, ſed mala valetudine afflicti. Ad Joh. I, 1. obſervatur, Jeſum Deum appellari, ſed a Deo ſupremo diſtingui et Rom. IX, 5. ingenioſa refertur *Schlichtingii* opinio, qui *ων ο επι παντων* etc. legi voluit. Lectiones hujus editionis, quae ad Codices nominatos potiſſimum formata eſt, e *Millio* et *Wetſtenio* facile dijudicari poſſunt. E. g. Act. XX, 28. *την εκκλησιαν του Κυριου.* 1 Timoth. III, 16. *ὁ εφανερωθη.* Comma Johanneum de tribus coeli teſtibus, Doxologia Matth. VI, 13. ut et verba Act. IX, 5. 6. X, 6. ab aliis jam diſputata, nullum in hiſce paginis habent locum. Externus libri habitus ſatis eſt elegans; typi ſunt clari et diſtincti, at omnes omnino accentuum notae, excepto unico ſpiritu aſpero, ejectae ſunt. Accedunt variae appendices: 1) recenſio editionum principalium N. T. gr. 2) Editiones textus originalis cum notis additis. 3) Commentatores, Latini, Galli, Angli. Agmen claudit Elogium nonnullorum Criticorum, quos editor maxime commendat, quorum in numero ſunt *Fratres Poloni*,

qui

Digitized by Google

qui ſeſe Athanaſianae impietati oppoſuiſſe dicuntur, *Remonſtrantes*, et ex Anglis *Pearce*, *Hallet*, *Emlyn*, *Clarck*, *Sykes*, *Taylor* et *Lardner* e). N. T. gr. Harwoodi.

§. LXVII.

De edit. minoribus N. T.

De ed. min. N. T.

Reſtat adhuc, ut et Editionum Novi Teſtamenti graeci minorum, quae plerumque textum habent receptum, recenſionem inſtituamus. Minores illas appellamus, quia potiſſimum minoris ſunt molis, leviori aere comparantur, et quotidiano uſui, tum in ſcholis publicis, tum privatos inter parietes, magis quam grandia iſta Volumina, ſunt accommodatae. Caveas vero, ne editiones minores omnes ad eas referas, quae ſunt minoris aeſtimationis dignae. Sunt enim in numero illarum editiones excellentes et praeſtantiſſimae, ſumma cura procuratae, et externa forma admodum ſpectabiles. Sed quia tam ingens illarum numerus, tamque diverſa earum conditio, ut ſingulas ad certas claſſes referre difficile ſit, ordinem Alphabeticum Typographiarum ſequuturi ſumus; et de ſingulis quae ad meliorem earum notitiam faciunt, annotabimus.

§. LXVIII.

Aboae et Stregneſiae.

Aboae et Stregneſiae. [1.]

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum, in uſum Scholarum trivialium in Patria, ſingulari cura, quoad analyſin Vocabulorum Grammaticam, editum ſtudio et impenſis J. G. D. Ep. Ab. Aboae, Excuſum a Johanne Winter, Typographo Regio, in Magno Ducatu Finlandiae. Anno 1688. 8. pp. 735.

Debemus editionem hanc fere in hiſce oris ignotam curae et ſumptibus *Johannis Gezelii* Epiſcopi Aboenſis, qui et brevem Aboae die Caroli Anno 1688. datam praefationem praemiſit. Editio adeo graeca eſt, ut ſolummodo in margine ſuperiori Capita librorum latine expreſſa ſint. Jam anno 1675. *Johannes Leusdenus* diſtinctionem verſuum, in quibus ſingulae voces graecae N. T. occurrunt, promiſerat; ſed promiſſo demum 1688. ſtetit. Idem quidem egit editor noſter, attamen alia incedit via; de qua in praefatione: „ — — Feliciſſime illi ſacras litteras ſcrutantur, qui voces emphaticas praecipue ad ſua reducunt primitiva. — — In N. autem T. licet plures

e) Conf. *Gelehrte Zeitungen* Jenae 1776. n. LVI. In appendicibus varia errata ſunt, quae hic monenda eſſe duximus, cum editiones N. T. recenſemus, ne quis, auctoritate hujus editoris ductus, nos errorum commiſſorum accuſet. Pag. 258. Bezae editiones N. T. gr. lat. *Pariſ.* 1556. 1565. 1582. 1589. Pag. 260. ad editiones textus originalis cum notis referuntur *Hardumi* N. T. Fol. Pariſ. 1741. *Hammondi* et *Clerici* N. T. Francof. 1714. *Georgii* N. T. Wratislaviae. 1737. 8. *Schoetgenii* N. T. Lipſ. 1765. Le Nouveau Teſtament par *Beauſobre* et *L'Enfant.* Amſt. 1741. 4. Le Nouveau Teſtament traduit en François par *le Clerc.* Amſt. 1703. 4. Sic et p. 261. etc. plures ad Claſſem Commentatorum in N. T. referuntur, qui nullo jure huc referri poſſunt. e. g. *Mosbemii* inſtitut. eccleſiaſticae, *Pfaffii* introd. in hiſt. theolog. litterariam; *Fabricius* de veritate religionis Chriſtianae, et ejusdem Lux Evangelii; *Paſoris* grammatica graeca, Groning. 1655. 8.

Digitized by Google

Aboae et Stregneſiae. plures ſint dialecti, in Communi tamen ipſum thema inquirendum eſt, quod facili negotio fieri poteſt, obſervatis adminiculis, quae in hac N. T. editione et Lexico ad N. T. accommodato, ad calcem annectuntur. De Methodo non eſt, quod aliquid dicam, cum illa ſit uſitatiſſima. De Aſteriſcis et punctis, quae hic cernuntur, hoc tenendum: In verſiculo Aſteriſco ſignato, occurrit una vel plures voces punctulis ab initio notatae, quae prima vice in N. Teſt. ſeſe offerunt, ideoque in Lexico citatae ſunt, quae quoad ſua accidentia et Derivata imprimis ſimplicia probe notandae ſunt.„ — — Typi ſunt majuſculi et diſtincti, lineae integram occupant pagellam, et verſiculi tum numeris tum ſpatio ſunt diſtincti. Ad calcem accedit Indigitatio quorundam Thematum, quae nonnullis videbuntur difficiliora, cum annotatione verſiculi, in quo eſt Derivativum, et Index Epiſtolarum et Evangeliorum Dominicalium et praecipuorum feſtorum, cum Indice Librorum et Capitum N. T. Vitam editoris recenſet *das Gelehrten Lexicon*, ſed de editione hac N. T. ibi eſt altum ſilentium *f*).

[II.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum — Aboae — 1720. 8.

Editio iterata; cujus notitiam debeo Cl. *Jacobo Ax. Lindblom* Bibliothecario Upſaliae vicario. Idem Cl. Vir, pro ſua in promovendis litteris benevolentia mecum communicavit notitiam N. T. graeci Stregneſiae impreſſi, quam infra ſuo loco exhibuiſſem, niſi plagulae jam praelo adaptatae, et ſingula ſuo ordine diſpoſita fuiſſent.

[III.] Novum Teſtamentum graecum. Stregneſiae 1758. 8.

Curam editionis corrigendarumque plagularum in ſeſe rogatu Conſiſtorii Stregnenſis, et inprimis *Erici Alſtrin* Epiſcopi ejusdem Dioeceſeos ſuſcepit *Ericus Ekbom* Gr. L. Lector, qui textum cum editionibus et recentioribus et optimis ſtudioſe contulit, et immani labore et ſaepiſſime iterata plagularum relectione effecit, ut accuratiſſimis et emendatiſſimis editionibus annumerari poſſit. Textus ab omnibus ſcribendi compendiis liber eſt; loca parallela omiſſa ſunt, retentis tantum iis, ad quae ipſe provocat textus. Sic et variae lectiones, quae minoris ſunt momenti aut manifeſta Sphalmata, ex editione rejectae ſunt. Typi ſunt majuſculi et nitidi.

[IV.] Novum Teſtamentum graecum. Stregneſiae apud M. Swederum. 1777. 8.

Recuſum typis majuſculis et nitidis.

Amſtelod. Janſonii.

§. LXIX.

Amſtelodami Janſonii.

[I.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum ex utraque Regia, aliisque optimis editionibus ſummo ſtudio expreſſum. Amſtelodami typis ac ſumptibus Joannis Janſſonii. MDCXXX. 8. *g*).

[Dum ad utramque Regiam provocat typographus, fumum lectoribus vendit. Elzevirianam enim primam accurate recuſam dedit, diſtinctis tamen ſingulis textus verſiculis, et praemiſſa tabula teſtimoniorum, quae Elzevirianae ad calcem adjecta eſt *h*).

* Ἡ

f) In Cel. *Lorckii* Hafnienſis Deſideratis quaeritur Editio *Gezelii* anni 1649. Dorpati vel Aboae impreſſa, quam vero exſtare vix crediderim Diſtinctio verſuum per Aſteriſcos longe recedit a diſtinctione Leusdeniana. Matth. I. notantur a *Gezelio* v. 1. 2. 3. 6. 11. 12. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. A *Leusdenio* vero v. 13. 17. 19, 20.

g) *Le Long* p. 217. col. 2. C.

h) *Walchius* p. 21.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum — Amſtelodami — Joannis Janſſonii. MDCXXXII. 16. i). [II.]

Editio priori prorſus ſimilis, uti et ſequentes.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum — Amſtelodami — Joannis Janſſonii. MDCXXXVIII. 16. k). [III.]

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum — Amſtelodami — — Joannis Janſſonii. MDCXXXIX. 8. l). [IV.]

Editio eum in finem adornata, ut Bibliis hebraicis eodem anno editis commode ligatura jungi queat.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum — Amſtelodami — Joannis Janſſonii. MDCXXXIX. 16. m). [V.]

§. LXX.

Amſtelod. Bleau.

Amſtelod. Bleau.

* Της καινης διαθηκης απαντα. Amſtelodami apud Guilielmum Blaeu. 1633. 16. min. [I.]

Minutiſſimo ſed elegantiſſimo charactere. Editio non absque mendis, [quae primam Elzevirianam accurate repraeſentat n).

* Novum Teſtamentum graecum. Amſtelodami 1648. 8. o). [II.]

* Novum Teſtamentum graecum. Amſtelodami 1671. 24. p). [III.]

[De utraque editione Amſtelodamenſi teſtis nobis eſt *Le Long*. Nec priorem nec poſteriorem indagare potuimus. Poſteriorem quod attinet, parum abeſt, quin crederemus, eſſe illam Elzevirianam anni 1670, quae in eadem forma prodiit. §. LIII.

§. LXXI.

Amſtelodami Leuſdeni.

Amſtelod. Leuſdeni.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum In quo non tantum ſelecti verſiculi 1900. continentes omnes voces N. T. aſteriſcis notantur, ſed etiam omnes et ſingulae voces ſemel vel ſaepius occurrentes diſtincta nota diſtinguuntur. Auctore Johanne Leusden. Amſtelodami apud Henricum et Viduam Theodori Boom. 1688. 16. [I.]

* Η καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum — auctore Johanne Leusden. Amſtelodami apud Abrahamum van Someren. CIƆIƆCLXXXVIII. 16. q).

[Una eademque eſt editio, quamvis Titulus diverſum oſtendat Bibliopolii nomen. Non Amſtelodami, ſed Ultrajecti typis *Johannis van Stuyveſant* ad normam

prioris

i) *Le Long* p. 217. col. 2. D. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 215. *Walchius* p. 21. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 53.

k) *Le Long* p. 218. col. 1. C.

l) *Le Long* p. 218. col. 1. D. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 217. *Goezii* Verzeichnis p. 54.

m) *Le Long* ibid. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 77. *Goezii* Verzeichnis p. 54. Index Bibl. Wernigerod. p. 26.

n) *Le Long* p. 218. col. 1. A. *Goezii* Verzeichnis p. 53.

o) *Le Long* p. 218. col. 2. E.

p) *Le Long* p. 220. col. 2. B.

q) *Le Long* p. 221. col. 2. B. et C.

Digitized by Google

Amſtelod. Leusdeni. prioris editionis, ibidem A. 1675. evulgatae, §. XCVII., expreſſa eſt. Quae vero jam in titulo prioris editionis promiſſa erant, hic praeſtitit *Leusden*, parato ſtudioſis linguae graecae ſubſidio, dum verſiculos aſteriſco, ἅπαξ λεγόμενα ſigno, et voces reliquas diverſa nota diſtinxit, ut quilibet lector eo facilius in vocem ita diſtinctam attendere poſſit. Inventum hocce ſe ita commendavit, ut plures id imitati ſint editores. Plures inde notae ſunt editiones, quae *Leusdeni* nomen in fronte gerunt; ſed duae tantummodo ſunt, quas ipſe procuravit, Ultrajectina anni 1675. et haec Amſtelodamenſis r).

[II.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. In quo non tantum — Auctore Johanne Leusden, Profeſſore. Amſtelodami, ex officina Wetſteniana. CIↃIↃCXCVIII. 8.

Ex praefatione: En tibi hic Novum Teſtamentum Graecum nitidiſſime et correctiſſime impreſſum. Sine ullis literarum compendiis, quae vulgo abbreviaturae dicuntur. — Haec editio optime convenit cum Bibliis Hebraicis non punctatis ſub meo nomine Francofurti typis Wuſtianis anno 1694. editis, adeo ut V. et Novum Teſtamentum originale ſimul nunc in eodem volumine compingi poſſit.„ s).

[De prioribus editionibus, quas ipſe *Leusdenus* ſingulari cura procuravit, et Ultrajecti typis exſcriptis jam diximus. Praemiſit quidem et huic praefationem die 1 Maji 1698. datam, ſed curam editionis ipſe haud geſſit. Forma eſt octava, non duodecima. *Wuſtius* Francofurtenſis jam anno 1693. N. T. graecum in eadem forma exſcribi curarat, ut Bibliis Hebraicis jungi queat, §. LXXIV. quibus jungantur Libri Apocryphi ibidem eadem forma 1694. exſcripti. (Cap. IV. §. II.) t).

[III.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. In quo — Auctore Johanne Leusden, Profeſſore. Amſtelaedami ex officina Wetſteniana. CIↃIↃCCI. 16. u).

[Ad normam editionis praecedentis, ſervataque eadem praefatione, omiſſis tamen iis, quae Biblia Hebraea reſpiciunt, poſt mortem *Leusdeni* exſcripta eſt. In titulo aeri inciſo annus 1702. notatur graecis litteris; hinc quibusdam exemplaribus, cujusmodi ad manus eſt, idem annus eſt adſcriptus x).

[IV.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum — Auctore Johanne Leusdeno, Profeſſore. Amſtelaedami ex officina Wetſteniana. MDCCXL. 8.

Editio praecedentibus accurate reſpondens.

Edit. Cantabrig.

§. LXXII.

Edit. Cantabrig.

[I.] * Novum Teſtamentum graece. Cantabrigiae, Johannes Buck. 1632. 8. y)

[II.] * Novum Teſtamentum graecum cum Liturgia Anglicana. Cantabrigiae per Joannem Field. 1665. 12. z).

Edente

r) *Baumgartenii* Nachr Vol. 2 p. 34. *Walchius* p. 20. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 57.

s) *Le Long* p 222. col. 1. A.

t) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p 202. *Walchius* p. 20. *J M. Goezii* Verzeichnis p. 58. Index Bibl. Wernigerod. p. 29.

u) *Le Long* p. 222. col. 1. C.

x) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 36. *Walchius* l. c. Index Bibl Wernigerod. p. 29.

y) *Le Long* p 217. col 2. D.

z) *Le Long* p. 220. col. 2. B. *Walchius* l. c.

Digitized by Google

Edente *Johanne Pearſonio*, qui novum Teſtamentum Editioni Septuaginta Interpretum adjungi curavit. Edit. Cantabrig.

Novum Teſtamentum graecum. Cantabrigiae 1700. 8. [III.]

§. LXXIII.

Edimburgi. Edimburgi.

Novum Teſtamentum graecum. Edimburgi apud Rudimannos. 1740. 8. a)

§. LXXIV.

Edit. Francofurtana. Edit. Francof.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, in quo non tantum ſelecti verſiculi 1900 continentes omnes voces novi Teſtamenti aſteriſcis notantur, ſed etiam omnes et ſingulae voces ſemel vel ſaepius occurrentes diſtinctis ſignis notantur, et in margine latine transferuntur; quod quidem hactenus tentavit nemo. Edidit ſub ductu Patris Rudolphus Leusdenus, Johannis filius. Francofurti ad Moenum, typis et impenſis Balthaſ. Chriſtoph. Wuſtii ſen. Anno MDCXCIII. 8. b).

Ad ſecundam Patris anni 1688 formata eſt, additis in margine vocum ſemel vel ſaepius occurrentium latinis interpretationibus. Reſpondet accurate Bibliis hebraicis ibidem editis, ut integer ſacer codex una ligatura commode jungi queat c).

§. LXXV.

Gieſſae. Gieſſae.

Η καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum graecum. Ad probatiſſimos codices exactum, accurateque reviſum. Item locis vere parallelis illuſtratum atque auctum, et ſummariis inſtructum. Cura atque vigiliis D. Joh. Henric. Maji. Giſſae Haſſorum, typ. et imp. Joh. Reinh Vulpii, Acad. Typ. Anno MDCCV. 12. d).

Editio minus nota et parum obvia. Singulae paginae in duas diſtinctae ſunt columnas, quarum interior textum graecum exhibet; exterior vero penitus vacua eſt. Cum enim Typographus Novum Teſtamentum graecum cum verſione germanica, (Sect. II. §. LVI.) eodem anno excuderet, nonnulla exemplaria ita expreſſit, ut verſione careant.

§. LXXVI.

Glasgoae. Glasgoae.

Ἡ καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum. Glasgoae in aedibus R. Vrie. Proſtant venales apud J. Barry Bibliopolam. MCCCL. 8. e).

a) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 42. n. 123. *Walchius* l. c.

b) *Le Long* p. 221. col. 2. D. qui editionem vero ad annum 1692. refert.

c) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 35. *Walchius* p. 20. Index Biblioth Wernigerod. p. 28. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 58.

d) Index Bibl. Wernigerod p. 30.

e) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 78. n. 107. *Walchius* p. 21.

Edit. Gothanae.

§. LXXVII.

Edit. Gothanae.

[I.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, in quo non tantum ſelecti verſiculi — Auctore Johanne Leusden, Profeſſore. Gothae, ſumptibus Joh: Andr. Reyheri. MDCCVIII. 12.

Editio ad ſecundam *Leusdeni* formata.

[II.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Acceſſerunt libri Apocryphi, ita ut exhibeantur libri biblici graeco idiomate ſcripti omnes ad fidem probatorum codicum emendate expreſſi, cum Praefatione Ern. Sal. Cypriani. Gothae, ſumptib. Joan. Andr. Reyheri An. MDCCXV. 12. f)

[Ad annum ſequentem hanc, quam in opere ſuo recenſet ultimam editionem, refert *Le Long*, cui in tironum gratia acceſſerunt libri Apocryphi V. T. Textus multis ſcribendi compendiis eſt oneratus. Deſiderantur vero capitum ſummaria et loca parallela g).

Edit. Halenſes.

§. LXXVIII.

Edit. Halenſes.

[I.] Novum Teſtamentum graecum germanice illuſtratum: oder das griechiſche neue Teſtament, mit teutſchen Noten, darinnen I. der Text auf das accurateſte nach des Maſtrichts Edition exhibiret, II. die Lectiones variantes, die von einiger Wichtigkeit ſind, wie auch die Loca parallela, ſorgfältig beigebracht; III. die Worte grammatice nach Etymologia und Syntaxi, wie auch die Idiotiſmi in der Conſtruction deutlich gemacht, IV. Die Schwierigkeiten in der Chronologie, Geographie, Hiſtorie, Genealogie, Antiquität und Philoſophie erleutert: V. die ſchwereſten Stellen nach den beſten exegetiſchen Regeln richtig erkläret, und dann VI. die Sonn- und Feſttags-Evangelia und Epiſteln inſonderheit noch mit moraliſchen Meditationen begleitet worden. Nebſt einer Vorrede herausgegeben von Chriſtian Neudecker, Pfarrer zu Patzdorf und Menſsdorff — — Halle 1730. Zu finden in der Rengeriſchen Buchhandlung. 2 Vol. 8.

Altera libri pars prodiit 1732. Ad normam Auctorum claſſicorum germanice illuſtratorum hanc editionem inſtruxit editor, eo modo, quem ipſe in rubro ſatis abunde expoſuit. Ad editionem Maſtrichtianam §. LX. textum recenſuit. Tironibus utile eſſe potuiſſet opus, ſi editor omnibus iis, quae exſpectari juſſit, ipſe par fuiſſet h).

[II.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum ad Maſtrichtianum ita expreſſum, ut paginae paginis editionis germanicae Canſtenianae reſpondeant. Halae, impenſis Orphanotrophei. MDCCXXXX. 12.

Summa-

f) *Le Long* p. 226. col. 1. C.

g) *Baumgartenii* Nachrichten Vol 2. p 39. Index Bibl. Wernigerod. p. 31.

h) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 40. *Mich. Lilienthalii* exegetiſche Biblioth. p. 66. *Samlung v. A. u. N.* 1732. p. 1013. *Auserleſene Theolog. Biblioth.* Vol. 5. p. 447 Index Biblioth. Wernigerod. p. 32. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 12.

Digitized by Google

Summaria latina ut et loca parallela eadem ſunt, quae in Bibliis Canſtenianis notantur. Variantes vero lectiones editioni Maſtrichtianae adjectae, ut paginae Bibliis germanicis reſpondere poſſint, omiſſae ſunt [i]). Edit. Halenſes.

H καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum graecum ad Maſtrichtianam — Halae impenſis Orphanotrophei. MDCCLVI. 12. [III.]

Editio iterata, praecedenti ſimilis, in uſum Scholarum Orphanotrophei adornata.

H καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum graecum — Halae impenſis Orphanotrophei. MDCCLXII. 12. [k]). [IV.]

§. LXXIX.

Edit. Jenenſis. Edit. Jenenſis.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum ad probatiſſimos codices accurate reviſum, ſummariis ſingula capita dividentibus, copioſis locis parallelis, et praecipuis variantibus lectionibus inſtructum, obſervationibus philologicis criticis et exegeticis illuſtratum, et in memoriam Jubilaei II. Aug. Confeſſionis in lucem editum cura et ſtudio Chriſtiani Stockii, in Acad. Jen. Prof. Publ. ord. Jenae apud Viduam Mayerianam. MDCCXXXI. 8. maj.

Textus ad editionem *Stephani Curcellaei* ſecundam §. LV. eſt exſcriptus. Ex eadem etiam editione variantes lectiones, quae aliquid ponderis habere videntur, adjectae ſunt: Annotationes vero ſunt ſatis copioſae et interdum abundantes [l]).

§. LXXX.

Edit. Rechenbergii. Ed. Rechenbergii.

* Ἡ καινὴ διαθήκη, ſive Novum Domini ac ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum, ad formam editionis Leusdenii, additis inſuper parallelis S. Scripturae locis, diligenter expreſſum cum Praefatione D. Adami Rechenbergii P. P. Luneburgi MDCXCI. apud Joh. Ge. Lipper. 16. [m]) [I.]

[Quibusdam exemplaribus nomen Bibliopolae *Johannis Heinichii* additum eſt. Textus ad Leusdenianam anni 1688. expreſſus eſt, adjectis locis parallelis ex editione *Stephani Curcellaei.* Acceſſit praeter praefationem editoris breviorem Tabula teſtimoniorum Veteris Teſtamenti ex editione Vignoniana, Genevae 1587. §. XLII. et prologus in Epiſtolas Pauli, quem primo integrum edidit *Boeclerus* §. LIV. [n]).

* Ἡ καινὴ διαθήκη. — — Cum Praefatione Adami Rechenbergii P. P. Lipſiae, apud Joh. Henricum Richterum. 1697. 12. [o]). [II.]

Ἡ

i) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 385. Index Biblior. Wernigerod. p. 32.

k) Index Bibl. Wernigerod. p. 33.

l) *Knochii* Nachrichten p. 539. *Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 66. *Auserleſene Theol. Biblioth.* Vol. 5. p. 303. *Walchius* p. 34. Catal. Biblioth. Bunav. p. 12.

m) *Le Long* p. 221. col. 2. C.

n) *Baumgartenii* Nachrichten, Vol. 2. p. 35. *Knochii* Nachrichten p. 453. Samlung v. A. u. N. 1721. p. 1104. Index Bibl. Wernigerod. p. 28. *Walchius* p. 20.

o) *Le Long* p. 221. col. 2. E. Index Biblior. Wernigerod. p. 29.

[III.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. — Cum Praefatione Adami Rechenbergii. P. P. Lipſiae apud eund. 1702. 12. p)

[IV.] * Novum Teſtamentum, graece, ad formam editionis Leusdenii, additis inſuper locis parallelis, et ſingulis pagellis ſubjunctis variantibus lectionibus ex viginti Codicibus ſelectis deſumtis, diligenter expreſſum, cum nova Praefatione D. Adami Rechenbergii, P. P. Lipſiae apud Viduam Joh. Heinichii, Typis Joh. Henr. Richteri. MDCCIX. 12. q)

[Editio quidem ordine quarta, ſed ſecundis curis emendata, cui variantium lectionum collectio acceſſit. Typographum aut potius Bibliopolam *Le Long* appellat Heniſchium r).

[V.] Novum Teſtamentum — — cum nova Praefatione D. Adami Rechenbergii. Lipſiae ex officina Heinſiana. MDCCXXXVI. 12. s)

[VI.] * Novum Teſtamentum — cum nova Praefatione D. Adami Rechenbergii. Ratisbonae. Binckmanni. MDCCIX. 12. t)

[Inſcio et invito editore editionem ſecundis curis emendatam recudi fecit typographus.

§. LXXXI.

Edit. Pritii. *Editiones Pritii.*

[I.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum ad probatiſſimos codices ſtudioſe reviſum, adjunctisque ſummariis, ſingula capita in partes ſuas accurate dividentibus, locis parallelis, quam unquam antea locupletioribus, variis lectionibus praecipuis, et denique chartis geographicis. In concinnam hanc formam adornatum vigiliis et induſtriis Jo. Georgii Pritii. Lipſiae ſumtibus Gleditſchii Senioris MDCCIII. 12.

Ex praefatione: Ante omnia de editione emendatiſſima caſtiſſimaque prodenda fuimus ſolliciti. Inde praeſtantiſſimos circumſpeximus codices (*nempe Editionem Eraſmi an.* 1522. *Rob. Stephani an.* 1546, *aliamque Colonienſem Arnoldi Birckmanni an.* 1549. *Tigurinam an.* 1559. *Voegelianam Lipſienſem an.* 1564. *Th. Bezae an.* 1588. *et denique Elzevirianam an.* 1633. Hi igitur *ſunt praeſtantiſſimi illi, quos vocat, codices.*) eosque contulimus ſtudioſe, lectionemque probatiſſimam recepimus in textum, et ſi aliquibus in locis variabant, diverſitatem iſtam in variis adnotavimus lectionibus. — — Quamvis vero typographo adeſſe non potuerimus, confidimus tamen Frid. Guil. Schützium muneri huic dextere ſatisfeciſſe. — — Capitum ſummaria pleraque hoc in loco debemus Seb. Schmidio. Porro et lectionum varietates adpoſuimus in calce cujusque paginae, neque tamen omnes, ſed praecipuas ſaltem. Hic vero, ne et hoc diſſimulemus, et Curcellaei et Oxonienſis editio plurimum nobis inſerviit, ſed plures tamen, quae in editionibus illis non adparent, hinc inde a nobis praeterea obſervatas adjunximus. — — Non integrum vero fuit inſimul memorare, quod

p) *Le Long* p. 222. col. 1. C. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 78. n. 92.

q) *Le Long* p. 225. col. 2. A.

r) Index Biblioth. Wernigerod. p. 30. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 11.

s) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 78. n. 105. Index Bibl. Wernigerod. p. 135.

t) *Le Long* p. 225. col. 2. B.

Digitized by Google

quod quidem deſiderat Rich. Simonius, ex quibus codicibus illarum unaquaeque lectionum fuerit deprompta. Tabulas geographicas, quibus Palaeſtina et itinera a Paulo obita repraeſentantur, debemus Chriſtophoro Cellario. etc. [x]). Edit. Pritii.

[Carpit quidem Auctor *Pritium*, quod editiones iſtas ſupra recenſitas *Codices* ſalutarit, attamen duplicem erravit errorem. Primo bis eandem recenſet editionem, aliam cum prolegomenis Pritii, Lipſiae 1703. 24. et alteram cujus titulum ſupra dedimus, quarum prior ab hac poſteriori nullo modo differt. Secundo, *Pritium* ad editionem *aliam Colonienſem Arnoldi Birckmanni* 1549. provocare ait; ſed in quatuor, quae praeſto ſunt, editionibus, *Pritius ad aliam Pariſienſem editionem Arnoldi Birckmanni* 1549. provocat [x])

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtam. Joh. Georg. Pritii. Editio ſecunda locis parallelis et variis lectionibus ſubinde aucta et emendata. Acceſſit hiſtoria Paſſionis J. C. ex quatuor Evangeliſtis graece collecta. Lipſiae ſumtibus Joh. Frid. Gleditſch. MDCCIX. 12. [II.]

Elegans et inſignis editio, charactere minori quam prioris editionis. Praefatio etiam nova addita eſt [y]).

[Praefatio fere eadem eſt prioris editionis, paucis in locis tantummodo immutata. Acceſſerunt variantes nonnullae ex opere Milliano, quod ſibi magno uſui fuiſſe fatetur editor.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum — Joh. Georgii Pritii. Editio tertia. Lipſiae ſumptibus Joh. Fr. Gleditſchii et fil. MDCCXXIV. 12. [III.]

[Editionis iteratae curam in ſe ſuſcepit *Buttigius*, cui et aliam debemus ſacri foederis editionem. §. LII. [z]).

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum — Joh. Georgii Pritii. Editio quarta. Lipſiae ſumptibus Joh. Fr. Gleditſchii. MDCCXXXV. 12. [IV.]

Editio ultima ſecundae et tertiae prorſus ſimilis.

§. LXXXII.

Lipſ. Titii. Lipſ. Titii.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, in quo tum ſelecti verſiculi — Auctore Johanne Leusdeno. Lipſiae et Lubbenae, typis Immanuelis Titii. MDCCXXIV. 12. [I.]

Editio in uſum Scholarum ad editionem Amſtelodamenſem anni 1698. quam et titulus ſequitur §. LXXI. adornata, quae inter exſtantiores haud recenſeri poteſt [a]).

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtam. — Lipſiae et Lubbenae apud Georgium Voſſium, impreſſit Joh. Chriſtian. Langenheim MDCCXXX. 12. [b]). [II.]

Editio

u) *Le Long* p. 223. col. 1. A.

x) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 111. *Knochii* Nachrichten p. 478. Acta eruditorum Lipſ. 1703. p. 172. *Unſchuldige Nachrichten* 1703. p. 743. *Walchius* p. 31. Index Bibl. Wernigerod. p. 29. De vita Editoris conſ. Acta hiſtorico-eccleſiaſt. Vol. 1. p. 48.

y) *Le Long* p. 225. col. 1. E.

z) *Samlung* von A. u. N. 1723. p. 1103. Index Biblior. Wernigerod. p. 31.

a) Index Biblior. Wernigerod. p. 31.

b) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 78. n. 104. Index Bibl. Wernigerod. p. 31.

Digitized by Google

Lipſ. Titii. Editio iterata, typis minutioribus in diviſis columnis expreſſa, ſervata itidem *Leusdeni* praefatione ex editione anni 1698.

Lipſiae Reineccii.

§. LXXXIII.

Lipſiae Reineccii.

[I.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum ad optimas quasque editiones collatum et excuſum. Adjectis nonnullis variantibus lectionibus et notis. Nec non Harmonia Evangeliorum et Chronotaxi Actuum Apoſtolorum, accurante M. Chriſt. Reineccio — Lipſiae apud Bernhard. Chriſtoph. Breitkopff. MDCCXXV. 8.

Textus idem eſt ac in Bibliis Polyglottis, ſine diſtinctione verſuum, quorum numerus in margine notatur, exſcriptus in eadem forma, qua Biblia hebraica ab eodem Editore emiſſa ſunt. Selectae Variantes Lectiones annotatae ſunt, omiſſis tamen locis parallelis c).

[II.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum — accurante M. Chriſt. Reineccio — — Lipſiae apud Bernhard. Chriſtoph. Breitkopff. MDCCXXXIII. 8.

[III.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum — accurante Chriſtiano Reineccio SS. Theol. B. Conſiliar. Saxo-Weiſſenfelſ. Ill. Auguſtei Rect. et P. P. Lipſiae apud B. C. Breitkopf. MDCCLIII. 8. d).

[IV.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum — accurante Chriſtiano Reineccio — — Lipſiae apud B. C. Breitkopf. MDCCLVIII. 8.

[V.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum — accurante Chriſtiano Reineccio — Lipſiae apud B. C. Breitkopf et filium. MDCCLXVI. 8.

Lipſ. Schöttgenii.

§. LXXXIV.

Lipſiae Schöttgenii.

[I.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graecum. In ſectiones diviſit, interpunctiones accurate poſuit et diſpoſitionem logicam adjecit Chriſtianus Schoetgenius. Lipſiae et Goerlicii in Bibliopolio Marchiano. MDCCXLIV. 8.

Textum ipſum editor in minores ſectiones, e. g. *Matthaeum* in 92. *Marcum* in 73. *Lucam* in 103. *Johannem* in 43. diviſit: cuique ſectioni diſpoſitionem logicam praemiſit. Capita vero conſveta ut et commata Stephanica in margine annotata ſunt. Appendix continet annotationes breves rationem praecipuarum mutationum reddentes. Non vero textum, ſeu lectiones, ſed tantummodo interpunctiones ejus mutavit, in quo non omne tulit punctum e).

[II.] Η καινη διαθηκη. — adjecit Chriſtianus Schoetgenius. Lipſiae — MDCCXLIX. 8.

H και-

c) *Samlung* v. A. u. N. a. 1725. p. 786. *Walchius* l. c. Index Bibl. Werniger. p. 31.

d) Index Bibl. Wernigerod. p. 33.

e) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 45. *Fr. W. Krafiii* theolog. Nachrichten Vol. 4. p. 43. *Samlung v. A. u. N.* 1745. p. 612. *Gelehrte Zeitungen*, Lipſiae 1744. p. 543. *Walchius* p. 21. *J. M. Goezii* Verzeichn. p. 63. Index Bibl. Wernigerod. p. 33.

Digitized by Google

Η καινη διαθηκη. — adjecit Chriſtianus Schoetgenius. Editio nova. Vratislaviae apud Jo. Michael Gampertum. CIƆIƆCCLXV. 8. f). [III.]

Ad calcem: Lipſiae excudebat B. C. Breitkopf et Fil. Adcurate reſpondet priori editioni.

§. LXXXV.

N. T. gr. Londin. Hoole. N. T. gr. Londinenſ. Hoole.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Huic editioni omnia difficiliorum vocabulorum Themata, quae in Georgii Paſoris Lexico grammatice reſolvuntur in margine appoſuit Carolus Hoole, in eorum ſcilicet gratiam, qui prima graecae linguae tirocinia fecerunt. Londini, MDCLIII. 12. g). [I.]

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Huic editioni — — *Carolus Hoole.* — Londini excudebat Andreas Clark. MDCLXXII. 12. h). [II.]

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Huic editioni — Carolus Hoole. — Londini excudebat Andreas Clark. MDCLXXIII. 12. i). [III.]

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Huic editioni — Carolus Hoole. — Londini excudebat Andr. Clark, pro Sam. Mearne, Joan. Martyn et Henr. Herringmann. MDCLXXIV. 8. k). [IV.]

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Huic editioni — — Carolus Hoole. — Londini MDCCI. 8. l). [V.]

§. LXXXVI.

N. T. gr. Lond. Redmaine. N. T. gr. Lond. Redmaine.

* Novum Teſtamentum gr. Londini. Redmaine. 1674. 12. m).

§. LXXXVII.

N. T. gr. Leusdeni. Londin. N. T. gr. Leusdeni. Londin.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, in quo non tantum ſelecti verſiculi 1900. continentes omnes voces N. T. aſteriſcis notantur, ſed etiam omnes et ſingulae voces ſemel vel ſaepius occurrentes diſtincta nota diſtinguuntur. Auctore Johanne Leusden. Londini apud Samuelem Smith. CIƆIƆCLXXXVIII. 12.

Praefatio *Leusdeni* anni 1688. praemiſſa eſt n).

§. LXXXVIII.

N. T. gr. Maittairii Londin. N. T. gr. Maittairii Londin.

Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Teſtamentum. Londini ex officina Jacobi Tonſon et Johannis Watts. MDCCXIV. 12. [I.]

Kk 2 Ex

f) Index Bibl. Wernigerod. p. 135.
g) *Le Long* p. 218. col. 2. E.
h) *Le Long* p. 220. col. 2. C.
i) *Le Long* p. 220. col. 2. D
k) *Le Long* p. 220. col. 2. D.
l) *Le Long* p. 222. col. 1. C.
m) *Le Long* p. 220. col. 2. E.
n) Index Bibl. Wernigerod. p. 28.

Digitized by Google

N. T. gr. Maittairii Londin. Ex Epiſtola nuncupatoria Comiti Darthmouthienſi inſcripta apparet, editionem ſplendidam et accuratam, diviſis columnis inſcriptam, a *Michaele Maittaire* eſſe procuratam, qui dum latinos et graecos ſcriptores in minori forma emittere voluit, omnium primo N. T. graecum praelo ſubjecit o).

[II.] * Novum Teſtamentum graecum. Londini 1715. 12. p).
Editio praeſtantiſſima.

[III.] Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Teſtamentum. Londini ex Offic. Jac. Tonſon, et Johannis Watts. MDCCXXX. 12. q).
Accurate reſpondet editioni anni 1714.

§. LXXXIX.

N. T. gr. Londin.

N. T. gr. Londin.

[I.] * Novum Teſtamentum graecum. Londini 1701. 12. r).

[II.] Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Teſtamentum. Londini: impenſis R. Knaplock, J. Tonſon et J. Watts. MDCCXXVIII. 8. maj. s).
Editio ſplendida, ad editionem *Buckii* Cantabrigienſem formata. Accedit tabula altera dictorum e V. T. in novo citatorum, et altera locorum, ad quae loca N. T. reſpiciunt.

§. XC.

N. T. gr. Lovanienſ.

N. T. gr. Lovanienſ.

Novum Teſtamentum graecum. Lovanii 1634. 8. t)

§. XCI.

N. T. gr. Lugd.

N. T. gr. Lugd.

* N. T. graece. Lugduni, Petri de Harſy. 1610. 12. u).

§. XCII.

N. T. gr. Lugd. Bat.

N. T. gr. Lugd. Bat.

[I.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, in quo non tantum ſelecti verſiculi 1900. continentes omnes voces N. T. Aſteriſcis notantur, ſed etiam omnes et ſingulae voces ſemel vel ſaepius occurrentes diſtincta nota diſtinguuntur. Auctore Johanne Leusden Profeſſore. Lugduni Batav. MDCCXVI. 16. x).

[II.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, in quo non tantum — Auctore Leusden Profeſſore. Lugduni Batav. apud Samuel. Luchtmannum. MDCCLI. 12. y).

Editio

o) *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 60.
p) *Le Long* p. 226. col. 1. B.
q) *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 60.
r) *Le Long* p. 222. col. 1. C.
s) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 13. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 60.
t) *Walchius* p. 21.
u) *Le Long* p. 216. col. 1. B.
x) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 78. n. 102.
y) *Gelehrte Zeitungen* Lipſiae A. 1751 p. 289.

Digitized by Google

Editio parum nitida, non ſolum multis ſcribendi compendiis, ſed et vitiis typographicis adimpleta, aliis editionibus in Belgio procuratis longe inferior. N. T. gr. Lugd. Bat.

'Η καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, in quo non tantum — Auctore Johanne Leusden, Profeſſore. Lugduni Batavorum ex officina Luchtmanniana. 1765. 24. [III.]

Minimis typis, adhibitis ſimul ſcribendi compendiis.

§. XCIII.

Edit. Pariſienſ. Edit. Pariſ.

* Novum Teſtamentum graecum. Pariſiis apud ſocietatem Bibliopolarum. 1704. 24. [I.]

Editio mendoſa [z]).

* Novum Teſtamentum graecum ex optimis regiis aliisque exemplaribus cum poſtrema editione Milliana collatis impreſſum. Pariſiis, Emery. 1715. 2 Vol. 12. [II.]

Ex praefatione Typographi: Decrevi itaque editionem Oxonienſem de novo, ſed accuratioribus, quam adhuc a me factum erat, oculis perluſtrare, nimirum ut examinarem atque perpenderem, qua potiſſimum ratione quam commodiſſime ac utiliſſime a nobis recudi poſſet. Verum hic occurrebant difficultates non paucae nec leves. Errata reperiebam in textu, in Parallelis, in variantibus, tum in notis vel ſignis. — — Textum emendavi ad editionem Elzevirianam anni 1633. a Cl. Leusdenio mendis purgatam. Parallela contuli haud ſegniter cum aliis editionibus, et ſi quae erant mutila et manca, quae certe erant nec pauca, ea in ipſis locis inveſtigando in integrum reſtitui. At nimirum quantum (ſed quam immenſo labore) eorumdem auxi numerum, ex aliis editionibus, praecipue vero Milliana, tam ſedulo conquiſitum, ut nulla hodie exſtet novi Foederis editio tot parallelis abundans, nec ipſa Milliana — — nec praeter haec quicquam adderem, niſi laudanda hic veniret exactiſſima accuratio atque diligentia clariſſimorum virorum, Graeceque doctiſſimorum, qui laborem meum in corrigendo hoc opuſculo adjuvare voluerunt. Eam vero talem credo, reperies, qua nulla major reperiri poſſit [a]).

[Dum ad editionem Elzevirianam provocat editor, forte editionem *Joh. Leusdeni* ad illam Elzevirianam exſcriptam intelligit. *Leusdenus* enim anno 1624. natus, Juvenis novem annorum labori tanto minime jam par fuit [b]).

§ XCIV.

Edit. Roterod. Edit. Roterod.

* 'Η καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum. Ex regiis aliisque optimis editionibus hac nova expreſſum: cui quid acceſſerit, praefatio docebit. Roterodami. Ex officina Arnoldi Leers. MDCLIV. 12. [c]). [I.]

Secundam Elzevirianam editionem ita recuſam dedit typographus, ut et ipſam praefationem, cum inſcriptione, *Typographi lectoribus*, iterum exſcripſerit: nihilo

Kk 3 tamen

z) *Le Long* p. 223. col. 1. E.
a) *Le Long* p. 225. col. 2. E.
b) *Walchius* p. 20. *Pritii* introduct. p. 397.
c) *Le Long* p. 218. col. 2. E.

Digitized by Google

Edit. Roterod. tamen ſecius appendicem, cujus ipſa mentionem facit praefatio, ſuae non adjecit editioni [d]).

[II.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum — Roterodami ex officina Arnoldi Leers. MDCLVIII. 12. [e]).

§. XCV.

Edit. Sedanenſ. *Edit. Sedanenſ.*

* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Nouum Jeſu Chriſti Domini noſtri Teſtamentum, ex regiis aliisque optimis editionibus cum cura expreſſum. Sedani ex Typographia et typis noviſſimis Joannis Jannoni. 1628. 32.

Minutiſſimo charactere, qui ſedanenſis dicitur [f]).

[Ad calcem notatur, abſolutum eſſe hoc N. T. quod forma externa eſt omnium editionum minimum, Calendis Martii anni 1629. Repraeſentat accurate editionem primam Elzevirianam, omiſſa tamen tabula Teſtimoniorum e V. T. [g]).

§. XCVI.

Edit. Taurinenſis. *Edit. Taurinenſis.*

Novum Teſtamentum graece. Taurini. MDCCXLI. 12. [h]).

§. XCVII.

Edit. Ultraj. *Edit. Ultraject.*

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, cum diſtinctione verſiculorum, qui omnes novi Teſtamenti voces continent. Ultrajecti ex officina Antonii Smytegelt. MDCLXXV. 12. [i]).

[Prodiit quidem editio abſque praefatione aut ulla editoris nota. Interim *Johannem Leusdenum* curam ejus ſuſcepiſſe, ſatis notum eſt; ſiquidem et ipſe in praefatione ſequenti editioni praemiſſa, ad hanc priorem provocat. Textus ad Elzevirianas eſt formatus; ſed in ipſo libri titulo promiſſa verſuum diſtinctio fruſtra in ipſo opere quaeritur; ſecunda vero editio (v. §. LXXI.) exhibet illam diſtinctionem [k]).

§. XCVIII.

Ed. Witteb. *Edit. Witteberg.*

Novum Teſtamentum graecum ad probatiſſimorum virorum exempla ſumma diligentia recognitum, chartarum ac typorum elegantia magnifice adornatum, capitum argumentis ac locis parallelis curatius inſtructum, notis pariter theologicis ac philologicis quoad difficiliores locos exquiſitius illuſtratum, vitioſa contra interpungendi ratione textum diſturbante, qua codices vulgo premuntur, et mendis typographicis pro virili liberatum

d) *Baumgartenii* Nachr. Vol. 1. p. 211. *Walchius* p. 19. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 55.
e) Index Biblior. Wernigerod. p. 27.
f) *Le Long* p. 217. col. 2. C.
g) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 12. *Walchius* p. 21. Index Biblior. Wernigerod. p. 26. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 53.
h) *Walchius* p. 21.
i) *Le Long* p. 221. col. 2. B.
k) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 383. *Walchius* p. 20. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 57.

Digitized by Google

ratum perpurgatumque a Chriſtiano Sigiſm. Georgio, in acad. Witteb. Prof. Publ. Wittebergae, ſumptibus Jo. Mich. Teubneri. MDCCXXXVI. 8. Ed. Witteb.

Quae in hac editione praeſtita ſunt, ipſe, quem deſcripſimus, indicat libri titulus. Textus non ad editiones Elzevirianas, ſeu ad Textum receptum, ſed ad primam *Roberti Stephani* editionem anni 1546, collatis tamen aliis editionibus, formatus eſt [l]).

§. XCIX.
Edit. Zullichov.

Novum Teſtamentum graecum. Zullichovii 1741. 4. Edit. Zullichov.

Prodiit cum Bibliis hebraicis et Apocryphis, et ad Reineccianas expreſſum eſt editiones. Conf. ſupra Cap. I. Sect. I. §. XXXIII.

§. C.
Partes N. T. gr.

Jam vero ut et ſingularium partium N. T. graeci ſeorſim editarum recenſionem inſtituamus, ordo, quem ſequuti ſumus, a nobis omnino exigit. Sed perpaucae ſunt iſtiusmodi editiones, et ſatis vetuſtae et tam raro obviae, ut omnino dignae ſint, ut earum memoria conſervetur. Quatuor nimirum ſunt Paulinae Epiſtolae, quarum editionem *Philippo Melanchthoni* debemus, qui cum Witebergae ſacras doctrinas puriores tradere inciperet, librorum penuria coactus eſt, partes novi Teſtamenti typis mandare, ut auditoribus ſacram ſcripturam explicare poſſet. Prodiit itaque primo: Partes N. T. gr.

Pauli Apoſtoli ad Romanos Epiſtola. Wittembergae 8. (1520.) [I.]

Rariſſima editio, cujus poſt tantum temporis intervallum duo tantummodo innotuerunt exemplaria. Alterum fuit in Bibliotheca *Göringii*, Superattendentis Mindenſis; alterum adſervatur in Bibliotheca *G. C. Gieſii* V. D. M. apud Görlitzenſes. Deſcripſerat primo integram epiſtolam manu ſua *Melanchthon*, anno 1519. et diſtichon apographo inſcripſerat:

Ου δε κε δαιδαλέος τοὺ Χριστοὺ γράψαι ἀπέλλης
Ενθεος ὡς Παῦλος τῶ δ᾽ ἐχαράξε. λόγω.

i. e. Nec artifex Apelles Chriſtum ita pingere poteſt, ac Divinus Paulus eum verbo depinxit. Idem diſtichon et typis exſcripto praemiſſum eſt exemplari, una cum epiſtola *Melanchthonis* ad *Johannem Bugenhagium*, in qua paucis ab initio praemiſſis, ita de hac editione: „Porro cum inter ſacros commentarios plane non alius Chriſtum nobis expreſſerit, aut propius, aut evidentius hac Epiſtola, ita adornavi eam, ut enchiridii vice, et graeca quidem, ſemper poſſit in manibus haberi, ne qua unquam ab illa vitae imagine, illoque ſalutari vultu Chriſtianae Juventutis oculi deflecterent.„ Ex qua epiſtola *Vitembergae* data, Melanchthonem, qui jam anno 1519. apographum Epiſtolae graecum *Joanni Helto* Nurembergam transmiſerat, editionem ipſam Wittebergae

l) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 44. *Pritii* introd. p. 407. *Walchius* p. 34. *J. M. Knochii* Nachrichten p. 584. Samlung v. A. u. N. 1736. früh aufgeleſ. Früchte p. 162. *Goezii* Verzeichnis p. 63. Index Bibl. Wernig. p. 32.

Partes N. T. gr. bergae procuraſſe, apparet. Textus nitide eſt expreſſus absque diſtinctione Capitum vel ſectionum minorum, adjectis in margine latinis ſcholiis. Una cum Locis Theologicis 1521. exiiſſe Epiſtolam autumat *Göringius*, quia uno volumine comprehendebantur. Verum ex ipſius editoris verbis publicis praelectionibus editionem deſtinatam, ſeorſim prodiiſſe, et quidem jam anno 1520, quo publice Epiſtolam expoſuit anno, majori jure conjiciendum eſt. Praelectiones vero ejus edidit *Martinus Lutherus* inſcio *Melanchthone*, ſub titulo: Annotationes Philippi Melanchthonis in Epiſtolam Pauli ad Rhomanos et Corinthios. Impraeſſum Norimbergae per Joh. Stuchs. 10 Kal. Novemb. Anno 22. 4. m).

[II.] Pauli Apoſtoli ad Romanos Epiſtola. Hagenoae 1533. 8.

Ex officina Seceriana Anno ſalutis 1533. die 8. Menſ. Mart. Adhaeret Textus graecus Commentariis in Epiſtolam Pauli ad Romanos recens ſcriptis, et ibidem recuſis n).

[III.] Pauli Apoſtoli ad Corinthios prior Epiſtola. Wittenbergae 1521. 8.

[IV.] Pauli Apoſtoli ad Corinthios ſecunda Epiſtola. Wittebergae 1521. 8.

Utramque epiſtolam *Melanchthon* ſeparatim in vulgus emiſit, ut auditoribus graeci exemplaris copia ſit; priorique praefationem addidit o).

[V.] S. Pauli ad Coloſſenſes Epiſtola. Witembergae (1521.) 8.

Poſſidet exemplar laudatus *Gieſius*.

[VI.] S. Pauli ad Coloſſ. Epiſtola, cum comment. P. Melanchthonis jam ultimo ab ipſo multis in locis recognitis et locupletatis. Hagenoae apud Jo. Secerium. 1529. 8. p)

[VII.] Epiſtola Pauli ad Coloſſ. cum comment. P. Mel. quae jam noviſſime ab authore ipſo recognita ſunt ac locupletata, idque quam plurimis in locis. Hagenoae, apud Val. Kobianum Menſe Auguſto 1534. 8. q)

Praeterea huc pertinent:

[VIII.] Epiſtola Pauli ad Rom. gr. Pariſiis. Wechelil. 1540.

Editio ſatis dubia et incerta.

[IX.] Actus Apoſtolorum, Epiſtolae Pauli et Catholicae, diviſae eo modo, quo recitari ſolent in officiis graecorum, graece. Romae 1626. 4. r).

§. CI.

Nov. Teſt. Gr. Roman.

N.T. gr. Roman. Coronidis loco huic ſectioni ſubjungendam Novi Teſtamenti graeci promiſſi, ſed et hactenus latentis recenſionem judicamus. Roma illa, cujus Biblio-

m) *Joh. Petr. Koblii* Briefwechſel der Gelehrten, Hamb. 1751. 8. p. 512. etc. epiſt. *J. P. K.* et p. 635. etc. epiſt. *Göringii*. *G. Th. Strobelii* Nachricht von Phil. Mel. Verdienſten um die h. Schrift. Altdorff 1773. 8. p. 97.

n) *Strobelius* p. 109.

o) *Mylii* Chronolog. ſcript. Melanchth. ad ann. 1521. *Hardtii* Autograph. Lutheri et coaetan. Tom. 1. p. 128.

p) *Strobelius* p. 127.

q) *Strobelius* ibid.

r) *Baueri* biblioth. univerſ. ſuppl. Tom. 1. p. 14.

Digitized by Google

Bibliotheca Vaticana tot ſuperbit MStis antiquis novam exſpectari juſſit N. T. editionem, cujus edendi curam in ſeſe ſuſceperat *Johannes Matthaeus Caryophilus*. Illam *Jacobus Le Long* haud ſilentio praetermiſit, ſed ſequentia annotavit: N. T. gr. Roman.

„Novi Teſtamenti graeca editio, juxta editionem Antwerpienſem Regiam, Romae juſſu Urbani VIII. Pont. Max. adornanda circa annum 1624 aut 25. (Utrumque hunc annum determinat electio Urbani VIII. ad ſummum Pontificatum, quae facta eſt an. 1623. et electio Johannis Matthaei Caryophili, qui erat Archiepiſcopus Iconienſis an. 1626, cum confutationem Nili Theſſalonicenſis de Primatu Papae edidit, de qua tamen dignitate in hac praefatione non meminit.) Adjectis variantibus lectionibus ex XXII. codicibus mſc. imprimis ex Bibliotheca Barberina, ſtudio et labore Joannis Matthaei Caryophili; cujus praefatio his diſcrepantibus lectionibus praemiſſa legitur ad calcem Catenae graecae in Marcum a Petro Poſſino Romae anno 1673 vulgatae, ex qua hic exſcripta eſt. Sed haec novi Teſt. editio in lucem nunquam prodiit.

„Ad Lectorem Joannes Matthaeus Caryophilus. Graecam Novi Teſtamenti editionem, quae ut archetypa, ſacrarum literarum ſtudioſis notiſſima debet eſſe, non privato quorumlibet judicio, ſed publica et legitima, hoc eſt, Sedis Apoſtolicae, auctoritate probatam, prodire piorum hominum vota optabant. Abſoluti enim operis ratio exigebat, ut quod jam pridem in ſacris Bibliis juxta LXX interpretes, et aliis Veteris Teſtamenti voluminibus Graece editis, ſumma diligentia per Sedem Apoſtolicam praeſtitum fuit, id ipſum per eandem non minori ſtudio in ſacroſanctis Evangeliis, et reliqua ſacrae paginae Graeca editione praeſtaretur. Si quidem mira codicum praeſertim impreſſorum varietas et diſcordia tam crebra lectoribus offerat incommoda, ut paſſim anceps haeſitaret animus; et quaenam praeferenda ut germana lectio, quae minus amplectenda videretur, prorſus ambigeret.

Ita in graecis ipſis fontibus puriores requirere fontes oportuit, et graecam in codicibus diſſonantiam ad Graecam prorſus, quoad ejus fieri potuit, revocare originem; expurgatis ad fidem vetuſtiſſimorum codicum inutilibus plerumque mutationibus, ſive Librariorum vitio ſive quorumvis audacia in ſacrum textum tot novitates irrepſerint.

Conquiſitis igitur juſſu Sanctiſſimi Domini noſtri Urbani VIII. manuſcriptis codicibus venerandae antiquitatis, e Vaticana potiſſimum et primariis in Urbe bibliothecis, repertisque Evangeliorum Codicibus X. Actuum Apoſtolorum et Epiſtolarum omnium VIII. Apocalypſeos IV. et collatione cum textu impreſſo Regii codicis, (i. e. Editione Antwerp. anni 1572.) de verbo ad verbum diligentiſſime peracta, opus, Deo favente, abſolutum eſt; certis hiſce univerſim regulis quinque, *hic relatis.*

Hiſce regulis diligenter obſervatis, et textus ipſe cautiſſime emendatus, et ſingulis capitibus ſuae ſunt annotationes affixae. In quibus etiam, ubi opus fuit, reddita ratio eſt, cur neceſſe fuerit a regulis recedere, et textum ipſum, ut erat, integrum magno veritatis fundamento relinquere. Summo namque Dei beneficio ex hac collatione perſpectum illud eſt: Vulgatam Editionem latinam, teſtimonio Graecorum vetuſtiſſimorum codicum et autorum, eſſe fideliſſimam, et Graeco illi, ut ſanctus

N. T. gr. Roman. Hieronymus vocat, fonti, cujus ille nitore quatuor Evangelia juſſu Damaſi emendavit, non immerito aequiparandam.„

Pag. 522. obſervatur in caput 5. prioris Epiſtolae Sancti Joannis verſu 7. „Porro totus 7 verſus hujus capitis deſideratur in octo (proindeque in omnibus, cum octo tantum codices habeant Canonicas Epiſtolas) MSS. codicibus graecis. s)

[Regulas quinque, quas ſibi ad dijudicandum varietatum valorem praeſcripſerat *Caryophilus*, ſub cenſuram vocat *Millius*, easque fallaces eſſe judicat. Idem in variantes lectiones collectas inquirit, earumque plures haud amplectendas eſſe abunde docet. t)

Pericopae.

§. CII.

[I.] Evangelia Dominicalia graece. Lovanii apud Rutgerum Reſcium. (Circa annum 1540.) 8.

[II.] Evangelia et Epiſtolae Dominicales. Coloniae 1545. 8.

[III.] Evangelia et Epiſtolae Dominicorum Feſtorumque Dierum, eo, quo in templis legi conſveverunt, ordine e Bibliis collecta, graece. Antwerpiae apud Johannem Gymnicum. 1554. menſe octobr. 8.

Tres haſce editiones conjungit *Maittaire* in annalibus non ſine ratione. *Reſcii* enim Evangeliorum Dominicalium editionem, Colonienſes adauxerunt, addendo Epiſtolas Dominicales; Colonienſem vero editionem recuſam dedit Antwerpienſis typographus cum Praefatione Graeca *Alberti Orſtani*. u)

§. CIII.

Dicta S. S.

Dicta S. S.

Loci ſeu dicta inſigniora ex Evangelio Johannis, Actis Apoſtolorum et Epiſtola Pauli ad Romanos. (Francofurti) 1563. 8.

Adjuncta ſunt loca Biblica verſioni graecae Catecheſis, quae exſtat ſub titulo: *Κατηχησις Χριστιανων ἑλληνικως.* Catecheſis Chriſtianorum graece, una cum examine in eandem grammatico, pro incipientibus Graecae linguae tironibus. Auctore Luca Loſſio, Luneburgenſi. Franc. apud Haered. Chr. Egen. Anno M.D.LXIII. Praefationem ſcripſit *Loſſius* Luneburgi 1545; antiquiorem itaque exſtare editionem, veroſimile eſt. Loca biblica ſine verſione exhibentur fol. 14. a. 20. b.

s) *Le Long* p. 216. col. 2. E. — p. 217. col. 2. A.

t) *Millius* prolegom. §. 1313.

u) Annal. Tom. 3. Part. 2. p. 631.

SECTIO II.

SECTIO II.
DE
EDITIONIBVS N. T. GR. CVM VERSIONE.

§. I.

Textui ſacro, ut lector eo facilius in ſenſum ejus inquirere, et verſione aliqua ut proficuo artis exegeticae ſubſidio uti poſſit, verſionem aliquam jungere, variis ejus editoribus opus viſum eſt, a quo ingens ſperari poſſit fructus. Variae inde ortae ſunt editiones, quae verſionem comitem habent, et pro conditione verſionis adjectae duplicis potiſſimum ſunt generis. Aliis enim textus graeci editionibus addita eſt verſio illa latina, quae ſub nomine Vulgatae, et cum antiquiſſima eſt, ſeſe praeſtantia et utilitate maxime commendat. Aliis vero recentior adjecta eſt verſio, vel latino vel alio idiomate conſignata. In illa Vetus ille, in hiſce poſterioris temporis loquitur Interpres. Singulas hujus generis editiones, ea, quantum fieri poteſt ſolertia, ita recenſebimus, ut primo illas enumeremus, quae Verſionem Vulgatam cum Textu graeco conjunctam exhibent; a quibus ad recentiores ſacri textus verſiones progrediendum erit. Prioris vero generis editiones inter ſeſe differunt, tum ratione ipſius textus, tum ratione verſionis Vulgatae.

Aliae habent textum Complutenſem; aliae vero Textum hodie receptum ad editiones Elzevirianas formatum. Aliae exhibent Vulgatam verſionem, et quidem eam, quam in ſacris Bibliis latinis legimus, aliae vero illam Vulgatam ab *Aria Montano* emendatam. Habes itaque hic editionem principem et cardinalem, nimirum Complutenſem, §. II. et ad eandem effigiatas Plantini §. III. ejusdemque Sectatorum et imitatorum editiones. §. V-XIII. Quibus ſucceduht textus recepti editiones cum verſione Vulgata, quarum plures a Pontificiis, §. XIV. qui plurimum huic verſioni tribuunt, eamque pro authentico textu agnoſcere juſſi ſunt, pauciores a Proteſtantibus §. XV. in vulgus emiſſae ſunt. Succedunt editiones, quibus verſio Eraſmiana §. XVI. Bezana §. XXXIII. Caſtaliana §. XLI. Schmidiana §. XLII. et denique verſio hodie vulgaris §. LIV. adjuncta eſt.

§. II.

N. T. Complutenſe.

N. T. Complutenſe.

* Novum Teſtamentum graece et latine in academia complutenſi noviter impreſſum *). *Ad calcem:* Ad perpetuam laudem et gloriam Dei et domi-

*) Verbis, quibus *Le Long* hanc editionem annunciat, ſubſtituimus hic inſcriptionem, quam ipſi editores libro dederunt. Interim lectori ipſius verba, quia medela indi-

N. T. Complutenſe.

domini noſtri ieſu chriſti hoc ſacroſanctum opus noui teſtamenti et libri vite grecis latiniſque characteribus noviter impreſſum atque ſtudioſiſſime emendatum: felici fine abſolutum eſt in hac preclariſſima Complutenſi vniverſitate: de mandato et ſumptibus Reverendiſſimi in chriſto patris et illuſtriſſimi dni domini Fratris Franciſci Ximenez de Ciſneros tituli ſancte Balbine ſancte Romane eccl'ie presbyteri Cardinalis hiſpanie Archiepi toletani et Hiſpaniarum primatis ac regnorum caſtelle archicãcellarii: induſtria et ſolertia honorabilis viri Arnaldi Guilielmi de Brocario artis impreſſorie magiſtri. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo decimo quarto. Menſis ianuarii die decimo. (1514.) fol.

Ex codicibus MSS. N. T. Gr. quos ſibi corrogaverat Franc. Ximenius (inquit *Millius*) [b]), erat Epiſtolarum Apoſtolicarum codex, ex inſula Rhodo allatus ac modo donatus D. Cardinali [c]). Id enim a Stunica, cui haud exiguae in codicibus hiſce conferendis partes erant, diſcimus, qui mentionem ejus facit haud ſemel, et inter venerandae vetuſtatis libros recenſet, qualibus praecipue uſos ſe profitentur hujus Editionis Curatores, ac quales porro notat Stunica, cum verſionis Vulgatae lectione magis quam coeteros convenire. Certe tantam in eo cum textu latino concordantiam deprehendit Eraſmus, ut eum ad codicem aliquem latinum caſtigatum fuiſſe ſuſpicaretur. Coeteri omnes e Bibliotheca Vaticana conquiſiti ſunt. Codicis qui exſtat jam ad finem Bibliorum graecorum *κατὰ τοὺς ό*, a Sixto quinto editorum, haud dubium eſt, quin rationem habuerint Editores iſti. E reliquis erat inſignis ille prae coeteris Codex *eximiae vetuſtatis ſpectataeque fidei*, quem tanquam Archetypum Complutenſibus noſtris tradidit Leo X. (Eraſmus Epiſt. l. 23. Ep. 8.) quemque proinde ſecutos eos in hac editione ait Eraſmus in capitibus argum. praefixis editioni quintae N. T. — — Certum eſt eos parum ſibi permiſiſſe in emendatione textus hujus Vaticani: imo potius ipſum univerſum integrum, et illibatum propemodum, qualis exſtabat in mſc. Exemplari, transtuliſſe in hanc editionem. Indicio rei hujus luculento plane ſunt lectiones ſingulares, quibus paſſim conſperſa eſt haec editio. —— Licet autem *κατὰ πόδας* fere prefferint Vaticanum hoc exemplar, haud dubium tamen, quin ipſius textum ad coeterorum Leonis X. codd. fidem hic illic correxerint. — — Illud pro rato eſt, in paucis admodum a codice ſuo abiiſſe Editores. — — Certe commodum accidit in Evan-

indigent, non denegabimus: „Novum teſtamentum graece, ſine ſpiritibus ac accentibus, ut ipſum autographum melius referat, juxta codicem Vaticanum cum verſione latina interlineari nova et cum vulgata. V. Biblia polyglotta Complutenſia anno 1514. edita. ſc. Novum Teſtamentum, at publicatum duntaxat poſt annum 1522. Haec editio omnium prima eſt ac nobiliſſima. In ea legitur pericope verſus 7. cap. 5. Epiſtolae 1. Joh. deeſt tantum: καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν „ Verum fallitur auctor in eo, quod de verſione interlineari nova, et de vulgata ei addita aſſerit. Vera profeſſus eſſet, ſi de Veteri Teſtamento haec adfirmaſſet; in eo enim exhibetur una cum textu hebraeo et verſione vulgata latina, nova latina verſio interlinearis textus graeci. In Novo vero teſtamento, unica tantum textui ad latus appoſita eſt verſio latina, Vulgata. In eodem errore fuit *Job. Alb. Fabricius* bibl. gr. lib. 4. Vol. 3. p. 185. Fallitur in eo, quod de verbis graecis commatis ſeptimi adfirmat. Leguntur utique commate ſeptimo; ſed commate octavo, ubi de tribus teſtibus in terra ſermo eſt, omiſſa ſunt.

b) Prolegom N. T. gr. p. 108.

c) Delineat hunc codicem *Le Long* p. 183. col. 2. C. quocum conferantur *Wetſtenii* prolegom. p. 562. n. 50.

Digitized by Google

Evangeliis, quod ad unum hoc compoſita fuerint exemplar. Hine enim textus purior et ab injectitijs lectionibus aliquanto liberior illo quem exhibent poſteriores aliquae editiones N. Teſt. Unius nimirum codicis ductum ſecuti, cjus ſolius interpolationes, haud ita numeroſas, in editionem hanc transtulere, — — in Actis autem Apoſtolorum et Epiſtolis haud ita proſpere eeſſit Complutenſibus noſtris diligens iſta textus ad codicem hunc unum conformatio (*cujus rei exempla hic proferuntur*). Miſſis autem iſtis, textus reliquus ſanus fere eſt, et ſupra quam a primis Editoribus expectari poterat, emendatus: ad genuinam dictionem Apoſtolicam omni propemodum ſui parte egregie compoſitus, tantaeque propterea apud ſuccedentes N. T. Editores auctoritatis, ut ad Editionem hanc poſteriores ſuas magis magisque accommodarint. N. T. Complutenſe.

Optandum omnino eſſet, (*inquit idem*) [d]) ut editio haec magnifica, ſicut omnium prima erat, ita ſola quidem fuiſſet, eujus textus (demto uno et altero vitio, quae in iterata proinde Bibliorum iſtorum editione ſuſtulit Arias Montanus) integer et illibatus in editiones poſteriores quasque tranſiiſſet — — praeſtitiſſet omnino principi huic editioni (ceu immobili fundo) ad marginem lectiones, quae meliores judicarentur, adjeciſſe, quam ſublatis iis, has in ipſarum locum in corpore textus ſubrogaſſe. [e])

[Referendum eſſe hoc N. T. ad Biblia Polyglotta Complutenſia, quorum, ſi temporis rationem habes, primum, ſi ordinem ſpectas, quintum eſt volumen, omnino non diffitemur. Sed duce *Jacobo Le Long*, quia non eſt polyglotton, ſed tantummodo graecum ſiſtit textum cum latina verſione Vulgata, hoc loco recenſendum judicavimus. Quae vero hoc volumine continentur, in ipſo prooemio ita enumerantur: „— — Primum omnium tibi occurret epiſtola Euſebii Pamphili ad Carpianum de concordia quatuor Evangeliorum. Sequitur deinceps prologus Hieronymi ad Damaſum pappam, et alii ejusdem Doctoris prologi. Poſt haec ſuccedunt quatuor Evangelia greco ſermone cum latina beati Hieronymi translatione ex oppoſito. Deinde ſequuntur duo graeci tractatus, alter de peregrinatione beati Pauli et Euthalii diaconi, alter de temporibus predicationis, et martyrio ejusdem. Succedunt poſtea hypotheſes ſive argumenta Theodoriti doctoris graeci eminentiſſimi in epiſtolas Pauli: et in epiſtolas canonicas: et item argumenta alia in easdem alterius doctoris greci innominati. Poſt hec ſequuntur epiſtole ipſe beati Pauli: cum reliquis novi teſtamenti operibus: omnia cum interpretatione latina ejusdem beati Hieronymi e regione. Deinde ſubjungitur vocabularium grecum continens omnes dictiones totius novi teſtamenti et inſuper ſapientie et eccleſiaſtici grece et latine cum breviſſima quadam in initio ad grecas litteras introductione. Poſtremo loco librum claudunt interpretationes omnium totius novi teſtamenti vocabulorum que tam grecam quam hebraicam et chaldaicam ſortita ſunt etymologiam ab initio matthei usque ad finem apocalypſis.„ Unde eandem in libris N. T. ordinandis, ac in Vulgata, obſervatam eſſe methodum, apparet. Judicium *Millii* de praeſtantia et antiquitate MSS. Codd. ipſo editorum effato ſuffulcitur, qui in prooemio N. T.: „Illud lectorem non lateat: non quaevis exemplaria huic impreſſioni archetypa fuiſſe: ſed antiquiſſima emendatiſſimaque: ac tante preterea vetuſtatis ut fidem eis abrogare nefas videatur. Que ſanctiſſimus in chriſto

d) *Millius* p. III. e) Haec *Le Long*, p. 199. col. 2. C. – p. 200. col. 1.

Digitized by Google

N. T. Complutenſe.

chriſto pater et dominus noſter Leo X. Pontifex maximus huic inſtituto favere cupiens ex apoſtolica bibliotheca educta miſit ad Reverendiſſimum Cardinalem hiſpanie de cujus auctoritate et mandato hoc opus imprimi fecimus. „ Ad normam codicis venerandae vetuſtatis, (qui utrum ille idem ſit, qui hodie Vaticanus ille celebris eſt, an vero adhuc in Hiſpania alicubi lateat, vel flebili fato perierit, poſtquam apographon typis exſcriptum exſtaret, dubium adhuc eſt,) textus graecus, typis eum in finem ſculptis, ut antiquorum modum ſcribendi referant, ſine ullis ſpirituum aut tonorum notis, adjectis tamen acutis ſimplicibus, exſcriptus eſt, ad imitationem veterum codicum, qui ejusmodi literarum faſtigiis carent. Verſio latina Vulgata non inter lineas graecas eſt inſerta, ſed ad latus appoſita, obſervatis tamen linearum ſpatiis, ut graeca latinis ſemper reſpondeant. Vocibus graecis additae ſunt litterae latinae minutiores, quae iterum ſingulis latinae verſionis vocibus adjectae ſunt, ut cujusvis vocis graecae latina interpretatio eo facilius indagari poſſit. Operi graeco ad prelum adaptando praefuere *Aelius Nebriſſenſis*, *Demetrius Creterſis*, *Ferdinandus Pintianus*, et *Lopez de Stunica*, e controverſia cum *Eraſmo Roterodamo* ſatis celebris, quorum ope N. T. graecum ita typographo concreditum eſt, ut jam in initio anni 1514. penitus excuſum eſſe potuerit. Sed ita voluerunt, quae interdum rebus graviſſimis obſtant, fata, ut ſplendidiſſima et omnium prima N. T. graeci editio per aliquot annos tanquam carceri incluſa retineretur. Sed tandem denique Leoni X. lubuit litteris die 22. Martii 1520. datis et volumini primo praemiſſis concedere, ut publice emtoribus exponeretur. Verum ante annum 1522. parum eruditis innotuit. Quod *Millius* optavit, id nunquam accidit. Nemo editorum Novi Teſtamenti, nemo typographorum eandem editionem et quidem eadem forma recudi curavit. *Plantinus* poſt quinquaginta annos, qui conſilium hoc coepit, primus fuit; ſed textui ſpirituum et tonorum notas adjecit, et ſtudio *Ariae Montani* multa in textu ipſo emendari curavit. Hinc nulla exſtat, quae primam accurate repraeſentet, editio. Suſpicio illa, quam jam olim *Eraſmus* aluit, codicem hujus editionis Archetypum ad codicem latinum ſive Vulgatam fuiſſe caſtigatum, noſtro tempore reſuſcitata, lites in orbe litterario celebres inter viros excitavit, qui hanc editionem vel accuſarunt, vel ejus defenſionem ſuſceperunt. f)

§. III.

f) Carmen Eraſmicum de novo cantavit *Weſtenius* in utraque editione Prolegomenon, cujus partibus ſeſe adjunxit Cl. D. *Semlerus*, Theologus Halenſis, qui eadem prolegomena obſervationibus adaucta 1764. iterum exſcribi curavit. Oppoſuit iſtis accuſationibus Cl. *J. M. Goezius* Theologus Hamburgenſis pro defendendo N. T. *Vertheidigung der Complutenſiſchen Bibel*, *inſonderheit des Neuen Teſtaments*, *gegen die Weſteniſchen und Semleriſchen Beſchuldigungen*. Hamburgi 1765. 8. Reſpondit *Semlerus in der genaueren Unterſuchung der ſchlechten Beſchaffenheit des zu Alkala gedruckten griechiſchen neuen Teſtaments*. Halae Saxon. 1766. 8. Cui oppoſuit *Goezius ausführlichere Vertheidigung des complutenſiſchen griechiſchen neuen Teſtaments*. Hamburgi 1766. 8. *Semlerus* iterum reſpondit in parte ſecunda *der hiſtoriſchen Samlung über die Beweisſtellen*; addidit itaque *Goezius Fortſetzung der ausführlicheren Vertheidigung etc.* Hamburgi 1769. 8. Quae vero ab utraque parte diſputata ſunt, hic recenſere, a ſcopo noſtro alienum foret. Cl. *Goezium* certe maximo ſtudio in ipſam hujus editionis conditionem inquiſiviſſe, cuique lectori facile patebit. Conf. praeterea de hac editione *J. D. Michaelis* Einleitung Tom. 1. p. 683. *J. G. Pritii* introductio p. 390. *Maittaire* annal. Tom. 2. Part. 2. p. 252. nec non ſcriptores infra Sect. III. §. II. laudandi.

Digitized by Google

§. III.

N. T. gr. lat. Ar. Mont. Plantini. N. T. gr. lat. Ar. Mont. Plantini.

* Novum Teſtamentum graece cum vulgata interpretatione latina graeci contextus lineis inſerta; quae quidem interpretatio cum a graecarum dictionum proprietate diſcedit, ſenſum videlicet magis quam verba exprimens, in margine libri eſt collocata, atque alia Bened. Ariae Montani Hiſpalenſis opera e verbo reddita, ac diverſo characterum genere diſtincta, Lovanienſium vero Cenſorum judicio et totius academiae calculis comprobata, in ejus eſt ſubſtituta locum. Antwerpiae excudebat Chriſtophorus Plantinus Regius Prototypographus. MDLXXII. fol. [I.]

Editiones novi Teſtamenti graeci omnes, quae abhinc centum aut circiter annos factae ſunt, aut adhuc fiunt, nihil melius aut accuratius primis illis habent. Sunt enim omnes vel ad Frobenianas, vel ad Stephanicas, vel ad Plantinianas expreſſae, quarum accurationem et elegantiam aſſequi poſſe ſumma votorum eſt multis hujus aevi typographis. Plantinianae autem Complutenſem, quae fuit omnium prima, (*excuſa quidem non vero publicata*) *κατὰ πόδας* ſecutae ſunt, niſi quod accentuum et ſpirituum notas, in ea omiſſas adſcripſerint; ſed nullarum variantium lectionum meminerunt, quaſi omnia exemplaria quibus uſi ſunt Complutenſes inter ſe conſenſiſſent; cum tamen facile conjici poſſit, ex aliis quae communiter in manibus verſantur, in iſtis quoque, praeſertim ſi magno fuerint numero, non parvam a collectoribus inventam eſſe diſcrepantiam. g)

[Adjunctum eſt hoc N. T. graecum Bibliis hebraicis, quorum recenſionem ſupra Cap. I. Sect. III. §. IV. dedimus. Textus, uti communi eruditorum ſuffragio conſtat, ex editione Complutenſi deſcriptus eſt, uti hoc variae lectiones ſingulares huic editioni peculiares, ſatis demonſtrant; ſed ita eſt deſcriptus, ut nonnullae lectiones ex Eraſmicis inſertae ſint. In contrariam *J. A. Bengelius* abiit ſententiam, textum Eraſmicum vel Stephanicum ad Complutenſem conformatum eſſe contendens: in quo vero ipſi contradicit *Wetſtenius*, ad effata Cenſorum provocans, qui ex editione Complutenſi textum tum in Bibliis polyglottis Antwerpienſibus, tum in hoc opere, Polyglottis appendicis loco juncto, exſcriptum eſſe teſtantur. Lineis inſerta eſt in N. T. verſio vulgata, ab *Aria Montano* in iis locis immutata, in quibus verſio non exacte cum graeco conveniens erat; rejectis in margine ipſis Vulgatae vocibus latinis. Eundem quoque occupant locum radices graecae, ſi illae lectorem aliquando morari poſſent, ut opus ipſum ſtudio linguae graecae commode inſervire poſſit. Editio prima, omnium rariſſima, cui Libri Apocryphi, poſterioribus editionibus adjecti, deſunt. h)

* Novum Teſtamentum gr. lat. Antwerpiae typis Chriſtophori Plantini. 1574. 8. [II.]

[Ita recenſet hanc editionem *Le Long*, quam videre mihi nunquam contigit. Utrum verſio latina lineis inſerta, an vero ad latus appoſita ſit, definire non audeo. i)

* Novum

g) *Le Long* p. 213. col. 1. A. e *Stephani Curcellaei* praefat. N. T. gr. 1658. editi. p. 435. *Wetſtenii* prolegom. p. 385. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 43. Index Biblior. Wernig. p. 23.

h) Conf. de hiſce Bibliis auctores Cap. I. Sect. III. §. III. *J. A. Bengelii* apparat. crit.

i) *Le Long* p. 213. col. 1. D.

Digitized by Google

[III.] * Nouum Teſtamentum graeco-latinum ex recognitione Ariae Montani. Antwerpiae. Plantini. 1583. 8. [k])

[IV.] * Novum Teſtamentum graecum cum vulgata interpretatione latina graeci contextus lineis inſerta: Quae quidem — — characterum genere diſtincta, in ejus eſt ſubſtituta locum. Acceſſerunt et huic editioni Libri Graece ſcripti, quos Eccleſia orthodoxa, Hebraeorum Canonem ſecuta, inter Apocryphos recenſet; cum interlineari interpretatione latina ex Bibliis Complutenſibus deprompta. Antwerpiae, ex officina Chriſtophori Plantini. M.D.LXXXIIII. fol.

[Editio judice *Le Long* [l]) praeſtantiſſima. Recuſum dedit *Plantinus* integrum opus V. ac N. T. 1572. primum publicati, cujus partem priorem ſupra Cap. I. Sect. III. §. V. deſcripſimus: ſed novum teſtamentum graecum non accurate priori reſpondet editioni, ſiquidem obſervante *Wetſtenio*, in Evangeliis, Actis et Epiſtolis minimum centies a Complutenſi diſcedens, ad Eraſmi et Stephani editionem deflectit; dum in Apocalypſi preſſius Complutenſi adhaeſit editor, ita tamen ut quadragies tantummodo Eraſmicam ſequeretur. Ultima eſt Plantini editio, quae vero ſaepius ab aliis recuſa eſt. [m])

Edit. gr. lat. Ar. M. Raphelengii.

§. IV.

Edit. Gr. lat. Ariae M. Raphelengii.

[I.] * Novum Teſtamentum Graecum, latinum Ariae Montani. Ex officina Plantiniana. 1609. 8. [n])

[Solus *Jacobus Le Long* hanc editionem paucis recenſet. Poſt mortem Plantini *Raphelengius* Lugduni Batavorum typographiam exſtruxit, cui itidem nomen officinae Plantinianae dedit, ex qua haec editio in vulgus exiit.

[II.] * Novum Teſtamentum graece, cum vulgata interpretatione — — in ejus ſubſtituta eſt locum. Ex officina plantiniana Raphelengii. 1613. 8. [o])

[Sequitur accurate editionem ultimam *Chriſtophori Plantini* anno 1584. editam, et ultimum conſtituit ſacrorum Bibliorum volumen. Conf. ſupra Cap. I. Sect. III. §. VII.

Edit. iterat. Hiſpan.

§. V.

Editio iterat. Hiſpan.

* Novum Teſtamentum graece et latine ex recognitione Benedicti Ariae Montani. In Burgo Aracenſi in Hiſpania. 1581. fol. [p])

[Ad primam Chriſtophori Plantini editionem anni 1572. recuſum N. T. cum verſione interlineari, et Bibliis Hebraicis ibidem editis junctum. Conf. ſupra Cap. I. Sect. III. §. VI.

§. VI.

k) *Le Long* p. 214. col. 1. B. Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 40. n. 79. *Walchius* p. 43.

l) p. 214. col. 1. B.

m) *Wetſtenius* proleg. p. 387. Index Biblior. Wernigerod. p. 24. *Walchius* p. 43. Conf. §. VII. de immutato libri titulo.

n) *Le Long* pag. 216. col. 1. A.

o) *Le Long* p. 216. col. 1. C. *Walchius* p. 14. Index Bibl. Werniger. p. 25.

p) *Le Long* p. 213. col. 2. D.

Digitized by Google

§. VI.

Editiones Commelini.

Edit. Commelini.

* Novum Teſtamentum graece. Cum Vulgata interpretatione latina Graeci contextus lineis inſerta. Quae quidem interpretatio quum a Graecarum dictionum interpretatione diſcedit, ſenſum videlicet magis quam verba exprimens, in margine libri eſt collocata: atque alia Ben. Ariae Montani Hiſpalenſis opera e verbo reddita ac diverſo characterum genere diſtincta in ejus eſt ſubſtituta locum. Editio poſtrema, multo quam antehac emendatior. Cum Praefatione ejuſdem Ben. Ariae Montani, in qua ſui hujus operis rationem reddit, docetque quis ex eo fructus a ſacrae paginae ſtudioſis percipi poſſit. Ex officina Commeliniana. MDXCIX. fol. q). [I.]

[Quae in titulo de emendatione hujus editionis proferuntur, non ita ſunt accipienda, ac ſi ex eadem officina jam antiquior exierit editio. Prima eſt editio Commeliniana, quae ex editione Antwerpienſi 1584. exſcripta, eum in finem procurata eſt, ut cum Bibliis polyglottis ex officina Sanct-Andreana conjungi poſſit: quibus Bibliis hoc anno novus Titulus cum nota anni 1599. datus eſt, in quo acceſſiſſe huic editioni Novum Teſtamentum expreſſe indicatur. Conf. Cap. III. §. VIII.

* Novum Teſtamentum graece. Cum Vulgata interpretatione latina — — ſtudioſis percipi poſſit. Ex officina Commeliniana. MDXCIX. 8. [II.]

[Sola forma externa a praecedenti differt.

* Novum Teſtamentum graece. Cum Vulgata interpretatione latina — ſtudioſis percipi poſſit. Ex officina Commeliniana. MDCXVI. fol. [III.]

[Eadem eſt ac antiquior editio, cujus hic mentionem faciendam eſſe duximus, quia in Rubro exemplarium Bibliorum Polyglottorum, quae notam anni 1616. habent, Novum Teſtamentum graecum expreſſe nominatur.

§. VII.

Editiones Genevenſes Rovierii et Stoerii.

Edit. Genev. Rovierii et Stoerii.

* Novum Teſtamentum graecum. Cum vulgata interpretatione latina — — in ejus eſt ſubſtituta locum. Acceſſerunt et huic editioni Libri graece ſcripti, qui vocantur Apocryphi, cum interlineari interpretatione latina e Bibliis Complutenſibus petita. Excudebat Petrus de la Roviere. CIƆIƆCIX. fol. r) [I.]

[Ad manus eſt editio typis minutioribus excuſa diverſa omnino ab illa, quae notam anni 1619. in fronte gerit. Habet enim N. T. in hac editione pp. 186. in recentiori vero pp. 271. Reſpondet omni ex parte editioni ſecundae *Plantini* anni 1584. Libri vero apocryphi in rubro aliis recenſentur verbis ac in editione Plantiniana, ubi ſequentia ſcripta ſunt: *Acceſſerunt et huic editioni Libri graece ſcripti, quos*

q) *Le Long* p. 215. col. 2. C.

r) *Le Long* p. 216. col. 1. A. Conf. ſupra C. I. Sect. III. §. VIII. et ſcriptores ibidem laudatos.

Digitized by Google

Edit. Genev. Rovierii et Stoerii. *quos Eccleſia Orthodoxa hebraeorum canonem ſecuta inter Apocryphos recenſet etc.* Confirmatur exinde *Thomae Crenii* et *Jacobi Le Long* relatio, de immutato editionis Antwerpienſis titulo, cujus jam ſupra mentionem fecimus. Genevenſes enim exemplar Plantinianum ob oculos habuiſſe certum eſt. Cur vero hi typographi titulum immutaſſent, nulla omnino dari poteſt ratio. Hine in Antwerpienſi ita eos legiſſe, ac typo expreſſerunt, maxime eſt probabile. Pertinet haec editio ad Biblia hebraeo-latina ejusdem anni, quae ſupra recenſita ſunt.

[II.] * Novum Teſtamentum graecum. Cum vulgata interpretatione latina — in ejus eſt ſubſtituta locum. Excudebat Petrus de la Roviere. CIƆIƆCIX. 8. s)

[Editio minor eodem tempore iisdemque typis et ad eandem normam exſcripta. Quibusdam exemplaribus adſcriptum eſt nomen: Aureliae Allobrogum; quod in aliis omiſſum eſt.

[III.] Novum Teſtamentum Graece. Cum Vulgata interpretatione lineis inſerta: Quae quidem interpretatio — in ejus eſt ſubſtituta locum. Cum praefatione ejusdem Ben. Ariae Montani, in qua ſui hujus operis rationem reddit, docetque quis ex eo fructus a ſacrae paginae ſtudioſis percipi poſſit. Aureliae Allobrogum excudebat Petrus de la Roviere. MDCX. 8.

Editio a *Jacobo Le Long* praetermiſſa. Pars prior pp. 342. poſterior pp. 239. occupat. Praefatio *Ariae Montani* eadem ipſa eſt, quae antiquioribus quin et primae anni 1572. jam praemiſſa eſt. E plagularum ſignatura apparet formam eſſe octavam. t)

[IV.] Novum Teſtamentum Graecum cum Vulgata interpretatione latina Graeci contextus lineis inſerta: quae quidem interpretatio — ſtudioſis percipi poſſit. Coloniae Allobrogum excudebat Petrus de la Roviere. CIƆIƆCXI. 16.

Praecedenti editioni quoad paginarum numerum apprime ſimilis, differt vero ab illa ratione ſignaturae plagularum. u)

[V.] * Novum Teſtamentum graecum, cum Vulgata interpretatione latina — ſubſtituta locum. Excudebat Petrus de la Roviere. CIƆIƆCXIX. fol.

[Editio ab illa anni 1609. fol. omnino diverſa, typis majoribus chartae albae inſcripta, uti oculorum inſpectio et ipſe paginarum numerus 271. aperte docet, quamvis ſecus *Jacobo Le Long*, *Reimmanno* aliisque viſum ſit. Pertinet ad Biblia hebraeo-latina C. I. Sect. III. §. IX. recenſita. Adſunt Libri Apocryphi, et Lucae Brügenſis Correctiones una cum indice rerum et ſententiarum, quamvis Titulus et V. et N. T. de hiſce taceat. Editio priori editioni anni 1609. fol. longe anteferenda x).

[VI.] Novum Teſtamentum graece cum vulgata interpretatione — ſubſtituta locum. Editio poſtrema multo quam antehac emendatior. Cum Praefatione ejusdem Ben. Ariae Montani — Aureliae Allobrogum apud Petrum de la Roviere. MDCXIX. 8.

Jacobus

s) *Le Long* p. 116. col. 1. A. Index Bibl. Wernigerod. p. 25.

t) Bibliotheca Gryphica Tom. 1. p. 188.

u) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 7. *J. M. Goetii* Verzeichnis p. 48.

x) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 10. p. 4.

Digitized by Google

Jacobus Le Long ſilentio hanc editionem praetermiſit. Iisdem vero typis majoribus exſcripta eſt, quibus editor in exprimenda hujus anni majori editione uſus eſt. Nomen urbis Aureliae Allobrogum a quibusdam exemplaribus abeſt. Editiones omnes, quas *Petrus de la Roviere*, ſive *Petrus Quercetanus*, ſive *Cepha Elon*, uti hebraice nominari voluit, parum habent, quo ſeſe oculis commendare poſſint; interim duae poſteriores longe priores poſt ſe relinquunt. Quod ad editionem Aurelianenſem et Colonienſem attinet, quas ſibi ſinxit *Hagemannus*, non eſt, quod multa de iis diſputemus. Fraudi ipſi fuerunt nomina *Colonia Allobrogum* et *Aurelia Allobrogum*, quibus urbs *Geneva* deſignatur. y) Edit. Genev. Rovierii et Stoerii.

* Novum Teſtamentum graece cum Vulgata interpretatione latina — percipi poſſit. Genevae ex typographia Jacobi Stoer. MDCXXVII. 8. z) [VII.]

[Jungimus hanc editionem praecedentibus, quia *Stoer Petri de la Roviere* ultimam ejus editionem ita recudi curavit, ut iisdem typis, uſus ſit, eademque ubique oeconomia, ut latina verſio graeci contextus lineis inſerta ſit. a)

§. VIII.

Editiones Genev. Criſpin. Edit. Genev. Criſpin.

* Novum Teſtamentum Graecum, cum vulgata interpretatione latina Contextus lineis inſerta. Quae quidem — ſubſtituta locum. Cum Praefatione ejusdem Ben. Ariae Montani — percipi poſſit. Apud Samuelem Criſpinum. MDCXII. 8. b) [I.]

* Novum Teſtamentum Graecum cum vulgata — percipi poſſit. Apud Samuelem Criſpinum. MDCXXII. 12. c) [II.]

[Editiones typis minuſculis exſcriptae. Latina inprimis interpretatio adeo exilibus typis eſt expreſſa, ut oculos maxime in legendo impediant. Recenſet hanc poſteriorem *Le Long*: ſed ita ut maxime diverſas apprime confundat editiones. Adſcribit hanc editionem *Thomae Wautrollerio*, qui vero non Genevenſium, ſed Londinenſium fuit typographus. Prodiit hoc anno editio N. T. graeci Londini edente *Richardo Whitackero* ex officina *Joh. Billii*, quam ſupra Sect. I. §. XLVIII. deſcripſimus. *Thomae Wautrollerii* editio vero jam A. 1587. in vulgus exiit, et itidem graeca eſt, ſine verſione latina. Genevenſium vero hujus anni editio eſt graeco-latina a *Samuele Criſpino* procurata.

§. IX.

Editiones Lipſienſ. et Francof. Edit. Lipſ. et Francof.

Novum Teſtamentum Graece cum verſione latina interlineari Ben. Ariae Montani. Lipſiae 1602. 8. [I.]

Recenſet editionem *Reimmannus* d); ſed quae de illa annotavit, de unaquaque praecedentium editionum vera ſunt. Nemo certe praeter *Reimmannum* hujus editionis mentionem fecit; quam et Cl. *Lorckius* adhuc quaerit.

Mm 2 * Novum

y) *Hagemanni* Nachrichten von den Ueberſetzungen der h. Schrift p. 136. Index Bibl. Wernigerod. p. 25.

z) *Le Long* p. 217. col. 2. B.

a) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 481.

b) *Le Long* p. 216. col. 1. C.

c) *Le Long* p. 216. col. 2. B. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 41. n. 93.

d) Catal. Biblioth. p. 238.

Digitized by Google

[II.] * Novum Teſtamentum Graecum cum vulgata interpretatione latina graeci contextus lineis inſerta. Quae quidem interpretatio — eſt ſubſtituta locum. Acceſſerunt et huic editioni Libri graece ſcripti — deprompta. Lipſiae impenſis Chriſtiani Kirchneri. Typis Joannis Wittigau. MDCLVII. fol.

[Editio magnifica et accurata, juſſu Johannis Georgii Saxoniae Ducis et Electoris procurata. Ad calcem N. T. accedit Index rerum et ſententiarum V. et N. T. et Chronologia S. ſcripturae. Conf. quae ſupra Cap. I. Sect. III. §. VIII. de Bibliis hebraeo-latinis annotavimus. e)

§. X.

Editio Lugdunenſis.

Edit. Lugdunenſ.

Novum Teſtamentum Graece. Cum vulgata interpretatione latina graeci contextus lineis inſerta. Quae quidem — eſt ſubſtituta locum. Editio poſtrema multo quam antehac emendatior. Cum praefatione ejuſdem Ben. Ariae Montani, — percipi poſſit. Lugduni. Veneunt apud Barthol. Vincentium CIↃ. IↃ XCIX. 8. maj. pp. 827.

Editio typis aliquantulum majuſculis, claris et diſtinctis expreſſa, praecedentibus omni ex parte ſimilis.

§. XI.

N. T. gr. cum quadrupl. Vulgata.

N. T. gr. c. quadrupl. Vulgata.

Novum Teſtamentum Domini noſtri Jeſu Chriſti Η καινη διαθηκη του κυριου ημων Ιησου Χριστου Ex Graeco in Latinum ad literam verſum et ſubjecta quadruplici editione vulgata, in uſum Theologiae Candidatorum accuratum. Pars I. Quatuor Jeſu Chriſti Evangelia continens. Viennae Auſtriae, anno a partu Virginis CIↃIↃCCXL. Typis Leopoldi Joannis Kaliwoda, Imperial. Aul. typogr. Pars II. Acta Apoſtolorum, Epiſtolas Pauli, Jacobi, Petri, Joannis, Judae, et Apocalypſim complectens. ibid eod. II Vol. 8. maj.

Editio ſatis nitida, quam *Ludovico Debiel* S. J. debemus. Ad normam editionis Antwerpienſis textus graecus expreſſus, et verſio latina lineis contextus graeci eſt inſerta. Quae vero ab editore praeſtita ſunt, ipſe in praefatione exponit: „Ariae Montani Regiam Antwerpienſem Editionem quidem typum habui, ad quem hanc meam efformarem; verum multis adeo locis ab eo recedere coegit id, quod profeſſus ſum literariae obſervantiae ſtudium, ut Ariae verſionem an dicere hanc aut poſſim, aut debeam, ignorem. — — Subjeci verſionem Vulgatam quadruplicem. Sixtinam, anno CIↃIↃXCII. Romae editam, Antwerpienſem, Joannis Moreti Plantinianis typis ad Romanum Sixtinum Exemplar ſeptimo ab ejus evulgatione anno ſummo ſtudio accuratam, Lovanienſium Theologorum latinam Graeco textui adjectam, publicatam Coloniae eodem, quo ipſa Sixtina prodiit anno, et Lugdunenſem, quae trigeſimo atque ſeptimo anno lucem, quam Romana, prius adſpexit. Ex his unam Sixtinam Editio-

e) De editione, quae Francofurti apud *Fridericum Knochium* prodiiſſe dicitur, conf. C. I. Sect. III. §. VIII.

Digitized by Google

Editionem ut authenticam, ut ab Eccleſia probatam receptamque reſpicies: reliquas, ut privatorum hominum, Doctorumque Lectiones varias, ſacrae eruditionis gratia pervolves.„ Optime editor lectoribus conſuluit, dum non Vulgatam editionem quater exſcribi curavit, ſed verba in verſione nova typis diſtinxit, et in ſubjectis notis varias editionum Vulgatae lectiones addidit. Diu Sixtinum Exemplar in caſſum quaeſivit, adeo ut opus inchoare coactus ſit, priusquam hoc Exemplar conſulere potuerit. Ne vero quidquam deſit, ſingulas Sixtinae Variantes, quae ab iis, quas textui ſubjecit, aliquantulum recedunt, ad voluminis ſecundi calcem ſubjecit. Accedunt binis tomulis binae ſacrae Geographiae tabulae, quarum prior loca in Evangeliis, poſterior loca in reliquis Novi Teſtamenti libris deſcripta repraeſentat. *f*) N. T. gr. c. quadrupl. Vulgata.

§. XII.
Editiones Leusdenianae.

Edit. Leusdenianae.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum cum verſione latina Ariae Montani, in quo tam ſelecti verſiculi 1900, quibus omnes Novi Teſtamenti voces continentur, Aſteriſcis notantur, tum omnes et ſingulae voces ſemel et ſaepius occurrentes peculiari nota diſtinguuntur. Auctore Joanne Leusden, Profeſſore. Amſtelodami ex officina Wetſteniana. MDCXCVIII. 8. *g*) [I.]

[Quae jam ſequuntur editiones, hactenus recenſitis quoad verſionem latinam, nimirum Vulgatam ab *Aria Montano* emendatam et textui graeco adaptatam, ſunt conformes: recedunt vero ab iis ratione textus graeci, qui non ad normam Complutenſis aut Plantinianarum editionum, ſed ad Elzevirianas eſt exſcriptus, ita ut textui recepto hic juncta deprehendatur verſio vulgata emendata. Praefatio editoris eſt bipartita. Prior ejus pars reſpicit editionem graeci textus, et in fronte editionis graecae hujus anni, ut et ſequentium editionum, legitur. Poſterior pars agit de hac editione graecolatina, ex qua ſequentia annotabimus. „Latinam addo hic verſionem Ariae Mon„tani, quae fere omnibus Chriſtianis, cujuscunque Profeſſionis, placet: nam eſt ad„ſtricta verbis, et verbotenus fere cum Textu graeco convenit. — Dices: multa „in verſione Ariae occurrunt, quae latinis auribus ſunt ingrata. Reſp. Arias id agens „ut textum graecum verbotenus redderet, et ſingulis vocibus graecis voces latinas ſu„perponeret, non potuit non ſaepiſſime Graeciſmos exprimere, latinis auribus ingra„tos, latinitate neglecta. Arias igitur hos conſiderans graeciſmos expreſſis verbis mo„net, ne aliquis verſionem ita interpolatam ſeparatim ſine contextu graeco in lucem „edat. — Nos ergo verſionem ejus interlinearem facientes collateralem, quali „modo ea nunquam eſt edita, non peccamus contra ejus intentionem.„ Editio nitida et accurata, ad quam inſequentes formatae ſunt.

Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum, cum verſione latina Ariae Montani, in quo tum — Auctore Johanne Leusden, Profeſſore. Amſtelaedami ex officina Wetſteniana. CIƆIƆCCXVII. 12. [II.]

Praecedenti editioni in omnibus eſt conformis, eandemque habet praefationem.

 Ἡ και-

f) Acta hiſtor. eccleſ. Vol. 7. p. 1056.
g) *Le Long* p. 221. col. 2. E. *Walchius* p. 43.

Digitized by Google

[III.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum cum Verſione latina Ariae Montani, in quo tam ſelecti verſiculi 1900 — peculiari nota diſtinguuntur. Auctore Joanne Leusden, Profeſſore. Gothae typis Henrici Heuſchii 1708. 12. [b])

[IV.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum cum Verſione latina Ariae Montani, in quo — peculiari nota diſtinguuntur. Auctore Joanne Leusden, Profeſſore. Accedit nova praefatio, et appendicis loco tabulae chronologicae et geographicae. Gothae, typis Henrici Heuſchii. 1710. 12. [i])

[V.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum cum verſione latina Ariae Montani. — Gothae, typis Henrici Heuſchii. 1712. 12. [k])

[VI.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum cum verſione latina Ariae Montani — — Auctore Joanne Leusden, Profeſſore. Lipſiae et Lubbenae apud Georgium Voſſium. Impreſſit Immanuel Titius 1722. 12. [l])

[VII.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum cum verſione latina Ariae Montani. — Auctore Johanne Leusden, Profeſſore. Lipſiae et Lubbenae apud Georgium Voſſium, impreſſit Immanuel Titius. MDCCXXVII. 12.

[VIII.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum cum verſione latina Ariae Montani — Auctore Joanne Leusden, Profeſſore. Lipſiae et Lubbenae apud Joh. Gottlob Voſſium. Impreſſit Jo. Chriſtian. Langenhemius. MDCCXXXVII. 12.

[IX.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum cum verſione latina Ariae Montani — — Auctore Johanne Leusden, Profeſſore Berolini et Lipſiae, apud Chr. Frider. Voſſium. Impreſſit Jo. Chriſtian. Langenhemius. MDCCLIII. 12.

[X.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum cum verſione latina Ariae Montani — — Auctore Johanne Leusden. Berolini et Lipſiae apud Chriſtianum Fridericum Voſſium MDCCLXI. 12.

Editiones quatuor poſteriores nitidae ſunt, et quotidiano uſui accommodatiſſimae. Tertia vero ob Chartae nitorem et typorum claritatem praecedentibus anteferenda eſt.

§. XIII.

Editio Witteberg.

Edit. Witteberg.

Novum Teſtamentum graecum ad probatiſſimorum codicum exempla ſumma diligentia recognitum, verſione latina Benedicti Ariae Montani donatum, chartarum ac typorum elegantia magnifice adornatum, capitum argumentis ac locis parallelis curatius inſtructum, notis pariter theologicis ac philologicis quoad difficiliores locos exquiſitius illuſtratum, vitioſa contra interpungendi ratione textum deturbante, qua codices vulgo premuntur, et mendis typographicis pro virili liberatum perpur-

b) Catal. Biblioth Baumgart. p. 78. n. 97.
i) *Le Long* p. 225. col. 2. B.
k) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 78. n. 100.
l) *Knochii* Nachrichten p. 516.

Digitized by Google

perpurgatumque a Chriſtiano Sigismundo Georgio, in Academia Witteb. Prof. Publ. Wittebergae ſumptibus Jo. Michaelis Teubneri. CIƆIƆCCXXXVII. 8. Edit. Witteberg.

Jam anno praecedenti graecum contextum variis annotationibus illuſtratum emiſerat editor, v. Sect. I. §. XCVIII. qui iteratae editioni *Ariae Montani* addidit textui ſacro ad latus verſionem. m)

§. XIV.

N. T. gr. c. Vulg. a Cathol. edit.

N. T. gr. c. Vulg. a Cathol. edit.

* Novum Teſtamentum graeco-latinum, ex vulgata editione latina a Theologis Lovanienſibus quam diligentiſſime recognita et emendata, quae contextui e regione oppoſita. Coloniae. Arnoldi Mylii. 1592. 8. n) [I.]

[Textus graecus ad Plantinianas formatus eſt. Vulgata vero hic offertur, uti ab *Hentenio* et dein a *Franciſco Luca* Brugenſi aliisque Lovanienſium Theologis recognita et emendata eſt: quae ab editionibus *Ariae Montani* variis in locis differt.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Jeſu Chriſti Domini noſtri Teſtamentum. Textui graeco conjuncta eſt verſio latina vulgata ſummorum Pontificum Sixti V. et Clementis VIII. autoritate edita et recognita. Quae ſunt hoc tomo praeſtita, docebit ſequens ad Lectorem epiſtola. Tomus tertius. Lutetiae Pariſiorum apud Nicolaum Buon, via Jacobaea ſub ſignis S. Claudii et Hominis Sylveſtris. MDCXXVIII. fol. o) [II.]

[Prodiit N. T. cujus textus graecus e probatis exemplaribus expreſſus eſt, una cum V. T. ex interpretatione Septuagintavirali, ſeu Bibliis graecis, quae juſſu Epiſcoporum in Comitiis generalibus *Johannes Morinus* evulgavit, cujus nomen in aliis exemplaribus in titulo eſt expreſſum, in aliis vero omiſſum.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Jeſu Chriſti Domini noſtri Teſtamentum — Pariſiis, Simonis Piget. MDCXLI. fol. p) [III.]

[Eadem eſt editio ac praecedens: integra enim Biblia graeca, novo titulo, omiſſo *Morini* nomine, hoc anno ornata ſunt.

* Novum Teſtamentum graece et latine ex verſione vulgata. Lugduni apud Viduam Antonii de Harſy. 1611. 2 Vol. 16. q) [IV.]

* Nov. Teſt. graece. V. Biblia latina cum Comment. Jacobi Gordoni. in Folio. Pariſiis Cramoiſy. 1632. r) [V.]

[Ita *le Long*. Reſpicit vero ad *Jacobi Gordoni* e S. J. Commentaria in ſacra Biblia ad ſenſum litteralem et explicationem temporum, locorum omnium, quae in ſacris litteris habent obſcuritatem, una cum Textu Biblico. Conf. quae ſupra Cap. I. Sect. III. §. LV. de hoc opere exegetico annotavimus.

* Novum

m) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 106. *Samlung v. A. u. N. A.* 1737. p. 87. Nova Acta Erudit. Supplem. Tom. 3. p. 59. *Walchius* p. 44. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 63.

n) *Le Long* p. 214. col. 2. D.

o) *Le Long* p. 217. col. 2. B. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 889. Biblioth. Solgeri Tom. 1. p. 4. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 291.

p) *Le Long* p. 193. col. 1. B.

q) *Le Long* p. 216. col. 1. B.

r) *Le Long* p. 217. col. 2. D.

Digitized by Google

[VI.] * Novum Teſtamentum Gr. et Lat. ex vulgata cum interpretatione vocum difficilium. Lugduni. Molin. 1673. 2 Vol. 12. *t*)

[Textus ad editionem *Henrici Stephani* formatus eſſe videtur: interpretatio vocum difficiliorum ad minimum ex ejus editione deſumpta eſt.

N. T. gr. c. Vulg. a Proteſt. ed.

§. XV.

N. T. gr. c. Vulg. a Proteſt. edit.

[I.] * Novum Teſtamentum gr. lat. Petri de la Roviere, Jac. Stoer, Jac. et Petri Chouet. Genevae 1609. 2 Vol. 16. *t*)

[Ita *Le Long*. Sed forma eſt duodecima. In Rubro voluminis ſecundi, quod Epiſtolas et Apocalypſin continet, tantummodo legitur: Genevae apud Jacobum Stoer. MDCIX. Paginae ſunt bipartitae. In priori volumine columna prima ſiſtit graecum textum, ſecunda verſionem vulgatam; in ſecundo vero volumine verſio primam, textus ſecundam occupat columnam.

[II.] * Ἅπαντα τὰ τῆς καινῆς διαθήκης. Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum. Graece et latine. Apud Jacobum Stoer. MDCXXV. 16. *u*)

[Textum ad Plantinianas referendum cenſeo; Verſio latina vero eſt ipſa Vulgata.

[III.] * Novum Teſtamentum graeco-latinum, cum notis Iſaaci Caſauboni et Henrici Stephani. Ex officina Pauli Stephani. 1617. 12. *x*)

[Ex eadem officina eodem anno prodiit editio N. T. graeca, cujus textus editionem anni 1587. ſequitur; cui hic teſte *Le Long* verſio latina adjecta eſt. Conf. Sect. I. §. XLVI.

[IV.] * Novum Teſtamentum graecum cum verſione latina vulgata, et nova Praefatione Adami Rechenbergii. Lipſiae 1709. 24. *y*)

De editionibus Rechenbergianis vid. Sect. I. §. LXXX.

§. XVI.

Quae in ſectione prima §. II cum textus ipſius ſacri potiſſimum haberemus rationem, ad primam N T graeci periodum ut editiones primae et cardinales relatae ſunt, editiones a *Deſiderio Eraſmo* Roterodamo, viro uti de omni eruditione, ſic et de Novo Teſtamento graeco optime merito, quinquies procuratae: eaedem jam vero, dum ad verſiones inprimis nobis reſpiciendum eſt, ſecundam editionum Novi Teſtamenti Graeco-latini conſtituunt claſſem. Quinque ſunt editiones cardinales, quas *Eraſmi* ipſius ſtudio, curae et vigiliis debemus; quae cum nulla earum accurate alteri reſpondeat, ſingulatim recenſendae ſunt. §. XVII - XX. Jungimus hiſce duplicem editionem in Operibus Eraſmi, quae accurate editionem quintam repraeſentat. §. XXI. Tanta autem Eraſmianae N. T. editio-

s) *Le Long* p. 220. col. 2. D.

t) *Le Long* p. 216. col. 1. A. Index Bibl. Wernigerod. p.

u) *Le Long* p. 217. col. 2. B. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 7. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 49.

x) *Le Long* p. 216. col 1. D.

y) *Le Long* p. 225. col. 2. A.

editiones inprimis in noſtra eccleſia invaluerunt auctoritate, ut omnium quam ſaepiſſime ſint recuſae. Ingens itaque et numerus editionum, quas ordine Alphabetico typographiarum recenſebimus. §. XXII. etc. Ab hiſce vero, quae omnes in eo conveniunt, ut et Textum et verſionem exhibeant, non ſine jure diſtinguitur unica editio, quam *Roberto Stephano* debemus, quae textum habet Stephanicum, duplicem vero verſionem, Eraſmianam et Vulgatam; quam itaque ſeorſim ultimo loco recenſendam eſſe judicavimus §. XXXII.

§. XVII.

Edit. Eraſmi I.

Edit. Eraſmi I.

Novum inſtrumentum omne, diligenter ab Eraſmo Roterodamo recognitum et emendatum, non ſolum ad graecam veritatem, verum etiam ad multorum utriusque linguae Codicum, eorumque veterum ſimul et emendatorum fidem, poſtremo ad probatiſſimorum autorum citationem, emendationem et interpretationem, praecipue Origenis, Chryſoſtomi, Cyrilli, Vulgarii, Hieronymi, Cypriani, Ambroſii, Hilarii, Auguſtini, una cum annotationibus, quae lectorem doceant, quid qua ratione mutatum ſit. Quisquis igitur amas veram Theologiam, lege, cognoſce, ac deinde judica. Neque ſtatim offendere, ſi quid mutatum offenderis, ſed expende, num in melius mutatum ſit. Apud inclytam Germaniae Baſileam. Cum Privilegio Maximiliani Caeſaris Auguſti, ne quis alius in Sacra Romani imperii ditione, intra quatuor annos excudat, aut ullibi excuſum importet. *Ad calcem:* Baſileae in aedibus Joannis Frobenii Hammelburgenſis. Menſe Februario Anno M. D. XVI. Regnante Imp. Caeſ. Maximiliano P. F. Auguſto. Fol.

Praefigitur Epiſtola Eraſmi Leoni X. nuncupata, et ejus apologia. *Ex hac Epiſtola:* Novum Teſtamentum univerſum ad Graecae originis fidem recognovimus, idque non temere nec levi opera, ſed adhibitis in conſilium compluribus utriusque linguae codicibus, nec iis ſane quibuslibet, ſed vetuſtiſſimis ſimul et emendatiſſimis. Et quoniam novimus in rebus ſacris religioſe quoque verſandum eſſe, nec hac contenti diligentia, per omnia veterum Theologorum ſcripta circumvolantes, ex horum citationibus atque expoſitionibus ſubodorati ſumus, quid quisque legiſſet, aut mutaſſet. Adjecimus annotationes noſtras, quae primum lectorem doceant, quid qua ratione fuerit immutatum, deinde ſi quid alioqui perplexum, ambiguum aut obſcurum, id explicent atque enodent. Poſtremo quae obſiſtant, quo minus proclive ſit in poſterum depravare, quod nos vix credendis vigiliis reſtituiſſemus.,,

Ex praefatione annotationum in Nov. Teſtamentum: Teſtamentum quod vocant novum, omni qua licuit diligentia, quaque decuit fide recognovimus, idque primum ad graecam veritatem, ad quam ceu fontem, ſi quid inciderit, confugere — — et ipſa Romanorum Pontificum decreta jubent; deinde ad fidem vetuſtiſſimorum Latinae Linguae Codicum, quorum duos exhibuit Joannes Coletus, Paulinae apud Londinum Eccleſiae Decanus, adeo priſcis literarum typis, ut mihi ab integro diſcenda lectio, et in noſcitandis elementis fuerit repueraſcendum. Tertium praebuit Illuſtr.

Edit. Eraſmi I.

Virgo Margareta, Caroli Caeſaris amita, cujus in hac editione tertia (*anni* 1522.) frequenter adduximus teſtimonium *aurei codicis* titulo, quod totus et auro ſit conveſtitus, et aureis literis pulchre deſcriptus. Mox aliquot mirae vetuſtatis exhibuit Burgis, ut antiquiſſimum, ita longe celeberrimum Collegium Divi Donatiani. Nam ante, codicem belle caſtigatum praebuerat Collegium Corſendonkenſe, praeter eos quos nobis eruditiſſimi Fratres Amerbachiani communicarant. Non igitur ad animi noſtri ſomnium emendavimus quaedam, ſed ad horum quos recenſui codicum fidem, aliorumque his ſimilium, quos non perinde refert memorare. Poſtremo ad probatiſſimorum omnium ſuffragiis auctorum vel citationem, vel emendationem, vel enarrationem, nempe Origenis, Chryſoſtomi, Hieronymi, Ambroſii, Hilarii, Auguſtini, Theophylacti, Bedae, quorum teſtimonia compluſculis locis in hoc adduximus. — — Hac in parte cum primum hoc opus ederemus, nonnihil adjuti ſumus opera ſubſidiaria viri trium peritia linguarum eminentis, Joannis Oecolampadii.

Quod ſane miror (*inquit ipſe Eraſmus* [a])) a nemine caſtigatorum hactenus animadverſum, quum id muneris in prima editione obierint Joannes Oecolampadius et Nicolaus Gerbelius, in quarta Sigismundus vir egregie doctus.„

Quibus haec placet aeditio (*vulgata inquit Eraſmus* [a])) quam ego nec damno nec muto, his ſua manet aeditio. Si quidem ea noſtra caſtigatione non laeditur ſed redditur illuſtrior, purior, emendatior. — — Illud auſim polliceri, quisquis hanc noſtram domi legerit, ſuam rectius intellecturus eſt. — — Jam ſi collatio tibi non ſatisfacit, ne continuo pronuncies. Conſule noſtras annotationes, quae forſan tibi vel autoritate teſtium, vel rationibus adductis ſatisfacient. Fit interim, ut diverſa ſit lectio, ſit, ut iisdem ex verbis complures ſenſus accipi poſſint. Nos primum unicam duntaxat lectionem proponimus. Nec enim aliter poteramus. Coeterum in annotamentis varias referimus, aut indicantes, quid nobis optimum videatur, aut tuo relinquentes arbitrio, quid ſequi malis. Sunt in quibus noſtra vulgata magis probatur aeditio, aut Ambroſiana lectio, quam Graeci codices. Et tamen conſentientibus omnibus Graecis exemplaribus, quoniam illa mutare non licuit, latina accommodavimus, ne non reſponderent, cum in hoc ipſum adderentur. Coeterum id in ſcholiis diſcutimus.„

Cum jam edendum eſſet opus (*ſc. N. T. inquit Eraſmus* [b])) inſtigarunt quidam ut vulgatam aeditionem mea vel correctione vel interpretatione mutarem. Ejus farcinulae acceſſionem, cum oppido quam levem eſſe, ducerem, longe graviſſimam ipſam comperi. Deinde perpellebant, ut annotationes adderem, aliquanto locupletiores. Jam protinus, ut ſcis, texenda omnia. Acceſſit et illud oneris, arbitrabar Baſileae haberi emendata exemplaria: Ea ſpes quoque feſellit, coactus ſum praecaſtigare codices quibus uſuri erant Typographi. Ad haec conducti erant duo probe docti, alter Juriſconſultus, (*Gerbelius*) alter Theologus, (*Oecolampadius*), etiam hebraice peritus, qui formis caſtigandis praeeſſent: at hi quoniam hujus laboris erant rudes, quod ſuſceperant, praeſtare non poterant, proinde neceſſe fuit extremam formarum, quas vocant,

z) Tom. IX. operum p. 801. ad collationes cujusdam Juvenis *Franciſci Titelmanni* Reſponſionis.

a) In Apologia ſua tertiae ſuae editioni N. T. praefixa.

b) Epiſt. lib. 1. Ep. 9.

cant, recognitionem in me recipere. Conficiebàtur ſimul et excudebatur opus, abſolvebatur ſingulis diebus ternio, ſic nunc vocant.„ Edit. Eraſmi I.

In Novo Teſtamento nihil aliud propoſueram c) quam inſtaurare veram lectionem, et addita luce diſcutere quaedam, ad quae videbam multos impingere. Neque quicquam mihi minus erat in animo, quam mutare vulgatam interpretationem: imo et veterem tranſlationem addidiſſem Graecis, quamvis diſſidentem, ni me docti quidam amici conſiliis improbis verius quam felicibus huc protruſiſſent reclamantem. — — Quum ederem primum Novum Teſtamentum, aderant aſſidue Capito et Oecolampadius, quorum uterque tum videbatur et vir pius et Theologus, utcumque res mutatae ſunt.„

Eraſmus (*inquit Millius* d)) inſtituta ſemel atque iterum Exemplarium N. T. (quae in priori recognitione quatuor, in poſteriori quinque ipſi obtigerant,) Graecorum inter ſe et eum mſſ. codicibus verſionis Vulgatae, Patrumque etiam monumentis collatione, (Epiſt. l. 12. Ep. 21.) textuque adeo ad mentem ipſius caſtigato, ad Editionem novi Foederis ſe accinxit Baſileae, circa Calendas Octobres anni 1513. (Epiſt. l. 8. Ep. 29.) Ibi ſuppetebant ipſi tria exemplaria codicum Evangeliorum, et alterum Actorum et Epiſtolarum Apoſtolicarum ſuppeditabat Monaſterium Praedicatorum Baſileae, Apocalypſeos exemplar Joannes Reuchlinus. — Ad finem certe perductum eſt opus, intra menſes fere quinque, teſte ipſo Eraſmo, (Epiſt. l. 1. Ep. 7.) unaque cum amplo annotationum corpore ipſi affixo in lucem prodiit poſtea menſe Februario 1516. Quid autem in hac editione tantopere praecipitata praeſtitum ſit, jam videbimus. In edendo N. T. haud aliter Eraſmo primum in animo erat, quam ut inſtauraret genuinam lectionem cum Graeci textus, tum et vulgatae verſionis. Nihil minus conſtitutum ipſi erat, quam mutare veterem translationem: imo vero hanc addidiſſem (*inquit*) Graecis quamvis diſſidentem, ni me docti quidam amici conſiliis improbis verius quam felicibus huc protruſiſſent reclamantem. Horum precibus devictus, vir alias conſultiſſimus pariter et doctiſſimus, e regione textus graeci poſuit verſionem a ſe perpetuo renovatam, latiniſque auribus, ſi placet, et Graeco, quem exhibebat, textui magis accommodatam. In Evangeliis unum fere ſecutus eſt exemplar, illud dico, quod ſuppeditavit ipſi Monaſterium Praedicatorum Baſileae — — In Actis Apoſtolorum et Epiſtolis Apoſtolicis codicis alterius ſupradicti uſuram nactus eſt, qui Praedicatorum Baſileae erat. — Exemplar mire caſtigatum eſſe ait et venerandae antiquitatis, ſexcentorum ſcilicet annorum. — — In Apocalypſi adornanda uno uſus eſt Reuchlini exemplari; in libri calce deerat clauſula. — — quum jam haud occurrebat alius codex, hunc Eraſmus e latina verſione in Graecum tranſtulit. In hac editione, quae omnium jam prima in vulgus prodiit, praeter menda, quibus ſcatet, typographica, lectiones jam olim notavimus vitioſas paulo amplius quingentas; ſimulque etiam puras et genuinas plus centum, pro quibus in poſterioribus Eraſmi editionibus, neſcio quo conſilio, repetitae ſint non bonae.„

Eraſmi tranſlatio e) omne punctum ſemper et apud omnes tulit; ita ut nihil in ea purgandum deprehenderit ſupremus Senatus generalis Inquiſitionis in Regno Hiſpaniarum. Hanc Eraſmi verſionem permittit ſub nomine auctoris damnati.„

 Quidam

c) Epiſt. lib. 19. Ep. 91.

d) Prolegom. in N. T. Gr. p. 111. 112.

e) *Laur. Beyerlink.* praef. in varias ſacr. Bibl. tranſlationes, Antwerpiae 1616. editas.

Digitized by Google

Edit. Eraſmi I. Quidam (*inquit Huetius f*)) intra Novi Teſtamenti cancellos interpretando induſtriam explicuerunt, quorum facile; meo judicio, princeps eſt Deſiderius Eraſmus: is ea facilitate hanc ornavit ſpartam, ut et verba verbis, et ſententias ſententiis, et ſaporem ſapore exaequaverit; et perſpicuitatem tamen cum dictionis caſtitate et nativo illo colore obtinuerit, quae ad integram Interpretis laudem unice requirebamus. Quin etiam ubi propter Latinae linguae indolem, quod uno Graeci, idem pluribus exponere verbis neceſſe habuit, aſcititia verba vario et inſigni charactere depingi curavit, quo fidei ſuae integritas palam extaret. Inde adeo Leoni X. Pont. Max. diplomate commendari meritus eſt hic ipſius labor.„

Eo tamen nomine ſugillatus eſt a multis, inter quos familiam duxit Petrus Sutor. Praeter hunc, (*ut ſcribit Kortholtus g*)) Eraſmi Novo Teſtamento ſe objecit Jacobus Lopes Stunica; cui cum Apologiam Eraſmus opponeret, liti huic immiſcere ſe coepit, praeſertim quod ad annotationes Eraſmianas attinet, Sanctius Caranza Theologus Complutenſis, editis pro Stunica vindiciis, quibus reſpondit Eraſmus. Inſurrexit porro in Eraſmum heic Eduardus Leus.„

Dum codices graecos, (*judicat Joh. Alb. Fabricius h*)) qui cum latino vulgato frequentius conſpirant, ſuſpectos habet Eraſmus, ac ſi a Concilii Florentini tempore ad latinos libros eſſent interpolati, non ſemper contigit optimas illi deligere lectiones, ut a Sepulveda in Epiſtolis, a Leo, et maxime a Stunica ſatis quidem acerbe, non tamen ſemper citra rationem ipſi fuit objectum.„

Hoc merito illi debetur, quod recentiorum omnium Interpretum N. T. accuratiſſimus habeatur i).

[Teſtimoniis et judiciis hiſce a *Jacobo Le Long* productis nonnulla, quae majori hujus editionis notitiae inſerviunt, addenda ſunt. Laudes et grates debentur omnino *Eraſmo Roterodamo k*), qui operam ſuam eo intendit, ut cum jam complura libri ſcripta cujusvis generis, et ſacra Veteris Teſtamenti oracula, a tempore inventae artis typographicae in vulgus producta ſint, tandem novum Foedus in lingua authentica legentibus traderetur. Prima merito ſalutatur N. T. editio graeca, quae quidem biennio poſt Complutenſem exſcripta eſt, attamen ſtatim publice expoſita; cum illa per aliquot annos occulta retineretur. Paginae primae verſae inſcripta eſt Johannis Frobenii Epiſtola, qua pio lectori ſ. d. qua ſtudium ſuum ut hoc volumen maxime emendatum in hominum manus emitteret, profitetur. Sequitur: 1) Epiſtola *Leoni* X. P. M. ab *Eraſmo* nuncupata: 2) *Eraſmi Roterodami* paracleſis ad lectorem; 3) Ejusdem Methodus; 4) Ejusdem Apologia; 5) Vitae quatuor Evangeliſtarum e Dorotheo, graece; 5) Textus graecus cum verſione nova ad latus: Accedunt denique annotationes, quibus praefationem praemiſit editor Baſileae 1515 datam; addita ad calcem *Johannis Oecolampadii* epiſtola, et nota temporis: „Baſileae in aedibus Joannis Frobenii „Hammelburgenſis Menſe Februario. Anno M.D.XVI.„ Subſidio fuere editori codices

f) Libr. 2. de interpretatione. §. 22.

g) De variis ſcripturae editionibus cap. 15. §. 27. 28.

h) Lib. 4. c. 5. p. 81. Bibliothecae graecae.

i) *Rich. Simon* cap. 21. hiſt. crit. verſion. N. T. p. 262. Hactenus *Le Long* p. 200. col. 2. A. — p. 202. col. 2. C.

k) Vitam ſuam ipſe deſcripſit *Eraſmus*, quam edidit *Anton. Thyſius* una cum aliquot Epiſtolis, Lugdun. Batav. 1649. 12. Addatur *Samuel Knight* vita Eraſmi anglice ſcripta, et a *Theod. Arnold* 1736. germanice edita. *Bayle* Wörterbuch Tom. 2. p. 408. *Freheri* theatr. vir. erud. p. 1443.

Digitized by Google

codices mſſ. quos *Millius* recenſet, ſed poſt eum *Wetſtenius* accuratius delineavit, ſub N. 1. 2. 3. 61. et 69. qui eos omnes, quia litteris minoribus et accentibus appoſitis ſunt exarati, ad Claſſem codicum juniorum refert. Duo vero ſunt, quae in *Eraſmo* reprehenduntur, primo quod nimis feſtinanter tantum ſuſceptum negotium geſſerit, ſecundo vero non ubivis genuinas et optimas lectiones delegerit. Primum omnino verum, et multis a *Wetſtenio* ex Epiſtolis Eraſmi accumulatis teſtimoniis comprobatum. Et quamvis *Millius*, *Eraſmum* ſeſe jam anno 1513. ad edendum N. T. accinxiſſe contendat; anni tamen notam errorem involvere, et 1515 legendum eſſe, exinde liquet, tum quia Epiſtola ad *Ammonium*, ad quam provocat, varias anni 1515 eventus enarrat, et ipſe *Eraſmus* non niſi poſt mediam partem Anni 1514. exactam Baſileam rediit. Sed idem ipſum minime *Eraſmo* vitio eſt vertendum, cum ſine dubio id urgeret opus Typographus, cui, quid in Hiſpania moliretur, non omnino ignotum fuit. Quod ad alterum attinet, felicior procul dubio fuiſſet *Eraſmus*, ſi noſtris temporibus vixiſſet, et iisdem ſubſidiis criticis, ac hodierni ejus cenſores, ſuffulcitus fuiſſet. Ad locum 1 Joh. V, 7. annotavit *Jacobus Le Long*: „In hac editione „ſicut in ſecunda Eraſmi, anni 1519. in Bibliis Venetis a. 1518. in Hagenoenſi a. „1521. in Argentoratenſi a. 1524. et in Pariſienſi apud Sim. Colinaeum a. 1534. „deeſt pericope Epiſtolae Joh. 1. cap. 5. verſ. 7.„ Quibus et altera Argentoratenſis anni 1534. adjungi poteſt. Nec temere et ſine fundamento locum iſtum omiſit *Eraſmus*, ſic enim in Annotationibus ad locum: *Tres ſunt qui Teſtimonium dant in Coelo) In graeco codice tantum hoc reperio de teſtimonio triplici:* ὅτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα. i. *quoniam tres ſunt qui teſtificantur, Spiritus et aqua et ſanguis. Et hi tres unum ſunt). Hi redundat. Neque eſt, unum, ſed in unum*, εἰς τὸ αὐτό. i. *ſive in idem.* Idem quoque obſervandum eſt de loco Marc. XI, 26. qui diu ab Eraſmicis abfuit editionibus; ubi editor annotavit: *Haec in graecis codicibus non adduntur.* Lites denique, quae *Eraſmo* a variis motae ſunt, quantum ad hiſtoriam harum editionum faciunt, infra recenſebimus [l]).

Edit. Eraſmi I.

Edit. Eraſmi II.

Edit. Eraſmi II.

• Novum Teſtamentum omne, multo quam antehac diligentius ab Eraſmo Roterodamo recognitum, emendatum ac translatum, non ſolum ad graecam veritatem, verum etiam ad multorum utriusque linguae codicum, eorumque veterum ſimul et emendatorum fidem; poſtremo ad probatiſſimorum autorum citationem, emendationem et interpretationem, praecipue Origenis, Athanaſii, Nazianzeni, Chryſoſtomi, Cyrilli, Theophylacti, Hieronymi, Cypriani, Ambroſii, Hilarii, Auguſtini, una cum annotationibus recognitis, ac magna acceſſione locupletatis, quae lectorem doceant, quid qua ratione mutatum ſit. Quisquis igitur amas veram Theologiam, lege, cognoſce, ac deinde judica. Neque ſtatim offendere, ſi quid mutatum offenderis, ſed expende, num in melius mutatum ſit. Nam morbus

l) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 6. p. 189. *Knochii* Nachrichten p. 243. *Pritii* introductio p. 391. *Michaelis* Einleitung Tom. 1. p. 692. *Wetſtenii* prolegom. p. 241. etc. 318. *Walchius* p. 37. *Vogtii* catal. libr. rar. p. 262. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 10. Index Bibl. Wernigerod. p. 20. *Palmii* deſignat. codic. p. 34. *H. von der Hardt* hiſt. litterar. reformat. p. 33. 101. *Maittaire* annal. Tom. 2. Part. 2. p. 276. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 20.

Edit. Eraſmi II.

bus eſt, non judicium, damnare quod non inſpexeris. Salvo ubique et illabefacto eccleſiae judicio. Addita ſunt in ſingulas Apoſtolorum Epiſtolas Argumenta per Eraſmum Rot. *Ad calcem:* Baſileae in aedibus Joannis Frobenii, Anno ſalutis humanae M. D. XIX. menſe Martio. Fol.

Praefigitur diploma Leonis X. Pont. Max. Dilecto Filio Eraſmo Roterodamo, ſacrae Theologiae Profeſſori, Leo Papa X. Dilecte Fili, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Valde nos delectarunt lucubrationes tuae in Teſtamentum Novum jam pridem aeditae, non tam quia noſtro nomini dicatae fuerant, quam quod non vulgari ſed nova et inſigni quadam eruditione praeſtabant omniumque doctorum calculo plurimum laudabantur. Quas nuper a te recognitas et pluribus additis notationibus locupletatas illuſtratasque fuiſſe certiores facti, non mediocriter gaviſi ſumus, ex prima illa aeditione, quae abſolutiſſima videbatur, conjecturam facientes, qualis haec futura, quantumque boni S. Theologiae ſtudioſis ac orthodoxae fidei noſtrae ſit allatura. Macte igitur iſtius animi tui eſto, ac publicae utilitati ſtudens, operi tam ſancto, ut in lucem exeat, ſedulo invigila, dignam quidem tot laborum mercedem ab ipſo Deo relaturus; a nobis vero meritam commendationem et cunctis Chriſti fidelibus perpetuam laudem conſecuturus. Datum Romae apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 10. Septembris 1518. Pontificatus noſtri anno ſexto. „

Textum ipſum hujus editionis ſecundae quod attinet, (*inquit Millius* m) eſt quidem is prioris editionis altero illo longe emaculatior et caſtigatior. Veram et genuinam lectionem in priori depravatam locis amplius 330 reſtituit; ſed ab ea receſſit locis circiter 70. in lectiones interpolatas et minime probandas. Editio prior, ut et haec utcumque et magno ſtudio elaborata. n)

[*Eraſmus* ex itinere in Belgium et inde in Angliam redux ſecunda vice Novum Teſtamentum recognovit et emendavit. Digna ſunt, quae ad Calcem operis addidit *Joh. Frobenius*, ut hic legantur: „ — — nos operam dedimus ut caſtigatior et nitidior in lucem prodiret, ac quantum ad nos etiam attinet, priorem longe vinceret. Sed enim fuit illi ſoli quidquid laboris erat exhauriendum: inſpiciendi veterum interpretum codices; exemplaria graeca conferenda, annotanda multa, mutanda quaedam, adjicienda plurima, videndum quid hic ſecutus, ecur ab aliis ille diſſentiret: ad ſingulas denique ſyllabas fere ſubſiſtendum et in minutiis haeſitandum. Qui labor tantum habet moleſtiae, tantum taedii, ut nullum ſit ingenium etc. „ Adfuerunt Typographo fratres *Amorbacchii Bruno* et *Baſilius;* et *Jacobus Nepos*, viri doctiſſimi, qui memorabilem in opere caſtigando diligentiam oſtenderunt. Pagina prima verſa exhibet Diploma Pontificis, *Leonis* X. quod editori *Antonius Puccius*, Legatus in Helvetia, a quo id per litteras Baſileae die 26. Auguſti 1518. datas petierat, procuravit. o) Excipit illud 1) Epiſtola nuncupatoria primae editionis. 2) Eraſmi Roterodami

m) Proleg. in N. T. p. 114.

n) p. 203. col. 1.

o) Nonnulla ex hac ad *Puccium* epiſtola excerpta inſeruit *J. G. Schelhornius* amoenit. litt. Tom. 1. p. 230. Quem in finem *Eraſmus* pontificale diploma tum quaeſierit, tum et huic editioni praemiſerit, e figuris ligno inciſis diplomati ſubjectis, et quibus nota adjecta eſt: *Apelles olim hujusmodi pictura Calumniam ultus eſt*, dijudicari poteſt. Laudes vero, quas infallibilis Pontifex Romanus Eraſmo canit, minime conſonant cum titulo *Auctoris damnati*, quo a Cenſoribus R. E. ornatus eſt *Eraſmus*. Jam in Indice Expur-

dami paracleſis ad lectorem pium. 3) Ejusdem ratio ſeu compendium verae theologiae, quo tractatu 49. paginarum, copioſius explicantur, quae in priori editione in *Methodo* brevius recenſita erant. 4) Ejusdem Apologia. Accedunt de hac poſteriori editione: 5) Capita argumentorum contra moroſos quosdam ae indoetos. 6) Soloeciſmi per interpretem admiſſi, manifeſtarii et inexcuſabiles, e plurimis pauci decerpti. 7) Loca obſcura, et in quibus lapſi ſint magni nominis interpretes; ex innumeris pauca decerpta, ut ſit ad manum quod objiciatur eis, qui dicunt ſuperfuiſſe, quod noſtris annotationibus foret explicandum. 8) Loca manifeſte depravata, ſed ex infinitis, ut occurrebant, pauca decerpta. 9) Ad placandos eos, qui putant in ſacris libris nihil neque ſupereſſe neque deeſſe, q[illegible]m excerpſimus, quae manifeſtius depravata ſunt in hoc genere, quam ut negari poſſit. 10) Quae ſint addita in noſtris exemplaribus. 11) Quae per interpretem commiſſa. 12) Ubi interpres auſus ſit aliquid immutare de verbis Apoſtolorum aut Evangeliſtarum: quibus tractationum capitibus Eraſmus ſibi conatibusque ſuis apologiam parare ſtuduit, carpendo vero Vulgatum interpretem aliorum animos in ſe concitavit. 13) Symbolum Nicenum. 14) *Ὑποθεσις κανονων της των ἐυαγγελιςων συμφωνιας*, una cum *Euſebii* epiſtola ad *Carpianum*, graece. 15) Ordo ſeu numerus librorum Novi Teſtamenti. 16) Hieronymi vitae quatuor Evangeliſtarum, ſubjectis cuique biographiae veteribus capitulis ſeu ſectionibus cujuslibet Evangelii. Singulis Evangeliſtis vita ſecundum *Sophronium*, et Argumentum ſecundum *Theophylactum*, Actis Apoſtolorum itinerarium et martyrium *Pauli*, omnia graece; Epiſtolis apoſtolicis *ὑποθεσις* graece, et argumentum latine praemittitur, exceptis Epiſtolis Johannis ſecunda et tertia, ubi ſola *ὑποθεσις* adjecta eſt; Apocalypſi vero neque *ὑποθεσιν* neque argumentum addidit. Textus ad latus habet verſionem latinam et ad marginem Canones Euſebianos, notatis ſimul in margine capitum numeris. Accedunt denique: Deſ. Eraſmi Roterodami in Novum Teſtamentum ab eodem denuo recognitum, Annotationes ingenti nuper acceſſione per autorem locupletatae. Baſileae anno M.D.XIX. Deſiderantur in hac editione eadem loca, quae ſupra ad primam editionem adnotavimus. r)

Edit. Eraſmi II.

Edit.

Expurgatorio *Gaſp. Quirogae*, Madritti 1584. evulgato, multa in Annotationibus et in paraphraſibus expurganda recenſentur. In Indice librorum prohibitorum Pii IV. et Sixti V. prohibentur ejus opera, in quibus de religione tractat, quamdiu a facultate Theologica Pariſienſi vel Lovanienſi expurgata non fuerint. In Indice *Sotomajoris* dilectus ille *Leonis* X. filius inter auctores damnatos primae claſſis numeratur, cum mandato: *In prima omnium operum inſcriptione, poſt illud:* Eraſmi Roterodami, *adde:* auctoris damnati. v. p. 256. Ad marginem Epiſtolae Leonis Papae X. adſcribendum eſt: *Dulcibus encomiis pius Pater nutantem ovem allicere conatur.* v. p. 288. Idem ex Indice *Bernardi de Sandoval* et *Roxas* annotavit *Schelbornius* amoenit. litt. tom. 8. p. 355.

p) *Nachrichten von einer halliſch. Biblioth.* Vol. 1. p. 379. *Knochii* Nachrichten p. 264. *J. A. Fabricii* Biblioth. graec. Vol. 3. p. 185. *Pritii* introduct. p. 392. *Wetſtenii* proleg. l. c. *J. D. Michaelis* Einleitung Tom. 1. p. 692. *J. G. Schelbornii* amoenit. litter. Tom. 1. p. 222. *Mylii* memorab. Biblioth. Jenenſ. p. 279. *Hirſchii* millenar. 3. p. 17. *Palmii* deſignat. codic. p. 40. *Walchius* p. 37. *Vogtii* Catal. libr. rar. p. 262. *Maittaire* annal. Tom. 2. Part. 1. p. 327. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 21. Index Biblior. Wernigerod. p. 21.

Digitized by Google

Edit. Eraſmi III.

Edit. Eraſmi III.

* Novum Teſtamentum omne, tertio jam diligentius ab Eraſmo Roterodamo recognitum, non ſolum ad graecam veritatem, verum etiam ad multorum utriusque linguae codicum, eorumque veterum ſimul et emendatorum fidem, poſtremo ad probatiſſimorum autorum citationem et interpretationem, una cum annotationibus recognitis, ac magna acceſſione locupletatis, quae lectorem doceant, quid qua ratione mutatum ſit. Quisquis igitur amas veram — — eccleſiae judicio. Addita ſunt in ſingulas Apoſtolorum Epiſtolas, Argumenta per eundem. *Ad calcem:* Finis Novi Teſtamenti totius ad graecam veritatem, vetuſtiſſimorumque codicum latinorum fidem et ad probatiſſimorum autorum citationem et interpretationem jam tertio accurate recogniti, opera ſtudioque Des. Eraſmi Roterodami, Theologiae Profeſſoris. Anno M. D. XXII. fol.

Ex capitibus argumentorum adverſus moroſos quosdam: Nec ideo hanc poſteriorem aeditionem immenſis ſudoribus paravimus, quod priori diffideremus, ſed opus quod tum pro virili, proque temporis ſpatio, quam fieri potuit, optimum dedimus, nunc emendatius multo, multoque locupletius damus. „ q)

Idem Eraſmus: r) Aggreſſus Novum Teſtamentum, in quo decreveram adeo verborum parcus eſſe, ut ſtatuerim ſingula loca tribus verbis annotare, praeſertim cum Laurentii (Vallae) caſtigationem jam edidiſſem, qui mihi verboſior quam pro re videbatur. Caeterum ubi jam accinctus eſſet Frobenius ad excudendum, perpulerunt amici docti, quibus aliquoties obſequentior ſum quam expedit, ut mutarem etiam aeditionem vulgatam et in annotationibus eſſem aliquanto copioſior. — non credendis laboribus totum opus retexuimus ac rurſum officinae tradidimus. Rurſum tertio manum admovimus, magnaque cura locupletavimus anno 1522. quae quidem hactenus fuit nobis aeditio noviſſima. Quartam habemus paratam, quod dum Paraphraſes ſcriberemus, multa deprehendimus, quae prius fefellerant. „

Textum hujus editionis quod attinet, s) obſervandum eſt inprimis majorem in dies accreviſſe Editori Exemplarium copiam, de quorum tamen numero, indole, caeterisque circumſtantiis altum hic ſilentium. Extant in hac editione ad marginem graeci textus lectiones variantes circiter 19. e quibus pars maxima ex Aldina editione deſumpta eſt, reliquae ex libris MSS. qui Eraſmo fuerunt ad manum. Editio haec tertia ſecundam per omnia fere ſequitur; ita quidem ut ab ea per univerſum N. T. haud recedat, quod video, niſi in locis circiter 118, in lectionibus quidem 36. ad fidem textus Aldini, in reliquis ex auctoritate MSS. codicum, quos compararat, aut quovis modo inſpexerat. Eſt priori altera nonnihil expurgatior, et quidem ſunt in hac

q) Refert *Le Long* hanc Eraſmi aſſertionem ad hancce tertiam editionem; ipſe vero non niſi de ſecunda loquitur, cui primo argumenta contra moroſos quosdam atque indoctos addita ſunt.

r) In catalogo operum ab ipſo recenſitorum anno 1524. confecto. [Jam anno 1523. *Eraſmus*, verens ne ſibi aliorum ſcripta adſcriberentur, edidit Catalogum omnium Eraſmi Roterodami Lucubrationum, ipſo Auctore, Baſileae 1523. 8. qui eodem anno jam menſe Majo, Lovanii apud *Theodoricum Martinum* Aloſtenſem in 8. recuſus eſt. Hinc jam ad finem anni 1522. Eraſmum hunc catalogum conſcripſiſſe liquet.

s) Sunt verba *Joh. Millii* prolegom. p. 114.

Digitized by Google

haec lectiones purae et germanae aliquot, pro quibus aliae repoſitae ſunt in poſterioribus Frobenianis. Denique et illud notandum, in hac jam primum repertam eſſe Pericopen de triplici teſtimonio Patris, Filii et Spiritus Sancti 1 Joan. 5, 7. quam repoſuit ex codice, quem vocat, Britannico. „ Ed. Eraſmi III.

De hoc Codice haec habet Eraſmus in Annot. ad hunc locum: „Repertus eſt apud Anglos codex unus, in quo habetur, quod in vulgatis deeſt. — — Ex hoc igitur codice Britannico repoſuimus, quod in noſtris dicebatur deeſſe, ne cui ſit anſa calumniandi. Tametſi ſuſpicor, illum ad noſtros eſſe correctum. „ Anno ſuperiori jam in editione latina N. T. minori hunc locum ipſe Eraſmus reſtituerat. *t*)

[Praemittitur iterum pagina prima verſa *Leonis* X. diploma, quod hic ornamentis cinctum eſt, quae vitam aulicam repraeſentant. Cum haec editio tertia ſecundae quam proxime accedit, eadem praemiſſa leguntur, quae §. praecedenti ſub n. 1 - 16. recenſuimus, excepto tertio; ratio enim ſeu Compendium verae Theologiae ab hac editione, ſicut ab inſequentibus, abeſt. Libris ſacris eadem praemittuntur, quae in praecedenti, textusque graecus eodem modo eſt exſcriptus, ut ſemper occupet primam cujusvis paginae columnam. Accedunt denique Annotationes: Deſiderii Eraſmi Roterodami in novum Teſtamentum ab eodem tertio recognitum. Annotationes item ab ipſo recognitae et auctario neutiquam poenitendo locupletatae. Apud inclytam Rauracorum Baſilaeam. Anno M. D. XXII. fol. Pericopen Johanneam Eraſmum in hac editione reſtituiſſe omnino certum eſt. Fallitur vero *Jacobus Le Long* in eo, quod id jam anno ſuperiori ab Eraſmo factum eſſe adſerat. Exiit quidem anno 1521. *Eraſmi* N. T. latinum, ſed eam editionem neque *Eraſmus*, neque *Frobenius*, ſed *Andreas Cartander*, ſeu *Cratander* procuravit, a qua dictum Johanneum, quoque abeſt. Ex tertia vero editione *Eraſmi*, latina verſio ſola exſcripta eſt A. 1522. *Baſileae* apud *Joh. Frobenium* 8, *Coloniae* apud *Eucharium Cervicornum* fol. et A. 1523. *Moguntiae* apud *Joh. Schoeffer* 8, et *Colmariae* apud *Amandum Farckall*, 8, in quibus dictum illud expreſſum eſt. *u*)

Edit. Eraſmi IV. Ed. Eraſmi IV.

* Joannes Frobenius candido Lectori. S. D. En Novum Teſtamentum ex Eraſmi Roterodami recognitione, jam quartum damus ſtudioſe lector, adjecta vulgata translatione, quo protinus ipſis oculis conferre poſſis, quid conveniat, quid diſſideat. Hic non ſine gravi tedio noſtro, tibi tedium ademimus. Adjecta eſt Pauli pergrinatio latina, cum praefatione Chryſoſtomi, in omnes epiſtolas Pauli. In annotationibus praeterquam quod autor exactiora reddidit omnia, magnam acceſſionem adjunxit

t) Haec *Le Long* p. 203. col. 2. C. — p. 204. col. 1. D.

u) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 6. p. 193. *Knochii* Nachrichten p. 323. *Joh. Alb. Fabricius* l. c. *Pritii* introduct. p. 392. *J. D. Michaelis* Einleitung Tom. 1. p. 692. *Mylii* memorab. biblioth. Jenenſ. p. 279. *Walchius* l. c. *Maittaire* annales Tom. 2. Part. 2. p. 621. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 23. Index bibl. Wernigerod. p. 21. Quae de editione N. T. graeci Eraſmiani Wittebergae 1522. excuſa refert Le Long p. 204. col. 1. D. ea cum vero non conſentire, infra §. XXXI. demonſtrabimus, ubi de Wittebergenſium Editionibus agendum erit.

Ed. Eraſmi IV. junxit ex Graecorum voluminibus éque vetuſtiſſimis exemplaribus Latinis, quae nuper eſt nactus. Cujus in recognoſcendo ſummam diligentiam, nos in excudendo ſumus imitati. Si proxima aeditio ſatisfecit, fateberis hic Frobenium a Frobenio ſuperatum. Acceſſit et locorum annotatu dignorum index non aſpernandus. Fruere, noſtrisque conatibus fave. Baſileae anno M.D.XXVII. *Ad calcem:* Baſileae in aedibus Jo. Frobenii M.D.XXVII. Menſe Martio. Fol.

Laurentius Valla (*inquit Eraſmus* [x]) ſeptem bonae fidei codices ſe ſecutum fuiſſe teſtatur. Nos in prima recognitione quatuor graecis adjuti ſumus, in ſecunda quinque; in tertia praeter alia acceſſit aeditio Aſulana (*ſeu Veneta an.* 1518.); in hac quarta praeſto fuit et Hiſpanienſis (*ſive Complutenſis Ximenii*). Deinde conſultis tum pervetuſtis tum emendatis aliquot latinae linguae voluminibus; nec hoc contenti, diſcuſſis et exploratis probatiſſimis autoribus, non oſcitanter obſervavimus, quid citarint, quid legerint, quid interpretentur. Atque hiſce rebus omnibus, qua licuit vigilia, certe ſumma fide collatis ac penſitatis, quod optimum judicavimus, ſecuti ſumus, et hac lege in medium contulimus, ut nihilo ſecius ſuo quisque judicio frueretur.„

Scito, [y]) exemplaria Graeca, quae tu ſecutus es in Novo Teſtamento, pleriſque mendis eſſe depravata, jam ſingulis verbis, jam ſolidis orationibus ſublatis, aut viciſſim redundantibus. Quod factum eſſe reor culpa Librariorum, quibus errandi occaſionem praebuerint ſcholia quaedam importune, ut ſaepe ſolet, a quibusdam ſtudioſis in librorum margine adſcripta.„

Ad textum graecum quod ſpectat (*inquit Millius* [z]) profitetur alicubi editor, eum fere in omnibus conſentire cum Complutenſi iſto, quem ad exemplar e Bibliotheca Vaticana ſuppeditatum a Leone X. exprimendum curarat Ximenius. Extant ad marginem textus graeci praeter lectiones variantes ex editione priori traductas, aliae quaedam ſumptae ex editione hiſpanica. Et quidem licet editio haec in plurimis expreſſa ſit ad tertiam Eraſmicam; tamen cum Editori jam tandem ſuppeteret Exemplar Complutenſe, e re viſum fuit, in haud paucis a tertia iſta deflectere, locis 106., locoque complurium ejus lectionum reponere alias ad fidem editionis hujus nobiliſſimae. [a])

[Jam anno 1523. meditabatur editor quartam editionem, quae tamen usque ad annum 1527. retenta fuit. Non omnia quae prioribus editionibus praemiſſa leguntur, hic iterum exhibentur. Diploma Leonis X, eundem ut in antecedentibus occupat locum. Sequitur 1) Epiſtola Leoni X. nuncupata omnibus editionibus praemiſſa; ad cujus calcem Eraſmus notavit: *Paraclęſim, quoniam toties excuſa nusquam non circumfertur, viſum eſt hic omittere.* Sequitur 2) Apologia, quae exceptis perpaucis locis hic illic mutatis, omnino eadem eſt. 3) De hac poſtrema aeditione: capita argumentorum contra moroſos quosdam ac indoctos. 4) Symbolum Nicenum; 5) Canones Euſebiani, et reliqua, quae ad editionem ſecundam recenſuimus. Textus graecus

x) In apologia ſua quartae editioni et ſequentibus praefixa

y) Joannes Geneſius Sepulveda ex epiſt. 3. lib. 1. Epiſt. ad Deſid. Eraſmum an. 1533.

z) p. 114. Prolegom. in N. T.

a) *Le Long* p. 204. col. 2. C. – p. 205. col. 1. C.

graecus typis exſcriptus eſt, quorum forma aliquantulum ab iis recedit, quibus Frobenius hactenus uſus erat. Singulae paginae in tres diſpartitae ſunt columnas, quarum prima textum, ſecunda *Eraſmi* verſionem, tertia Vulgatam ſiſtit verſionem, quo magis in promptu ſit lectori collatio. Annotationes eodem quoque anno quartum recognitae prodiere: *Deſ. Eraſmi Roterodami* in novum Teſtamentum annotationes, ab ipſo autore jam quartum recognitae, et ex graecis codicibus, quos poſtea nactus eſt, auctario neutiquam poenitendo locupletatae. Apud inclytam Rauracorum Baſileam. An. M. D. XXVII. fol. Quae vero ab initio hujus editionis ejecerat tractatus, nimirum: Soloeciſmi etc. loca obſcura etc. loca manifeſte depravata etc. ad placandos eos etc. quae ſunt addita etc. quae per interpretem commiſſa etc. et ubi interpres auſus ſit etc. de quibus ſupra §. XVII. egimus, non plane ab hac editione abeſſe voluit, ſed ad calcem voluminis annotationum rejecit. [b]) Ed. Eraſmi IV.

Edit. Eraſmi V. Ed. Eraſmi V.

* **Novum Teſtamentum jam quintum accuratiſſima cura recognitum a Deſ. Eraſmo Roter. cum Annotationibus ejusdem ita locupletatis, ut propemodum opus novum videri poſſit. — — Baſileae. Anno MDXXXV. Cum privilegio Caeſareae Majeſtatis in annos quatuor. *Ad calcem:* Baſileae apud Hieronymum Frobenium et Nicolaum Epiſcopium. Anno MDXXXV. menſe Martio. Fol.**

Textus Graecus priori (*i. e. editioni quartae*) per totum adeo plane ſimilis eſt, ut ab eo non recedat, quod viderim, niſi quatuor in locis duntaxat, in quibus quidem ipſis lectionem exhibet veram et genuinam. [c])

[Senex Eraſmus fere ſeptuagenarius mortique vicinus, quae ipſum anno ſequenti ad aeterna evocavit, ultimam hancce, quam diu meditatus erat, procuravit editionem, quae praecidenti ſat accurate reſpondet. Praemittuntur Diploma Leonis, Epiſtola nuncupatoria, et Apologia immutata, ex praecedenti editione; De duabus poſtremis aeditionibus quarta et quinta, ſeu illa priorum editionum capita argumentorum contra moroſos quosdam ac indoctos multis ſectionibus adaucta, in quibus apologiam agit pro minus honorifica veteris interpretis tractatione. Sequuntur Canones Euſebiani et reliqua prioribus editionibus praemiſſa. Pagina in duas diſpartita columnas, in priori ſiſtit textum graecum, in ſecunda verſionem *Eraſmi*. Additae Annotationes ita ſunt locupletatae, ut novum opus videri poſſit. Multa olim acerbius dicta hic ſunt mitigata, et ut remiſſiorem oſtenderet animum, eas omnes, quas in ſuperiori editione appendicis loco adjecerat, cenſuras Soloeciſmorum aliorumque a Veteri interprete commiſſorum, ab hac editione penitus abeſſe voluit [d]). Quinque ſunt itaque Novi foederis editiones, quas *Deſiderio Eraſmo* Roterodamo debemus, quarum ſingulae novis curis procuratae ſunt. Superſunt adhuc duae editiones, quae

eidem

b) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 6. p. 196. *Knochii* Nachrichten p. 353. *Pritius* p. 392. *Wetſtenius* l. c. *Michaelis* Einleitung Tom 1. p. 692. *Joh. Alb. Fabricius* l. c. p. 185. Catalog. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 10. *Maittaire* annal. Tom. 2. Part. 2. p. 683. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 24.

c) *Joh. Millius* proleg. p. 116. *Le Long* p. 205. col. 2. E.

d) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 95. *Knochii* Nachrichten p. 359. *Joh. Alb. Fabricius* p. 185. *Pritius* p. 392. *Michaelis* p. 692. *Wetſtenius* p. 320. *Walchius* p. 38. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 24.

Ed. Eraſmi V. eidem *Eraſmo* vindicandae ſunt, quamvis non ab ipſo, ſed ab aliis emiſſae ſint, ſed antequam illas recenſemus, de controverſiis *Eraſmo* motis nonnulla monenda ſunt *e*).

§. XVIII.

Ed. iteratae. *Edit. iteratae.*

[I.] * Novum Teſtamentum jam quintum ac poſtremum accuratiſſima cura recognitum ab Eraſmo Roterodamo, cum annotationibus ejusdem ita locupletatis, ut propemodum novum opus videri poſſit. Baſileae, Hieronymi Frobenii et Nicolai Epiſcopii 1540. (1541.) fol. *f*).

[Quarto, poſtquam *Eraſmus* ex hac vita evocatus erat, anno *Beatus Rhenanus* ſingula ejus ſcripta ſtudioſe collecta Baſileae in IX. Voluminibus evulgavit. Tomo ſexto exhibetur Novum Teſtamentum graecum, cum verſione et annotationibus ad calcem N. T. rejectis, cum nota anni 1539. ad calcem. Repraeſentat haec editio accurate quintam et ultimam; hinc et ad calcem Annotationum eaedem in Veterem Interpretem cenſurae deſiderantur. Acceſſit vero Index rerum et Verborum ſat copioſus. *g*)

[II.] * Novum Teſtamentum graecum cum verſione latina Eraſmi graeco textui e regione adjecta, additis commatum numeris: Annotationes ejusdem ſingu-

e) Varias cum variis aluit *Eraſmus*, dum viveret, lites, quas omnes hic recenſere, nimis longum et a ſcopo noſtro alienum foret opus. Paucis tantummodo lites per N. T. editionem excitatas, et qui in hiſce certaminibus anteſignani fuere, miſſis iis, qui ad minorum gentium deos referendi ſunt, hic recenſebimus. 1) Cum prima N. T. prodiret editio, multis, *Eraſmum Joh.* 1, 1. vertiſſe: *In principio erat ſermo*, ſcandalo fuit, qui publice et in eccleſiis contra eum declamarunt, uti ipſe in Epiſtola ad *Hermannum Buſchium* 1520. data conqueritur. Oppoſuit hiſce ſcriptum: *Apologia, refellens quorundam ſeditioſos clamores apud populum, qui velut impium inſectabantur, quod verterit: In principio erat ſermo. Baſileae apud Joban. Frobenium.* 1520. 4. 2) Contra Annotationes in N. T. inſurrexit *Eduardus Leus*, Anglus, *Annotationum libris duobus in Annotationes in N. T. Eraſmi*, quos *Joh. Frobenius* Baſileae 1520. 4. recudi curavit. Scripſit *Eraſmus Apologiam*, contra quam *Leus* edidit *Epiſtolam apologeticam*, cui duplicem *Eraſmus* oppoſuit *Apologiam*; cum Baſileae ex aedibus *Joh. Frobenii* ſimul emitterentur *Epiſtolae aliquot Eruditorum Virorum, ex quibus perſpicuum quanta ſit Eduardi Lei virulentia.* 1520. 4. 3) Acceſſit *Didacus Lopez Stunica*, vir orientalium linguarum peritiſſimus, unus e numero editorum Polyglottorum Complutenſium. Scripſit *annotationum adverſus Eraſmum Roterodamum librum unum*, qui inſertus legitur Criticis Anglicanis Tom. 7. p. 1231. Oppoſuit *Eraſmus Apologiam reſpondentem ad ea quae in N. T. taxaverat Jacobus Lopis Stunica*, Ao. 1522. inſertam ibidem p. 1337. cui ſecunda A. 1529. addita eſt apologia. 4) A *Stunicae* partibus ſtetit *Sanctius Caranza*, contra quem *apologiam* quoque ſcripſit. 5) Varias porro conſcripſit *Eraſmus* apologias contra diverſos, qui ipſi lites moverant, ut, *Apologiam de loco: Omnes quidem reſurgent; Apologias aliquot in Natalem Bedam, pro paraphraſi*, A. 1526. *Apologiam adverſus debacchationes Petri Sutoris*; et *Declarationes adverſus cenſuras Facultatis Theol. Pariſienſis*. Singula *Eraſmi* ſcripta apologetica, quae fata Novi Teſtamenti quinquies editi illuſtrant, Tom. IX. opp. Lugduni Batavorum 1703. etc. editorum inſerta leguntur. Conf. *Joh. Heinr. Hottingeri* Biblioth. quadripart. lib. 1. c. 4. p. 163.

f) *Le Long* p. 206. col. 1. C.

g) *Walchius* p. 38. *Reimmanni* Catal. p. 202. ubi quidem editio Baſileenſis anni 1639. recenſetur, ſed ex ipſa recenſione, notam anni errorem typographicum involvere, laudatamque ſextam Eraſmi editionem, non aliam eſſe, quam illam in collectione Opp. ſatis apparet. Conf. *Goezii* Verzeichnis p. 25. ubi integra Tomi ſexti Operum Eraſmi exhibetur inſcriptio.

Digitized by Google

ſingulis Paginis ſubjiciuntur. Lugduni Batavorum apud Petrum van der Aa. 1705. fol. [b]). Ed. iterata.

[Johannes Clericus novam eamque emendatiorem operum *Deſiderii Eraſmi* ab anno 1703-1706. in decem tomos diſtinctam procuravit editionem, cujus tomus ſextus Novum Teſtamentum ad editionem quintam exſcriptum ſiſtit. Praemittuntur vero varia, quae ab editione quinta abſunt. 1) *Clerici* Praefatio, quae *Eraſmum* ab Arianiſmo defendit; 2) Epiſtola nuncupatoria *Eraſmi* Leoni X. inſcripta, cum diplomate Pontificis aliis editionibus praemiſſo; 3) *Eraſmi* praefatio; 4) Paracleſis; 5) Epiſtola de philoſophia evangelica; 6) Index ſoloeciſmorum etc.; 7) Apologia pro verſione et annotationibus; 8) Capita argumentorum contra moroſos quosdam et indoctos; 9) Praefatio in primam anni 1515. annotationum editionem, inſertis iis, quae ad poſteriores ſpectant editiones; 10) Euſebii Canones; 11) Summa totius ſcripturae, librorum videlicet V. et N. T. 12) Index vocabulorum et locorum; 13) Vitae quatuor Evangeliſtarum, et reliqua quae ſupra jam recenſuimus ſingulis editionibus praemiſſa. Editio eſt ſatis nitida, prioribus non uno nomine praeferenda. Nam cum in illis numeri commatum non ſint additi, in hac graecis et latinis diligenter ſunt appoſiti. Annotationes *Eraſmi*, quae antea ad calcem erant ſubjectae, ut facilius cum textu conferri poſſint, ſingulis paginis ſubjiciuntur, et ad numeros verſionis Eraſmi referuntur. Nihil omnino omiſſum eſt, quod hanc editionem perfectiſſimam reddere poſſit [i]).

§. XIX.

Edit. Argentorat. Ed. Argent.

Novum Teſtamentum graece et latine De. Eraſmo Roterodamo interprete. Cum Summariis, concordantiis et explicationibus difficiliorum vocabulorum et aliis in hac editione praeſtitis, uti ex ſequenti Epiſtola et ipſius operis impreſſione apparet. Argentorati. Excud. Theodoſius Rihelius. (ſ. a.) 8.

Typographi epiſtola, quae in hac editione praeſtita ſunt, longe lateque recenſet, ſed, dum ſibi, quae alii deberet, appropriat, non erubeſcit. Nihil omnino egit praeter id unicum, quod editionem Wittebergenſem anni 1605 accurate expreſſerit, et *Eraſmi Schmidii* epiſtolam ita immutarit, ac ſi ipſe omnia egiſſet. Poſt Epiſtolam ſequitur Summa totius ſacrae Scripturae, librorum videlicet Veteris et Novi Teſtamenti, quae e Bibliis latinis *Roberti Stephani* anni 1545. et 1557. deſcripta eſt. Evangeliſtis adduntur vitae per Hieronymum, et Epiſtolis Apoſtolorum Argumenta per *Deſ. Eraſmum.* Ad calcem accedit Index vocabulorum quorundam cum demonſtratione certorum ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum, ex editione Brylingeriana anni 1564. deſumtus. Capitibus in verſiculos diſtinctis praefiguntur argumenta additis ubique locis parallelis. Recenſet editionem Cl. *Knochius*, ſed ita ut ſingula, quae *Eraſmo Schmidio* debemus, *Rihelio* tribuat, et editionem ad annum 1675 referat, verum eam mox poſt Wittebergenſem anno 1605 aut 1606 prodiiſſe, ex iis quae jam obſervavimus, ſatis liquet [k]).

Oo 3 §. XX.

b) *Le Long* p. 223. col. 1. E. Tom. 1. p. 11. *J. M. Goezii* Verzeichniſs p. 25.

i) Acta Eruditor. Lipſ. A. 1705. p. 482. *Joh. Fabricii* hiſt. Biblioth. Tom. 1. p. 369. *Walchius* p. 38. Catal. Biblioth. Bunav.

k) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 16. *Knochii* Nachrichten p. 447.

Edit. Baſil. Frobenii.

§. XX.

Edit. Baſil. Frobenii.

* Novum Teſtamentum Gr. lat. ex vulgata et nova verſione jam quintum ac poſtremum accuratiſſima cura recognitum a Deſiderio Eraſmo Roterodamo. Baſileae Hieronymi Frobenii et Nicolai Epiſcopii. 1542. fol. l)

[Accurate repraeſentat editionem ex eadem typographia Anno 1540. vel 1541. §. XVIII. emiſſam. Jam ad annum praecedentem *Le Long* et *Walchius* recenſent editionem iisdem typis Baſileae 1541. 8. expreſſam; quae vero non ad Frobenianas, ſed ad Brylingerianas referenda eſt.

Edit. Baſil. Brylingeri.

§. XXI.

Edit. Baſil. Brylingeri.

[I.] Novum Teſtamentum graece et latine, juxta veterum cum graecorum, tum latinorum emendatiſſima exemplaria, accuratiſſima cura et diligentia Def. Eraſmi Roterodami jam denuo collatum et poſtrema manu caſtigatum. Baſileae per Nicolaum Brylingerum et Sebaſt. Franckium. Anno MDXLI. 8.

Eadem ipſa eſt editio, quam *Le Long* m) *Hieronymo Frobenio* et *Nicolao Epiſcopio* adſcribit. Sed prima eſt graeco-latina, quae ex officina *Nicolai Brylingeri* prodiit editio, quam mox et aliae ſequutae ſunt, quas hic temporis ratione habita recenſebimus.

[II.] * Novum Teſtamentum graece et latine juxta Veterum — — cura et diligentia D. Eraſmi Roterodami jam denuo et collatum et poſtrema manu caſtigatum. Adjecimus quoque huic editioni ejusdem argumenta, una cum Scripturae (ut vocant) concordantiis, ne lector quicquam deſiderare poſſit. Baſileae per Nicolaum Brylingerum et Sebaſt. Franckium. Anno MDXLII. 8. n)

[Non ad *Eraſmi* tertiam, ut autumat Cl. *Knochius*, ſed ad ejus quintam, poſtrema manu caſtigatam exſcripta eſt. Ad marginem cum locis parallelis harmonia Evangeliſtarum addita eſt, Evangeliſtae vero via compendiaria litteris M. R. L. I. deſignantur: quod compendium ex hac in alias inprimis Lipſienſes tranſiit editiones. Ad Calcem accedit *Eraſmi* tractatus ex *Athanaſio* deſumtus de libris utriusque teſtamenti, partim rejectis, aut non ſine contradictione admiſſis, partim apocryphis; quem jam *Andreas Cratander* Bibliis latinis 1522. 8. impreſſis praefixerat o).

[III.] Novum Teſtamentum graece et latine diligentia Def. Eraſmi Roterod. emendatiſſimum, et jam denuo ad multa exemplaria tam impreſſa quam manuſcripta diligenter caſtigatum et editum. Adjecta ſunt argumenta ejusdem una cum marginalibus concordantiis. Baſileae apud Nicolaum Bryling. Anno M. D. XLIX. 8.

Tertia

l) *Le Long* p. 206. col. 1. D. *Walchius* p. 39.
m) *Le Long* p. 206. col. 1. C. Index Bibl. Wernigerod. p. 21.
n) *Le Long* p. 206. col. 1. D.
o) *Knochii* Nachrichten p. 363.

Digitized by Google

Tertia ex officina Brylingeriana emiſſa editio graeco-latina, quam *Le Long* ſilentio praetermiſit. Quae in rubro de iterata collatione exemplarium impreſſorum et manuſcriptorum commemorantur, aut editionem *Roberti Stephani* primam, quam typographus conſulere potuit, reſpiciunt, aut emptorum gratia ſcripta ſunt. p) Edit. Baſil. Brylingeri.

* Novum Teſtamentum Graece. V. Biblia Graeca. 1550. 8. q) [IV.]

[Qui de Bibliis graeco-latinis ex officina Brylingeriana emiſſis, ad quae provocat Auctor noſter, loquuti ſunt ſcriptores, quorum utique plures ſunt, de editione N. T. graeco-latini hujus anni omnino tacent. Exſtat vero tanquam ultimum Bibliorum graecorum volumen: *Novum Teſtamentum graece et latine diligentia Deſ. Eraſmi Roterod. emendatiſſimum et jam tertio ad multa — cum marginalibus concordantiis. Baſileae apud Nicolaum Bryling.* Anno MDL. 8.

* Novum Teſtamentum graece et latine diligentia Deſ. Eraſmi Roterod. emendatiſſimum et jam poſtremo ad multa — cum marginalibus concordantiis. Baſileae apud Nicolaum Bryling. Anno MDLIII. 8. r) [V.]

Novum Teſtamentum graece et latine diligentia Deſ. Eraſmi Roterod. emendatiſſimum et jam poſtremo ad multa — cum marginalibus concordantiis. Baſileae apud Nicolaum Bryling. Anno MDLVI. 8. [VI.]

Editio Jacobo *Le Long* ignota, ad praecedentem formata s).

* Novum Teſtamentum graece et latine diligentia Deſ. Eraſmi Roterodami. — cum marginalibus concordantiis. Baſileae apud Nicolaum Bryling. Anno MDLVIII. 8. t). [VII.]

* Novum Teſtamentum graece et latine diligentia Deſ. Eraſmi Roterod. — Baſileae apud Nicolaum Bryling. MDLXII. 8. u) [VIII.]

Novum Teſtamentum Jeſu Chriſti graece et latine, primo quidem ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterod. accurate editum, nunc autem magna diligentia collatis compluribus exemplaribus denuo expreſſum. Adjectis argumentis cum concordantiis in margine et quadam adjuncta ſeparatim utili tam explicatione vocabulorum quorundam, quam monſtratione certorum ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum. Baſileae apud Nicolaum Bryling. Anno 1564. 8. [IX.]

Novam quamvis titulus venditet ad plura exemplaria recognitionem; praecedentibus tamen accurate reſpondet. Acceſſit tamen huic editioni, quae alibi ſaepius recuſa exſtat vocabulorum explicatio et locorum monſtratio. x)

* Novum Teſtamentum Jeſu Chriſti graece et latine primo quidem ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterod. — ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum. Baſileae apud Nicolaum Bryling. Anno 1566. 8. y) [X.]

* Novum

p) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 5. *Walchius* p. 39.

q) *Le Long* p. 207. col. 2. C.

r) *Le Long* p. 210. col. 2. D. Index Bibl. Wernigerod. p. 22.

s) *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* Vol. 4. p. 192.

t) *Le Long* p. 210. col. 2. D.

u) *Le Long* p. 211. col. 1. A.

x) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 479.

y) *Le Long* p. 212. col. 1. C. Biblioth. Solgeriana Tom. 3. p. 15.

[XI.] * Novum Teſtamentum Jeſu Chriſti graece et latine — Baſileae apud Nicolaum Bryling. 1571. 8. *)

[Ultima eſt ab ipſo Brylingero procurata editio graeco-latina. Brylingerianae editiones verſuum diſtinctione adhuc carent, quamvis jam alii editores inventum Stephanicum in diſtinguendo textu adhibuerint.

[XII.] * Novum Teſtamentum Jeſu Chriſti graece et latine —— Baſileae, apud Haeredes Nic. Brylingeri. 1577. 8. *)

[XIII.] Novum Teſtamentum graece et latine, ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterodami accurate editum. Quadam adjuncta ſeparatim utili tam explicatione vocabulorum quorundam, quam demonſtratione certorum ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum. His acceſſerunt Chronologia Novi Teſtamenti, Symbola orthodoxae fidei graeco-latina, Argumenta ſingulorum capitum, Concordantiae marginales biblicae, Varia lectio graeca, Diſtinctio verſuum. Ad calcem additus eſt teſtimoniorum S. Scripturae in Articulos Symboli Apoſtolici brevis elenchus. Baſileae ex officina Leonhardi Oſtenii. CIↃIↃXXCIIX. (1588.) 8.

Brylingerianis hanc jungimus editionem, quia *Oſtenius* haereditario jure in officinam *Brylingeri* ſucceſſit, ejusdemque typis editionem procuravit: quae tamen praecedentes longe ſuperat, diſtinctione verſuum, qua antecedentes omnes carent. Variae lectiones ex editione anni 1563. in hanc tranſiiſſe videntur.

Edit. Baſil. Flacii.

§. XXII.

Edit. Baſil. Flacii.

[I.] * Τῆς τοῦ υἱοῦ Θεοῦ καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novum Teſtamentum Jeſu Chriſti Filii Dei ex verſione Eraſmi, innumeris in locis ad graecam veritatem, genuinumque ſenſum emendata. Gloſſa compendiaria M. Matthaei Flacii Illyrici Albonenſis in Novum Teſtamentum. Cum multiplici indice tum ipſius ſacri textus, tum etiam gloſſae. Quid praeterea ſit in commodum lectoris in hac editione praeſtitum, ſequens nuncupatoria praefatio indicabit. Baſileae anno M.D.LXX. fol.

Ex epiſtola nuncupatoria: „Adjiciam quidnam ſimus ſaltem conati in hac editione. — Primum graeco textui praeter concordantias additae ſunt diverſae lectiones, hactenus a diverſis ex collatione veterum exemplarium, patribusque et vulgata verſione collectae. Deinde verſionem Eraſmi adjunctam in pluribus locis ad graecam veritatem, genuinumque cujusque loci ſenſum, et etiam ſententiae perſpicuitatem, graecarumque vocum aut etiam hebraearum proprietatem et emphaſin emendare conati ſumus. Tertio tam graecus quam latinus textus per verſus diſtinctus eſt. — Adjecimus brevia ſcholia in margine ſacri textus — praepoſuimus ſingulis capitibus duplicia argumenta, verſu et ſoluta oratione facta. — Quod ad gloſſam a me adjectam attinet, multa quidem dicenda forent. etc. *b*)

[Impreſſum eſt opus Baſileae per *Petrum Pernam* et *Theobaldum Dieterich.* Praemiſſam habet epiſtolam nuncupatoriam Magiſtratui Argentoratenſi inſcriptam. Singu-

*) *Le Long* p. 212. col. 2. E. *a*) *Le Long* p. 213. col. 1. E. *b*) *Le Long* p. 212. col. 2. C.

Digitized by Google

Singulis libris N. T. prolegomena praemiſſa ſunt. Textus graecus eſt quidem Eraſmicus, ſed variae in margine annotatae ſunt lectiones una cum locis parallelis. Latina Verſio Eraſmi ab Editore emendata ad latus graeci textus poſita ad marginem brevia habet ſcholia. Accedit Gloſſa ſingulis capitibus adjecta, de qua Editor in breviori praefatione: „Habes hic Chriſtiane Lector dilucidam et genuinam Textus Teſtamenti Filii Dei explicationem, unico volumine comprehenſam. Ex qua ſola maximo compendio ſumptuum, temporis et laboris percipere poſſis, quod hactenus ex multis codicibus, majore impenſa, labore et temporis jactura conquirere coactus fuiſti.„ Continet gloſſa annotationes exegeticas et philologicas, et haud raro controverſias per auctorem motas, vel eo tempore agitatas. Ad alterum opus auctoris, quod huic jungendum eſt, et ſub titulo *Clavis ſcripturae ſacrae* exſtat, ſaepe remittitur lector [c]). Edit. Baſil. Flacii.

* *Τῆς τοῦ υἱοῦ Θεοῦ καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* Novum Teſtamentum Jeſu Chriſti Filii Dei ex verſione Eraſmi — Gloſſa compendiaria M. Matthiae Flacii Illyrici Albonenſis, nec non cum multiplici indice tum — gloſſae. inſuper additione verſuum, ut vocant allegatorum S. Scripturae locorum neceſſaria. Quid praeterea — nuncupatoria indicabit praefatio. MDCLIX. Francofurti apud Jo. Beyerum, Jo. Wilh. Amonium, et Wilh. Serlinum. fol. [d]) [II.]

Editio ſecunda priori ſimilis.

§. XXIII.

Edit. Francofurt. Edit. Francof.

* Novum Teſtamentum graecum cum verſione latina ex prioribus Eraſmianae verſionis editionibus emendata. Francofurti, Palthenii 1596. 8. [e]) [I.]

Novum Teſtamentum graece et latine Deſid. Eraſmo Roterodamo interprete, cum ſummariis, concordantiis et explicationibus difficilium vocabulorum, et aliis in hac editione praeſtitis, uti ex ſequenti praefatione et ipſius operis impreſſione apparet. Francofurti et Wittebergae, impenſis Balthaſaris Mevii bibliopolae Witteberg. M. DC. LIII. 8. [II.]

Primam Francofurtenſium ex officina *Palthenii* editionem mihi videre non contigit, interim ad *Brylingerianas* eam formatam eſſe mihi facile perſvadeo. Sequentes Francofurtenſes accurate exprimunt editionem Wittebergenſem anni 1635. cum praefatione *Eraſmi Schmidii* ex muſeo B. *Lutheri* data. Editio *Mevii* typis *Caſparis Rötelii* eſt exſcripta, et ſummam totius ſacrae ſcripturae praemiſſam, indicem vero vocabulorum quorundam cum demonſtratione certorum ad intelligentiam veritatis

c) Prodiit *Clavis* Baſileae. 1567. 1580. 1609. 1617. 1629. 1639. fol. et cum additamentis *J. Muſaei.* Jenae 1674. et Lipſiae 1695. fol. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 20. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Comment. du N. T. p. 700. *J. F. Buddei* iſagoge. p. 1679. *Walchius* p. 39. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 33. Index Bibl. Wernigerod p. 23.

d) *Le Long* p. 220. col. 2. A. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 484. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p 565. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 34. Ind. Bibl. Wernig. p. 27.

e) *Le Long* p. 215. col. 1. A.

Ed. Francof. tatis pertinentium locorum, adjectum habet, et editioni *Richelianae* §. XIX. reſpondet. *f*)

[III.] Novum Teſtamentum graece et latine Deſid. Eraſmo Roterodamo interprete cum ſummariis — operis impreſſione apparet. Editio nova accuratiſſime recognita. Francofurti et Wittebergae impenſ. Balthaſaris Chriſtophori Wuſtii. Anno MDCLXI. 8. *g*)

Ad editionem praecedentem acceſſit praefatio *Joh. Erici Oſtermanni*, Wittebergae 1661. data. Reliqua omnia ſunt eadem. Quibusdam exemplaribus ſolummodo nomen Wittebergae adſcriptum eſt.

[IV.] * Novum Teſtamentum graeco-latinum interprete Deſiderio Eraſmo Roterodamo, capitum ſummariis, innumeris ſcripturae concordantiis, variantibus lectionibus ex clariſſimorum virorum ſcriptis collectis, difficiliorumque vocabulorum Explicationibus locupletatum, et vitis et imaginibus Evangeliſtarum exornatum. Editio nova, accuratiſſime recognita, a mendis repurgata, et uſui Juventutis tam ſcholaſticae quam academicae deſtinata. Cum privilegio Saxonico. Apud Balth. Chriſtoph. Wuſtium. Francofurti ad Moenum. MDCLXXIII. 4. *h*)

[Editio inter Francofurtenſes nitidiſſima, in forma quidem quarta exſcripta, ſed lato margine, ut textus ipſe formam octavam repraeſentet ad normam editionis Giſſenſis, ſecundum quam haec effigiata eſt. Vera effigies Eraſmi Roterodami et quatuor Evangeliſtarum aeri nitide ſunt inſculptae. Praemittitur Summa totius ſacrae ſcripturae, librorum videlicet veteris et novi Teſtamenti, quae editionibus Wittebergenſibus praemitti ſolet. Accedunt *Eraſmi* Argumenta in Epiſtolas Apoſtolicas; vitae Evangeliſtarum, et ad calcem Index vocabulorum quorundam, cum demonſtratione certorum ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum. Textus ad latus habet verſionem Eraſmicam; in margine exteriori loca parallela, et in inferiori variantes lectiones. *i*)

[V.] * Novum Teſtamentum graece et latine Deſid. Eraſmo Roterodamo interprete, cum ſummariis, concordantiis et explicationibus difficiliorum vocabulorum, et aliis in hac editione praeſtitis, uti ex ſequenti praefatione, et ipſius operis impreſſione apparet. Editio nova, accuratiſſime recognita. Cum privilegio Saxonico. Francofurti ad Moenum, typis et impenſis Balthaſaris Chriſtoph. Wuſtii. Anno MDCLXXIV. 12. *k*)

[Praefatio, ad quam provocat typographus, pertinet ad editionem Wittebergenſem anni 1635. Wuſtianae editiones ad normam Wittebergenſium ſunt expreſſae. *l*)

[VI.] Novum Teſtamentum, graece et latine Deſid. Eraſmo Roterodamo interprete, Cum ſummariis — — recognita. Cum privilegio Saxonico, Fran-

f) Index Biblior Wernigerod. p. 26.

g) Index Bibl. Wernigerod. p. 27.

h) *Le Long* p. 220. col 2. C.

i) *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 40. *Goezius* p. 56. Index Bibl. Wernigerod. p. 27.

k) *Le Long* p. 220. col. 2. D.

l) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 387.

Francofurti ad Moenum, typis et impenſis Balthaſaris Chriſtophori Wuſtii, Sen. Anno M. DCLXXXVI. 8. m) Ed. Francof.

* Novum Teſtamentum graece et latine Deſid. Eraſmo Roterodamo interprete — — Francofurti ad Moenum, typis et impenſis Balthaſaris Chriſtophori Wuſtii, Sen. MDCXCIII. 4. et 12. n) [VII.]

* Novum Teſtamentum graece et latine Deſid. Eraſmo Roterodamo interprete — — recognita. Cum privilegio Regio-Polonico et Electorali Saxonico. Francofurti ad Moenum, typis et impenſis Balthaſaris Chriſtophori Wuſtii S. M. D. CC. 8. o) [VIII.]

[Editiones Wuſtianae quoad externam formam et ſplendorem illa Anni 1673. longe ſunt inferiores. Praemittitur ſumma totius ſacrae ſcripturae, vitae Evangeliſtarum per Divum Hieronymum; et ad calcem additur index vocabulorum quorundam cum demonſtratione certorum ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum. Ob anguſtum marginis ſpatium loca parallela ſingulis commatibus ſunt ſubjecta, variantes vero lectiones ſunt omiſſae. p)

§. XXIV.

Edit. Gieſſenſ. Ed. Gieſſenſ.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graeco-latinum, interprete Deſiderio Eraſmo Roterodamo, in quo variantes lectiones itemque innumerae ſcripturae concordantiae ex clariſſimorum virorum ſcriptis collectae. Editio nova, lato margine notis philologico-theologicis annectendis accommodatiſſima et utiliſſima, tali vultu nondum hactenus viſa, prout ex ſequenti praefatione et ipſo opere cuilibet conſpicuum erit. Giſſae Haſſorum, ex officina Joſephi Dieterici Hampelii, Acad. Typogr. ord. M DCLXIX 4. q)

[Editio nitida et ſatis accurata. Variantes lectiones ex editione *Stephani Curcellaei* delectae ſunt; loca vero parallela ſat numeroſa ad marginem ſunt collocata. Recuſam dedit hanc editionem *Wuſtius* 1673. omiſſa tamen praefatione et additis ornamentis aeri inciſis, aliisque quae ſupra §. XXVI. indicavimus. r)

§. XXV.

Edit. Hamburg. Ed. Hamb.

* Novum Teſtamentum Gr. lat. Hamburgi 1655. 12. s)

m) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 103. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. p. 11.

n) *Le Long* p. 221. col. 2. D. Index Bibl. Wernigerod. p. 28.

o) *Le Long* p. 222. col. 1. C.

p) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 387. Index Bibl. Werniger. p. 29.

q) *Le Long* p. 220. col. 2. B.

r) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 101. Index Bibl. Wernigerod. p. 27.

s) *Le Long* p. 218. col. 2. E.

Ed. Lipſienſ.

§. XXVI.

Edit. Lipſienſ.

[I.] * Novum Teſtamentum Gr. lat. ex vulgata et ex nova verſione jam quintum ac poſtremum accuratiſſima cura recognitum a Deſiderio Eraſmo Roterodamo. Lipſiae 1542. 8. [t])

[Ad Frobenianam ejusdem anni recuſa.

[II.] Novum Teſtamentum graece et latine, ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterodami accurate editum, magnaque diligentia collatis compluribus exemplaribus jam denuo expreſſum. Adjectis argumentis cum concordantiis in margine, et quadam adjuncta ſeparatim utili tam explicatione vocabulorum quorundam, quam demonſtratione certorum ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum. Lipſiae in officina Voegeliana. Anno MDLXIII. 8.

Accurate exſcripta eſt ex editione Brylingeriana anni 1549. adjecta appendice, quam iterum *Brylingerus* editioni anni 1564. annexuit. [u])

[III.] * Novum Teſtamentum Gr. lat. Eraſmi adjectis argumentis a Philippo Nicolai. Lipſiae Voegelii 1564. 8. [x])

[IV.] * Novum Teſtamentum graece et latine ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterodami accurate — — locorum. Lipſiae typis Voegelianis. (1570.) 8. [y])

Ad calcem: Lipſiae imprimebatur per Andream Schneider typis Voegelianis. Anno MDLXX. Reſpondet accurate editioni a. 1563. [z])

[V.] * Novum Teſtamentum graece et latine ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterodami accurate — locorum. Lipſiae 1578. 8. Ad calcem: Lipſiae inprimebat Johannes Steinmann. Anno MDLXXVIII.

Eidem *Philippo Nicolai;* cui editionem anni 1564. *Le Long* adſcripſerat, et hanc appropriat, quae praecedenti omnino conformis eſt. [a])

[VI.] * Novum Teſtamentum graece et latine ſtudio et induſtria Deſid. Eraſmi Roterodami — locorum. Lipſiae imprimebat Johannes Steinmann. MDLXXXII. 8. [b])

[VII.] Novum Teſtamentum graece et latine ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterod. — Lipſiae imprimebat Johannes Steinmann. MDLXXXVIII. 8. [c])

[VIII.] Novum Teſtamentum graece et latine ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterodami — locorum. Lipſiae. Anno MDXCI. 8.

Ad calcem: Lipſiae imprimebat Michael Lantzenberger Anno M. D. XCI. [d])

* No-

t) *Le Long* p. 206. col. 1. D.
u) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 6.
x) *Le Long* p. 211. col. 1. B.
y) *Le Long* p. 212. col. 2. E.
z) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 98.
a) p. 213. col. 1. E. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 14.
b) *Le Long* p. 213. col. 2. D. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 40. n. 78. Index Bibl. Wernigerod. p. 23.
c) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 40. n. 80.
d) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 16.

Digitized by Google

* Novum Teſtamentum Gr. lat. Eraſmi. Lipſiae 1592. 8. e) [IX.]

* Novum Teſtamentum graece et latine ſtudio et induſtria Eraſmi Roterod. — Lipſiae. Voegelii. 1594. 8. f) [X.]

* Novum Teſtamentum graece et latine ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterod. — Lipſiae 1595. 8. g) [XI.]

Novum Teſtamentum graece et latine ſtudio et induſtria Deſ. Eraſmi Roterod. — Lipſiae. 1599. 8. h) [XII.]

Imprimebat Michael Lantzenberger. Omnes hactenus recenſitae editiones Lipſienſes ad Brylingerianas ſunt formatae, ſibi invicem ſunt ſimillimae, verſuum diſtinetione carent, et inter ſeſe non niſi typorum et chartae vel nitore vel ſqualore differunt. Typi ipſi ſunt admodum ſubtiles.

Novum Teſtamentum gr. lat. Eraſmi Roterodami. Lipſiae 1691. 8. i) [XIII.]

§. XXVII.

Edit. Lugdun. Batav.

Edit. Lugd. Batav.

Novum Teſtamentum graecum cum Verſione latina D. Eraſmi Roterodami. Lugduni Bat. 1562. 12. cum fig.

Editio cujus exiſtentia annunciatur, ſed quae oculis meis ſeſe ita ſubduxit, ut quamvis nulli operae pepercerim, eam tamen indagare haud potuerim.

§. XXVIII.

Edit. Lugdun.

Ed. Lugdun.

* Novum Teſtamentum graece et latine. Juxta veterum tum graecorum tum latinorum emendatiſſima exemplaria accuratiſſima cura et diligentia Deſ. Eraſmi Roterod. jam denuo et collatum et poſtrema manu caſtigatum. Lugduni excudebat Joannes Tornaeſius, typographus Regius. ann. MDLIX. 8. k) [I.]

[Archetypa hujus eſt quidem Brylingeriana anni 1542; verum non hanc, ſed Pariſienſem *Carolae Guillard* anni 1543. ſequutus eſt *Johannes Tornaeſius* Junior. Loco appendicis Pariſienſis editionis acceſſit hic Index Epiſtolarum et Evangeliorum, quae e veteri et novo Teſtamento excerpta, in templis, Dominicis et aliis feſtis leguntur. v. §. ſeq. l)

* Novum Teſtamentum Gr. lat. Eraſmi. Lugduni Jac. Rouſſin. 1598. 8. m) [II.]

* Novum Teſtamentum graeco-latinum Deſ. Eraſmi Roterod. Lugduni apud Antonium de Harſy. 1599. 1600. 16. n) [III.]

[Nulla adeſt praefatio, et nihil ſingularis habet editio in duo volumina diſtincta, quorum prius notam anni 1599, poſterius notam anni 1600. oſtendit.

§. XXIX.

e) *Le Long* p. 214. col. 2. D.

f) *Le Long* p. 214. col. 2. E.

g) *Le Long* p. 214. col. 2. E.

h) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 41. n. 85. 86.

i) *Walchius* p. 40.

k) *Le Long* p. 210. col. 2. D.

l) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 97. *Joh. Fabricii* hiſt. Biblioth. Part. 6. p. 372.

m) *Le Long* p. 215. col. 2. B.

n) *Le Long* p. 215. col. 2. C. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 76. n. 57. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 48.

Digitized by Google

§. XXIX.

Edit. Pariſ. *Edit. Pariſienſ.*

[1.] Novum Teſtamentum graece et latine, juxta veterum cum graecorum tum latinorum emendatiſſima exemplaria, accuratiſſima cura et diligentia Deſ. Eraſmi Roterod. jam denuo et collatum et poſtrema manu caſtigatum. Acceſſerunt in fine operis lectionum varietates ex diverſis exemplarib. (quibus uſi fuimus in hac editione) vetuſtiſſ. collectae. Pariſiis veneunt apud Joannem Roigny ſub Baſiliſco, aut quatuor elementis in vico Jacobaeo. 1543. 8.

Utrum hic caſtigationem intelligat Editor ab Eraſmo in Editione ſua poſtrema factam; an vero recenſionem iſtius ab ipſo paulo ante mortem elaboratam, haud conſtat. Illud certum eſt, opera editoris hujus factum eſſe, ut textus graecus a Frobeniano quinto iſto in locis triginta ſupra centum diſſentiat; idque ex fide ſubinde editionum paucarum aliarum, ſubinde unius duntaxat. — Notandum in hac editione Frobenianae quintae in Evangeliis et Actis minorem longe rationem habitam eſſe, quam in Epiſtolis, in quibus non niſi 15. in locis ab ea deviatum deprehendimus. In Apocalypſi Textus fere ad Frobenianas tres priores compoſitus eſt. Ad calcem hujus editionis adpoſuit quiſpiam varias lectiones ex libris prius excuſis aliisque exemplaribus excerptas. o)

[Quae *Millio* dubia viſa ſunt, facile dirimuntur, ſi genealogiam hujus editionis attente conſideramus. Archetypa ejus eſt Brylingeriana anni 1541. vel 1542. quam editor cum editione *Colinaei* Sect. I. §. XXVII. contulit, et ex hac lectiones varias inſeruit, quarum nonnullae cum Codice *Rob. Stephani* 14 quo *Colinaeus* jam uſus eſt, conſentiunt. Reliquae ad calcem notatae lectionum varietates e diverſis ipſius *Eraſmi* editionibus quatuor praecedentibus ſunt collectae. Ad calcem operis legitur: *Pariſiis excudebat Carola Guillard via ad Divum Jacobaeum ſub ſole aureo. Anno reſtauratae ſalutis* M.D.XLIII. hinc editio a *Jac. Le Long Carolae Guillard* adſcribitur. Quia vero quibusdam exemplaribus inſcriptum eſt: *Pariſiis, veneunt apud Jacobum Bogardum, ſub inſigni divi Chriſtophori, e regione gymnaſii Cameracenſis* 1543. placuit *Wetſtenio*, hanc *Bogardi*, qui *Carolae* ex ſorore nepos fuit, editionem appellare. Quisquis ille vir doctus fuerit, cui hanc ornatam debemus editionem, omnino incertum eſt. *Jacobum Tuſanum*, Linguae Graecae Profeſſorem regium, fuiſſe ſuſpicatur *Baumgartenius*. Praemittitur diploma *Leonis* X. *Eraſmo* datum; *Eraſmi* epiſtola nuncupatoria primae editionis et ejusdem apologia. Evangeliſtis vitae e *Sophronio*, Actis Apoſtolorum itinerarium Pauli, Epiſtolis vero Argumenta ex *Eraſmo* praefixa ſunt. Poſt variarum lectionum deſignationem ſequitur: De libris utriusque Teſtamenti partim rejectis, aut non ſine contradictione admiſſis, partim apocryphis. Ex *Athanaſio*, tametſi mihi ſuſpectus eſt titulus. *Eraſmo* Roterodamo interprete. (v. §. XXI.) Recuſam dedit editionem *Tornaeſius*. §. XXVIII. p)

* H

o) *Millii* proleg. p. 116. *Le Long* p. 206.

p) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 1. col. 1. E. *Wetſtenii* prolegom. p. 367. *Walchius* p. 39.

* Ἡ καινὴ διαθήκη. Novum Teſtamentum graece et latine. Pariſiis apud Jacobum Dupuis ſub inſigne Samaritanae. 1549. 12. 2 Vol. q) [II.]

[In titulo voluminis ſecundi expreſſum eſt: Pariſiis apud Michaelem Fezandat, in aedibus Albreticis. ad D. Hilar. 1549. Exacte reſpondet editioni praecedenti, omiſſa tamen variarum lectionum collectione, ſervato vero tractatu de libris utriusque Teſtamenti partim rejectis etc. r)

* Novum Teſtamentum Gr. Lat. Eraſmi. Pariſiis. Grajon et apud Fratres de Marnex. 1549. 16. 2 Vol. s) [III.]

[Provocat *J. G. Pritius* in praefatione N. T. ad editionem Pariſienſem *Arnoldi Birckmanni* anni 1549. Quae vero illa ex hiſce duabus hoc anno evulgatis ſit, definire haud audeo.

Novum Teſtamentum graece et latine. Pariſiis 1599. 12. [IV.]

Editio, quam quidem annunciatam invenio, ſed nec vidi, nec indagare potui. Fortaſſis per vitium typographicum annus ſuperioris editionis 1549. in annum 1599. deformatus eſt.

§. XXX.

Editio Tubingenſ. Ed. Tubing.

* Ἡ καινὴ διαθήκη Ἰησοῦ Χριστοῦ. Novum Teſtamentum Jeſu Chriſti. Tubingae per Theodoricum Werlin. impenſis Joh. Berneri Bibliopolae Franc. 1618. 4.

Ex praefatione: Eraſmiana verſio non ubique ad verbum ſervata eſt. — et ut conſtaret, quaenam vox aut ſententia non Eraſmi, ſed meae eſſet verſionis, illam diverſo characterum genere exprimendam curavi, Eraſmianis praemiſſis. t)

[Nomen Editoris *Matthiae Haſenrefferi* ad calcem praefationis indicatur. Textus ad Eraſmicam editionem collatis aliis editionibus typis majuſculis in exteriori pagellae parte, adnotatis ſimul lectionum varietatibus exſcriptus eſt. u)

§. XXXI.

Edit. Wittebergenſ. Ed. Witteb.

Novum Teſtamentum graece et latine Deſ. Eraſmo Roterod. interprete. Wittebergae Impenſis Samuel Selfiſch. Anno 1604. 8. [I.]

Editio prima Wittebergenſis, paene ignota, quam tamen certo exſtare, ex praefatione ſequentis apparet.

Novum Teſtamentum graece et latine Deſ. Eraſmo Roterodamo interprete. Cum ſummariis, concordantiis et explicationibus difficiliorum vocabulorum, et aliis in hac editione praeſtitis, uti ex ſequenti praefatione et ipſius operis impreſſione apparet. Witebergae typis Laurentii Seuberlich, Impenſis Samuel Selfiſch Anno 1605. 8. [II.]

Editio ſecunda, quae adeo ſeſe oculis ſubduxit, ut nullibi ejus recenſionem indagare potuerim. Ad manus eſt editio ad Brylingerianam anni 1564. §. XXI. effigiata.

q) *Le Long* p. 207. col. 2. C.
r) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 6. p. 198.
s) *Le Long* p. 207. col. 2. C.
t) *Le Long* p. 216. col. 1. E.
u) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 18. *Walchius* p. 39.

Digitized by Google

Ed. Witteb. giata. Ornata eſt praefatione *Eraſmi Schmidii*, qua de opere ipſo ratio redditur: „Edit nunc iterum, amice Lector, in publicum Eccleſiae uſum, vir Ampliſſ. et Prudentiſſ. deque litteraria repub. optime meritus *Samuel Selfiſchius* Novum Teſtamentum graece latineque, et edit quidem non tantum, typo utriusque litteraturae eleganti, quantum fieri potuit, emendatiſſime excuſum, ſed et verſiculis diſtinctum, vocularum latinarum, quibus ad ſenſum exprimendum opus fuit, modo graphico diſcretum; materiarum earundem vel ſimilium harmonia plurimis in locis correcta et alicubi locupletata, ad marginem illuſtratum; denique et Evangeliſtarum atque Apoſtolorum vitis; et ſingulorum capitum *ὑποθέσεσι κεφαλαιαδεσάταις*; et totius religionis Chriſtianae ex utroque Teſtamento *ἐπιτομῇ* breviſſima; et vocabulorum difficiliorum, rerumque praecipuarum catalogo ſecundum ordinem alphabeticum congeſto, auctum. — Ex *μουσείῳ* noſtro die Matthiae Apoſtoli, Anno Chriſti M. DC. V. „ Haud bene ſibi proſpexit *Schmidius*, qui et vitas Apoſtolorum ſcriptis eorum praemiſſas eſſe adfirmat. Sunt enim Argumenta Epiſtolarum ab *Eraſmo* compoſita, quae Epiſtolis praeponuntur. Diſtinguitur haec editio ab archetypa Brylingeriana primo diſtinctione verſiculorum, et ſecundo acceſſione tractatus: Summa totius ſacrae ſcripturae, quae e *Roberti Stephani* Bibliis latinis mutuo ſumpta eſt. *Schmidii* praefationem in Epiſtolam transformavit *Rihelius*, atque ſic hanc editionem recuſam dedit. §. XIX. Ad normam hujus editiones ſequentes Witebergenſes ſunt expreſſae.

[III.] * Novum Teſtamentum graece et latine Deſ. Eraſmo Roterodamo interprete. — Witebergae Samuelis Selfiſchii 1606. 8. x)

[Ita nomen Bibliopolae legendum, quod apud *Le Long* mendoſe *Schaliſchii* expreſſum eſt.

[IV.] Novum Teſtamentum graece et latine Deſ. Eraſmo Roterodamo interprete. — Witebergae, Samuelis Selfiſchii. 1616. 8. y)

[V.] * Novum Teſtamentum graece et latine Deſid. Eraſmo Roterodamo interprete — Witebergae. Typis haeredum Seuberlichii, Impenſis haeredum Selfiſchii. Anno 1618. 8. z)

[Praefatio ſecundae editionis iisdem verbis hic iterum exſcripta eſt; mutatis in initio verbis, ut loco *Samuelis Selfiſchii* nunc ejus Haeredes ſubſtituantur, et addita ad calcem praefationis anni nota MDCXVIII.

[VI.] Novum Teſtamentum graece et latine Deſ. Eraſmo Roterodamo interprete. — Wittebergae, ſumptibus haeredum Selfiſchii. 1623. 8. a)

[VII.] * Novum Teſtam. graece et latine Deſ. Eraſmo Roterodamo interprete. — Witebergae, impenſis haered. Sam. Selfiſch. Anno MDCXXXV. 8. b)

[Ad calcem notatur: *Wittebergae typis Joh. Chriſtoph Siegel. impenſis haeredum Samuelis Selfiſchii Anno* MDCXXXVI. *Eraſmi Schmidii* praefatio e muſeo B. Lutheri 25. Mart. MDCXXXV. data eſt. Reliqua omnia in hiſce editionibus editioni ſecundae A. 1605. ex omni parte reſpondent. Ultima eſt Witebergenſium editio;

x) *Le Long* p. 215. col. 2. lin. ult.
y) Catal. Bibl. Baumgart. p. 41. n. 91.
z) *Le Long* p. 216. col. 1. D. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 100.
a) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 41. n. 94. Index Bibl. Wernigerod. p. 25.
b) *Le Long* p. 218. col. 1. C.

Digitized by Google

editio; ex hoc enim tempore Bibliopolae Francofurtenſes privilegio Saxonico muniti editiones ſacrorum Bibliorum variis in linguis procurarunt, hine editiones Francofurtenſes ſupra §. XXIII. recenſitae ad normam ultimae Wittebergenſis exſcriptae ſunt c). Antequam vero haſce editiones dimittimus, id notandum eſt, *Jacobum le Long* jam ad annum 1522. recenſere editionem graecolatinam N. T. editionem. „Novum Teſtamentum Gr. lat. Eraſmi. 4. Wittebergae 1522.„ quem et ſequitur *Walchius*. Verum in hoc eum erraſſe ſatis certum eſt, uti ſatis a pluribus demonſtratum eſt. d). Ed. Witteb.

§. XXXII.

Edit. Rob. Stephani gr. lat.

Edit. Rob. Steph gr. l.

* Ἅπαντα τὰ τῆς καινῆς διαθήκης. Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum. Cum duplici interpretatione D. Eraſmi et Veteris interpretis: harmonia item evangelica et copioſo indice. Ex officina Roberti Stephani. MDLI. 8. (Genevae.)

In omnibus quae vidi annus notatur XLI. pro LI. in quibusdam abraſa eſt littera X. quo conſilio id factum ſit, prorſus ignoro; certum eſt hanc editionem vulgatam fuiſſe Genevae anno ipſo, quo in hanc urbem ſe recepit Robertus Stephanus. e)

Praefatio. Lectori. Cum nobis in animo eſſet, Novum Teſtamentum, ut eſt a Veteri interprete latine redditum excudere: adjectis tamen brevibus annotationibus tum quae te locorum, in quibus ille non ſatis fidelis interpretis officium functus erat, admonerent: tum etiam quae paucis locos obſcuriores enuclearent; (quales abhinc annos jam decem f) edideramus) ecce tibi amici aliquot, ſingulari vereque Chriſtiana eruditione praediti, qui conſilium meum ſibi probari negant. eſſe enim illas annotationes partim breviores juſto, partim etiam hujusmodi, in quibus major evangelicae doctrinae puritas deſiderari poſſit. Horum ergo ſaluberrimo conſilio quum parendum eſſe ducerem; operae pretium me facturum putavi, ſi pro illis brevibus, quas olim a me accepiſti, annotationibus, tibi nunc alias, quae pleni perfectique commentarii vice eſſe poſſent, in proximum annum praepararem g). Sed ne tibi paulo

c) Catal Biblioth. Baumgart. p. 77. n. 72. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 53. Index Bibl. Wernigerod. p. 26.

d) Conf. *Pet. Ad. Boyſenii* Diſſ. crit. et theolog. de codice gr. N. T. quo uſus eſt B. Lutherus etc. Lipſ. 1723. 4. §. 5. Acta Eruditor. german. Vol. 8. p. 216. *Knochii* Nachrichten p. 906.

e) [Ex ipſa, quam integram damus, cum Auctor tantum aliquot ejus paragraphos exſcripſit, praefatione ſatis apparet, editionem non anno 1541. ſed anno 1551. eſſe emiſſam; falſa itaque anni nota ad errata typographica eſt referenda.

f) In latina editione N. T. hoc eſt anno 1541. *Ecce tibi amice aliquot etc.* [Breviores ſunt illae annotationes, ad quas reſpicit *Stephanus*, quas editioni N. T. latini in margine junxerat. Prodiit N. T. ſub rubro: Novum Teſtamentum. Breves variarum tralationum annotationes, adjecta veterum latinorum exemplarium MSS. diverſa lectione; cum praefatione Roberti Stephani. Pariſiis ex officina Roberti Stephani. 1541. 2 Vol. 8.

g) Annotationes, quas in proximum annum praeparare ſcribit, non aliae ſunt, quam eae, quas ſub nomine Theod. Bezae anno 1556. prima vice excudit. [Quae ſub *Bezae* nomine excuſae ſunt annotationes, vere ſunt *Bezae*. Meditatus erat *Stephanus* majores annotationes in V. T. et in N. T. Priores conſcripſit; ſed cum ipſi et verſio et annotationes *Bezae* traderentur: operam ſuam a N. T. revocavit.

Digitized by Google

Edit. Rob. Steph. gr. I. paulo longior mora moleſta ſit, et ut dum commentarios exſpectas, interim te in ipſo contextu excutiendo diligenter exerceas, accipe a me hoc opus, in quo graecum habes Novum Teſt. ad vetuſtiſſima manuſcripta exemplaria excuſum: adjecta duplici translatione: in interiori quidem margine veteris interpretis: in exteriore D. Eraſmi. Quia autem hic interdum voculas nonnullas in ſua interpretatione habet, quae ideo poſitae ſunt ab eo, quod in graeco ſermone commode ſubaudiantur, in latino non item: rudioribus hac etiam parte conſulentes, eas minutiori charactere ſignavimus, ut internoſci poſſint. Porro veterem verſionem negligendam non exiſtimavi: idque tribus potiſſimum de cauſis. Primum quia eam multis in locis vetuſtiſſimi exemplaris graeci loco eſſe videbam. deinde quod ea ita memoriae hominum inhaeſit, ut vix evelli poſſit. poſtremo, quod alteram cum altera conferendo, poſſit quis vel mediocriter graece doctus, facilius vim graecorum verborum aſſequi. Quod autem per quosdam, ut vocant, verſiculos opus diſtinximus, id, vetuſtiſſima graeca latinaque ipſius novi teſt. exemplaria ſecuti fecimus. eo autem libentius ea ſumus imitati, quod hac ratione utraque translatio poſſet omnino e regione graeco contextui reſpondere. Ad calcem praeterea harmoniam evangelicam et indicem adjecimus. His igitur interim fruere, Lector, ut illarum annotationum, quas aſſiduo curſu perſequimur, deſiderium lenius feras. Vale.„

Graeca eadem omnino quod video (*inquit Millius* *b*)) cum prioribus anni 1550. niſi quod Matth. c. 24. et Marci c. 13. ἑστὸς mutetur in ἑστὼς, quomodo ſe habebat in prima Stephanica. Illud vero in hac Edit. palmarium eſt, quod in ea jam omnium prima textus diſtinctus ſit in tmemata ea ſeu verſiculos, quibus hodieque utimur. Hanc enim diviſionem, quae ipſi forte, cum equitando Lutetia Lugdunum peteret, in mentem venerat, jam perfecit Robertus Stephanus, *i*) poſuitque in hac editione, et ex eo tempore verſiculos hoſce agnoſcunt pleraeque editiones poſteriores. *k*)

[Tres priores Roberti Stephani novi Teſtamenti graeci editiones ſupra Sect. I. §. XXIX. delineavimus. Sequitur quarta, et quidem omnium rariſſima, quam ut hic recenſeamus, ejus requirit indoles. ſiquidem adjunctas habet textui verſiones. Medium optimo jure occupat inter editiones Eraſmicas et Bezanas locum. Si verſionem ſpectas, accedit Eraſmieis; ſi vero textum reſpicis, Bezanis praemittenda eſt, ſiquidem priores Bezanae eundem fere textum Stephanicum exhibent. Quod ad externam ejus attinet formam, eſt editio ſatis nitida et accurata, duobus voluminibus aut partibus conſtans.

b) Prolegom. in N. T. p. 127.

i) De hac inventione videatur Henrici Stephani Rob. filii Praefatio in concordantias Graecas N. T. [Integram relationem hic inſertam daturi eſſemus, niſi id jam feciſſet *J. G. Pritius* loco infra citando. Addendum vero aliud eſt ejusdem *Henrici* teſtimonium ex Epiſtola ad *Philippum Sidneum* editioni N. T. gr. 1576. praemiſſa. „Pudebat me equidem, quum Pater meus illis toties operam et ſtudium navaſſet, variis Teſtamenti novi graeci editionibus — — ac poſtremo illam ſingulorum hujus libri capitum in certum verſuum numerum diſtributionem excogitaſſet, niſi et ipſe ſymbolam meam — — conferrem, ab illo videri degenerare. Sed magnam laboris paterni, id eſt, illius ſeu diſtributionis ſeu diviſionis ab eo excogitatae, eſſe utilitatem, univerſi propemodum Chriſtiani orbis in ea amplectenda conſenſus, quacunque Teſtamentum novum excudatur lingua, ſatis ſuperque teſtatur.„

k) Hactenus *Le Long* p. 210. col. 1. C. — col. 2. B.

Digitized by Google

conſtans. Volumen primum continet quatuor Evangeliſtas et Actus Apoſtolorum, adjuncta harmonia evangelica ex opere *Andr. Oſiandri* 1537. edito petita. Alterum volumen ſiſtit Epiſtolas Apoſtolicas et Apocalypſin, cum indice rerum et verborum in N. T. Accedunt ad marginem exteriorem loca parallela. Ad imitationem Manuſcriptorum textum ſacrum in verſiculos ſe diſtinxiſſe contendit quidem *Stephanus*, ſed hoc tantummodo in gratiam eorum dictum eſſe, qui quovis modo *Stephanum* ſugillare conſveverant, ſatis notum eſt: longe enim alia eſt antiquorum tmematum ratio. [l]) Utiliſſimum ſane et inventum, quod typographi Genevenſes ſtatim, Lipſienſes vero nimis ſero imitati ſunt; in quo tamen, *Stephanum* ſaepe a vera interpunctione aberraſſe, dolendum eſt. [m])

Edit. Rob. Steph. gr. I.

§. XXXIII.
De editionibus Theod. Bezae.

De editionib. Theod. Bezae.

Ad tertiam editionum N. T. claſſem referendae ſunt editiones, quae a *Theodoro Beza* nomen acceperunt. Plures ſunt hujus generis editiones, quarum aliae ſpuriae, aliae genuinae dici poſſent. Satis perplexa eſt editionum hiſtoria, et niſi accurate editiones genuinae a ſpuriis diſcernantur, editiones inter ſeſe confunduntur. In genere ſunt editiones Bezanae vel majores, vel minores, vel minimae. Majores triplicis ſunt generis: ſpuriae, quae ante *Bezae* primam graecam jam expreſſae ſunt §. XXXV, genuinae, quas ipſe *Beza* procuravit §. XXXVI. et ab aliis recuſae §. XXXVII. Minores duplicis ſunt generis. Aliae habent verſionem et annotationes minores §. XXXVIII. aliae vero ſolam exhibent cum textu verſionem §. XXXIX. Minimae vero ſunt, quae textum habent Bezanum, quas ſectione I. §. LI. recenſuimus.

§. XXXIV.
Edit. Bezae I.

Ed Bezae I.

Primam Novi Teſtamenti Bezani editionem hic ſilentio praetermittere poſſemus, quippe quae ſolam verſionem Vulgatam et *Bezae* novam cum ejusdem annotationibus continet. Verum duplex eſt ratio, quare ejus hic breviorem praemittendam judicamus recenſionem. Primo ipſe *Beza* hanc editionem primam appellat, et quae prima eſt ejus graeco-latina, ſecunda numeratur. Accedit alterum, quod typographi alii huic primae editioni jam prius, quam ipſe *Beza* textum ſacrum cum verſione ſua edidit, textum graecum junxerint, atque hanc primam cum textu recuſam dederint: unde editiones ſpuriae natae ſunt. En itaque editionis primae titulum: *Novum D. N. Jeſu Chriſti Teſtamentum. Latine olim a Veteri interprete, nunc denuo a Theodoro Beza verſum: cum ejusdem annotationibus, in quibus ratio interpretationis redditur. Oliva Roberti Stephani.* M.D.LVI. fol. Prodiit opus *Genevae* una cum V. T. ex verſione

l) Conf. *Sal. Glaſſii* Philolog. ſacr. lib. 1. tract. 4. ſect. 4. p. 345.

m) Conf. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 5. *Knochii* Nachrichten p. 483. ubi falſo typographiae Pariſienſi haec editio adſignatur. *Pritii* introd. n. 353. *J. D. Michaelis* Einleitung Tom. 1. p. 699. *Wetſtenii* proleg. p. 368. 376. *Joh. Leusdeni* philol. graec. Diſſ. 20. p. 167. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 43.

Digitized by Google

Ed. Bezae I. *Santis Pagnini* et ex verſione Vulgata, in cujus fronte annus MDLVII, expreſſus eſt. Quaelibet pagina eſt bipartita. Columnam interiorem eamque minorem occupat Vulgata typis minutioribus expreſſa, exteriorem majorem Verſio nova typis majoribus exſcripta, annotationes vero in inferiore margine ſunt collocatae. Saepius recuſa data eſt haec prima editio. Sed plura de hac verſione bono cum Deo alio tempore.

Ed. Bezanae ſpuriae.

§. XXXV.

Editiones Bezanae ſpuriae.

[I.] *Της καινης διαθηκης ἁπαντα.* Novum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum latine jam olim a Veteri interprete, nunc denuo a Theodoro Beza verſum: cum ejusdem annotationibus, in quibus ratio interpretationis redditur. Additi ſunt indices tres, quorum primus res et ſententias praecipuas N. T. complectitur; ſecundus res et ſententias, quae in notationibus explicantur; tertius verba et Phraſes Graecas Tiguri MDLIX. fol.

Editio parum cognita, quae non ad ſeriem editionum Bezanarum eſt referenda. Deſumſit praefationem et verſionem latinam *Bezae* e bibliis latinis *Roberti Stephani*, eique textum graecum junxit Typographus. n)

[II.] * *Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* Novum D. N. Jeſu Chriſti Teſtamentum, a Theodoro Beza verſum ad veritatem graeci ſermonis e regione appoſiti: cum ejusdem annotationibus, in quibus ratio interpretationis redditur. Additi ſunt indices tres; quorum primus res et ſententias praecipuas novi Teſtamenti complectitur; ſecundus res et ſententias, quae in annotationibus annotantur; tertius verba et phraſes graecas. Baſileae impenſis Nicolai Barbirii et Thomae Courteau. MDLIX. fol.

Aliae editiones textus graeci eum eadem verſione 1560. 1562. 1563. o) [Addit deinde *Le Long*: „N. T. gr. lat. Bezae cum ejusdem annotationibus, in folio Baſileae. 1560. Eadem eſt ac praecedens editio.„ Quod omnino verum eſt. Aliis exemplaribus annus prior, aliis poſterior eſt adſcriptus: ſed non duae diverſae ſunt editiones. Eosdem vero typographos eandem editionem iterum 1562 et 1563. exſcripſiſſe, relatum quidem lego: ſed niſi omnia me fallunt, ex *Jacobi Le Long* aſſertis hauſta ſunt: hine de hiſce editionibus Baſileenſibus omnino dubito, ſiquidem, qui illas viderit editiones, deprehendo omnino neminem. p)

[III.] * Novum Teſtamentum Gr. lat. Bezae, cum quibusdam brevibus annotat. Excudebat Henr. Stephanus 1563. 8. q)

Ita recenſet hanc editionem *Le Long*. Sed utrum exiſtat, an vero anni nota errorem involvat, dijudicare nolo. Poſterius mihi videtur veroſimilius; nam idem Stephanus anno 1565. editionem in forma octava emiſit; eundem vero typographum, qui cum *Beza* conjunctiſſime vixit, editionem Baſileenſem, quam *Beza* non ut ſuam agnovit, recudi curaſſe vix mihi perſvaderi patior.

§. XXXVI.

n) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 29.

o) *Le Long* p. 210. col. 2. E.

p) *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* Vol. 4. p. 194. *Walchius* p. 41. Index Bibl. Wernigerod. p. 22. Catal. Biblioth. Süsmilchii p. 5.

q) *Le Long* p. 211. col. 1. B.

Digitized by Google

§. XXXVI.

Bezae edit. II. Recognit. I.

Bezae ed. II. Recogn. I.

* Jeſu Chriſti D. N. Novum Teſtamentum ſive novum Foedus. Cujus graeco textui reſpondent interpretationes duae, una Vetus, altera Nova Theodori Bezae, diligenter ab eo recognita. Ejusdem Th. Bezae annotationes, quas itidem hac ſecunda editione recognovit et acceſſione non parva locupletavit. Indices etiam duo, Theologis (praeſertim hebraicae, graecae et latinae linguae ſtudioſis) multum profuturi adjecti ſunt. Reſponſio ejusdem ad Seb. Caſtalionem, in qua multi N. Teſtamenti, et harum in ipſum annotationum loci accuratiſſime excutiuntur, ſeorſim excuſa proſtat. Anno MDLXV. Excudebat Henricus Stephanus, illuſtris viri Huldrici Fuggeri Typographus. Fol. [I.]

Praemittitur epiſtola Elizabethae Anglorum Reginae dicata, et ſcripta Genevae 1564. ſive prioris editionis praefatio eadem, ſed initio et in fine aucta et quibusdam in locis mutata. *Ex hac Epiſtola:*

Annus jam agitur octavus, ex quo noſtram hanc Novi Teſtamenti verſionem (*hoc eſt anno* 1556.) additis annotationibus aggreſſus, aliquod ejus ſpecimen edidi. — — Veterem interpretem Eraſmus merito in eo reprehendit, quod unum idemque vocabulum ſaepe diverſis modis explicet. — — Deinde quam immerito multis locis illum reprehendit, tanquam a Graecis diſſentientem? Diſſentiebat, fateor, ab iis exemplaribus quae ille nactus erat: ſed non uno loco comperimus aliorum codicum et quidem vetuſtiſſimorum authoritate eam interpretationem niti, quam ille reprehendit. Quin etiam aliquot Locis animadvertimus veteris interpretis lectionem, quamvis cum noſtris graecis exemplaribus interdum ei non conveniat, tamen ipſis rebus melius quadrare *quam verſionem Eraſmi:* nempe quod ille, quisquis fuit, emendatius aliquod exemplar nactus eſſet. Praeterea quisquis ex veterum ſcriptis aut Graecis aut Latinis iſta emendanda ſuſceperit, niſi admodum attente et conſiderate id faciat, omnia certe corruperit potius quam emendarit. — — Studui autem imprimis ut non modo a Graecis, ſed etiam a recepta jam olim editione quam minimum deflecterem. Verborum proprietatem adeo ſtudioſe ſum ſectatus, ut etiam a Synonymis, quoad ejus fieri potuit, lubens abſtinuerim. Singula graeca vocabula eodem ubique modo exprimere ſtudui, niſi cum diverſa fuit ſignificatio, aut peculiaris aliqua ratio incidit: quam et ipſam breviter plerumque annotavi. Hebraiſmos tum in ſingulis dictionibus, tum in ſenſibus integris plurimos obſervavi; praeſertim Antonii Cevalerii diligentia ac eruditione adjutus, ut, quae ſunt hujus generis, non mihi, ſed illi debeantur. In ipſis porro Hebraiſmis latine exprimendis aliquoties malui non ſummam habere latinitatis rationem, quam temere Caſtellionis exemplo quicquam audere. — — Deinde cum in illis explicandis non ſemper conſentiant doctiſſimi etiam ſcriptores, ſatius eſſe exiſtimavi, integra omnia interdum relinquere, quam committere, ut illata in ipſum contextum una interpretatione, alias omnes viderer rejeciſſe. Neque tamen nobis religio fuit in annotationibus illuſtrare quae obſcurius dicta videbantur, et quid potiſſimum ſequeremur, paucis indicare. In ipſis autem annotationibus ſtudui ut nihil prorſus appareret ad oſtentationem compoſitum, quum alioquin multae

Bezae ed. II. Recognit. I. ſeſe liberius exaltandi occaſiones offerrent. Itaque Verborum et formularum interpretatione contentus, addidi exempla ex profanis authoribus petita, non quoties licuit, ſed quoties (meo judicio) ita neceſſe fuit. — In his autem omnibus concinnandis, cum Vallae, Stapulenſis, Eraſmi annotationibus, etiam veterum tum Graecorum tum Latinorum et recentiorum quoque doctiſſima ſcripta diligenter contuli, a quibus me plurimum adjutum eſſe ultro profiteor: quanquam ne his quidem aut illis ita fui addictus, ut meum judicium libere non ſim ſequutus. Ad haec omnia acceſſit exemplar ex Stephani noſtri Bibliotheca cum viginti quinque plus minus manuſcriptis codicibus, et omnibus pene impreſſis, ab Henrico Stephano ejus filio quam diligentiſſime collatum; quae res una prae caeteris me in pleriſque ſublevavit.„ *Huc uſque praefatio.*

Henricus Stephanus notatis a Roberto Stephano patre ſuo ad oram editionis nobiliſſimae N. T. graeci anni 1550. lectionibus variantibus Editionis Complutenſis ut quindecim mſſ. exemplarium, adjecerat variationes aliorum decem codicum et Editionum pene omnium quae Stephanicam praeceſſerant. Hoc exemplar Robertus Theodoro Bezae ſuo, qui novam jam verſionem et annotationes in N. T. moliebatur, in manum tradidit; isque tanto Theſauro mirifice ſe in opere iſto adjutum profitetur. Ecquis vero ipſe uſus harum lectionum? Adhibet eas ſcilicet ad explicandos ſcripturae ſenſus ſeu etiam ὑποθέσεις ſuas ſtabiliendas: raro ad eruendum, cui potiſſimum inſerviebant, ſacri codicis textum genuinum. de hoc enim parum laborat: et ubi de lectionis cujuspiam αὐθεντίᾳ forte agit, oſtendit, quam nihil fere in his rebus viderit, vir alias eruditus et perſpicax r).

[Variis exemplis comprobat *Millius* judicium ſuum de hac editione Bezana, ad annotationes ejus inprimis provocans. Nec a vero plane alienum eſt, quamvis in inſequentibus editionibus *Beza* quoque ſtudioſe in textum graecum inquiſiverit, ut ope MStorum Codicum illum caſtigatiorem redderet. Differunt enim ipſae ejus inter ſeſe ratione lectionum variantium adhibitarum editiones. Textus in hac editione eſt Stephanicus, adjunctamque habet ad latus tum verſionem veterem Vulgatam, tum novam a *Beza* confectam, una cum ejus annotationibus. Uti *Beza Eraſmum*, *Caſtalionem* et veterem Interpretem ſaepiſſime ſub cenſuram vocavit, ita et ipſe varios cenſores invenit, viros magnae eruditionis et famae, qui eum vel laudarunt vel reprehenderunt s).

Edit. Bezae III. Rec. II.

Edit. Bezae III. Recogn. II.

[II.] * Jeſu Chriſti D. N. Novum Teſtamentum ſive novum Foedus. Cujus graeco contextui reſpondent interpretationes duae: una vetus: altera nova Theodori Bezae, diligenter ab eo recognita. Ejusdem Th. Bezae Anno-

r) *Millius* proleg. p. 130. *Le Long* p. 211. col. 1. C. — p. 212. col. 1. C.

s) Omnium primo hic nominandus venit *Johannes Boiſius*, qui in collatione Veteris interpretis cum Beza aliisque recentioribus, Londini 1655. 8. Vulgatam contra cenſuras Bezanas defendit. Accedunt *Druſius*, Daniel *Heinſius* in exercitationibus ſacris, Lugdun. Bat. 1639. fol. et Cantabrigiae 1640. 4. *Pricaeus* aliique. Summa laude *Bezam* proſequitur *Joh. Henr. Hottingerus* Biblioth. quadripartit. lib. 1. c. 4. p. 167. Conf. de hac editione *Knochii* Nachrichten p. 391. *Wetſtenii* proleg p. 377. *Pritii* introd. p. 394. *J. D. Michaelis* Einleitung Tom. 1. p. 699. *Walchius* p. 41. Catal. Biblioth. Süsmilchii p. 12. *Maittaire* annales Tom. 3. Part. 2. p. 733. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 29. Index Bibl. Wernig. p. 22.

Digitized by Google

Annotationes, quas itidem hac tertia editione recognovit, et acceſſione non parva locupletavit. Reſponſio ejusdem ad Seb. Caſtellionem, in qua multi Novi Teſtamenti, et harum in ipſum annotationum loci accuratiſſime excutiuntur, ſeorſim excuſa proſtat. Anno MDLXXXII. (Genevae typis Henrici Stephani.) Fol. Edit. Bezae III. Rec. II.

Lectori Beza: Quid ſit a nobis in hac tertia hujus voluminis editione praeſtitum, ſic paucis cognoſce. Hos novi foederis libros, non modo cum variis ſeptemdecim Graecorum codicum a Rob. Stephano citatorum lectionibus rurſum contulimus, ſed etiam cum Syra interpretatione. „ *Deinde mentionem facit codicis vetuſtiſſimi, quem Academiae Cantabrigienſi dono dedit, et codicis Claromontani*, ex quibus, *inquit*, plurima non parvi momenti obſervavimus. Denique in latina interpretatione noſtra paucula quaedam facere meliora ſtuduimus: in annotationibus quaedam, partim ab amicis admoniti, partim judicio noſtro emendavimus, multa prius non animadverſa ſuis locis adjecimus, etc. „ Beza in annotationibus licet vitium unum et alterum correxerit, caetera tamen mordicus tuetur, ac nova inſuper addit, et quidem fere ex auctoritate Codicum duorum eximiae vetuſtatis (*ſc. Cantabrigienſis poſtea dicti, et Claromontani*) et verſionum, quibus ſe in ſecunda hac annotationum Editione locupletatum fuiſſe gloriatur. „ t)

[Oliva in fronte libri Typographum *Henricum Stephanum*, quamvis nomen ejus nullibi expreſſum legatur, ſatis prodit. Praemittitur et huic editioni, quae tertia eſt, illa ad *Eliſabetham* Angliae Reginam epiſtola, qua ſecundam editionem illi inſcripſerat. Secunda vero vice textum, verſionem et annotationes *Beza* recognovit, uti ipſe in praefatione teſtatur, adjutus Codicibus MStis, de quibus jam ſupra Sect. I. §. XXIX. quae ad notitiam illorum pertinent, annotavimus. u)

Edit. Bezae IV. Recognit. IV. Edit Bezae IV. Rec. IV. [III.]

* Teſtamentum novum, ſive novum Foedus Jeſu Chriſti D. N. cujus graeco contextui reſpondent interpretationes duae; una vetus, altera Theodori Bezae, nunc quarto diligenter ab eo recognita: ejusdem annotationes, quas itidem hac quarta editione adcurate recognovit, et acceſſione non parva locupletavit, ut docebunt Aſteriſci margini appoſiti, nec non ejus ad lectorem epiſtolium. Haec quarta editio, propter acceſſiones non paucas, duos indices novos habet, quorum prior priori parti, poſterior poſteriori ſubjunctus eſt. Seorſim edetur recenſio earundem in diverſis novi Teſtamenti locis vocum (vulgo concordantiae novi Teſtamenti) cui etiam operam multum lectori profuturam idem Theodorus Beza et quidam alii impenderunt. M.D.LXXXIX. fol.

Chriſtiano Lectori Theodorus Beza etc. Annus agitur ſextus, ex quo C. L. quid ſit a nobis in tertia hujus voluminis editione praeſtitum, ſic paucis declaravi. Hos novi Foederis libros non modo cum variis 17. Graecorum Codicum etc. Haec tum ego — — Quartam autem hanc editionem idem a me expreſſit juvandae magis ac

t) *Millius* proleg. p. 151. *Le Long* p. 213. col. 2. D. — p. 214. col. 1. A.
u) *Walchius* p. 42. *Wetſtenius* p. 377. *Michaelis* l. c. *F. G. Freytagii* analecta litteraria p. 951. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 784. *J. M. Goezius* l. c. p. 31.

Digitized by Google

Edit. Bezae IV. Rec. IV.

ac magis Eccleſiae ſtudium. — — Rurſum igitur illa omnia placuit quarto conferre; diſpicere, et diligentius etiam quam unquam antehac expendere. Obſervavi quoque locos non paucos tum ex veterum Graecorum et Latinorum Patrum tum ex eruditorum noſtri ſeculi ſcriptis. Contuli quoque multa cum Sanctis Pagnini theſauro (*ex editione anni* 1577.) Admonuit etiam me de non paucis Joannes Druſius — non nihil aeque me adjuvit Joannes Piſcator. etc. Genevae. 1588. „ x)

[Ex *Henrici Stephani* typographia iterum prodiit hoc opus, uti ejus Oliva teſtatur: Haud paucis vero exemplaribus annus MDLXXXVIII. eſt adſcriptus, quo anno editio eſt exſcripta, cujusmodi exemplar ad manus eſt. Nota anni eum in finem mutata eſſe videtur, ut haec nova editio eo facilius ab iterata editione tertia, quam eodem anno 1588. *Jacobus Stoer* in folio procuravit, diſcerni queat. Quarta vocatur editio, in relatione ad primam, ſed non ſatis accurate quarta recognitio laudatur, nam revera eſt tertio facta recognitio; interim et hoc propter editionem *Stoeri* factum eſſe conjicio. y)

Edit. Bezae V. Rec. ult. [IV.]

Edit. Bezae V. recognit. ult.

* Jeſu Chriſti Domini Noſtri Novum Teſtamentum, ſive novum Foedus, cujus Graeco contextui reſpondent interpretationes duae: una vetus; altera Theodori Bezae. Ejusdem Th. Bezae annotationes, in quibus ratione interpretationis vocum reddita, additur ſynopſis doctrinae in Evangelica hiſtoria et Epiſtolis Apoſtolicis comprehenſae, et ipſe quoque contextus quaſi brevi commentario explicatur. Omnia nunc demum ultima adhibita manu quam accuratiſſime emendata et aucta, ut quodammodo novum opus videri poſſit. (Sumptibus Haered. Euſtat. Vignon.) M. D. XCVIII. fol.

Cum nova praefatione et nova Epiſtola Elizabethae Anglorum Reginae etiam dicata.

„Chriſtiano Lectori Th. Beza. Annus agitur quadrageſimus ſecundus, ex quo Novi Teſtamenti latinam interpretationem ſum aggreſſus. (*ſcilicet anno* 1556.) Graeco contextu non modo cum novemdecim vetuſtiſſimis (*ſeptemdecim ſcilicet Henr. Stephani, Bezano et Claromontano*) quam plurimis mſc. et multis paſſim impreſſis codicibus, ſed etiam cum Syra interpretatione collato, et quam optima potui fide ac diligentia, partim cum veterum graecorum et latinorum patrum ſcriptis, partim cum recentioribus Theologorum verſionibus et variis enarrationibus comparato. — — Ita igitur factum, ut quater iſtud a me fuerit editum, novis ſemper acceſſionibus valde locupletatum, dum paucula quaedam in ipſo contextu facere meliora ſtudeo, in annotationibus quaedam, partim ab amicis admonitus, partim judicio ipſo meo, emendo; quaedam prorſus tollo: multa prius a me non animadverſa adjicio: — — tantum abſum ab eo ut toties innovatae iſtius rei me poenituerit, ut in hac quinta hujus operis editione eandem, imo etiam pene majorem, quam unquam antea, operam, diligentiam, fidem adhibuiſſe me minime pudeat. Immo nunc quoque libens agnoſcam, ac profitear a me, neque tanti operis magni-

x) *Le Long* p. 214. col. 2. A.

y) *Nachrichten v. e. halliſchen Biblioth.* Vol. 4. p. 195. *Knochii* Nachrichten p. 407. *Pritius* p. 394. *Wetſtenius* l. c. *Michaelis* l. c. *Freytagii* analecta p. 952. *Walchius* l. c. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 800. *J. M. Goezius* l. c. p. 31.

magnitudini, neque meo ipſius ſummo deſiderio, quamvis non paucorum vere amico- Edit. Bezae rum opera adjuto, eſſe ſatisfactum. Inter hos autem, duos nominatim hoc loco V. Rec. ult. recenſeam (*ſc. Joan. Piſcatorem et Tuſſanum Berchetum*) — mecum omnia communicare ſuſtinuerunt, — — ut profiteri minime verear, non parvam iſtius quintae, et ut ſpero, ultimae futurae editionis partem, illorum eruditioni et candori deberi. Quid plura? Hanc ipſam editionem, dum adhuc ſub prelo eſſet, non paucis in locis, et in ipſo contextu, et in annotationibus, nonnullis partim notatis, partim detractis, partim adjectis, recognovi. etc. Genevae. 1598. „

Per illam editionum varietatem factum eſt (*inquit Kortholtus* [z])) ut annotationes interdum verſioni parum reſpondeant, imo aperte ſibi adverſentur. „ [a])

[Spei et voti ſui compos factus eſt *Beza*, qui octogenarius hanc prelo adaptavit editionem eamque ultimam. Recedit editor, obſervante *Wetſtenio*, ab editione Stephanica in verſione et notis, locis circiter ducentis, quorum quinquaginta in ipſum textum recepit; ſexcentis vero minimum locis lectionem receptam dubiam facit, eique alias, aut ſingulas aut ſubinde plures aequiparat. Accentus, ſpiritusque, commata etiam et diſtinctiones, pro lubitu immutavit, quoties ita planiorem ſenſum effici exiſtimabat. Neque raro etiam ſententia mutata ſecundis curis priora refingit atque retractat. Accedunt huic editioni praeter epiſtolam nuncupatoriam, duo indices, uti quartae jam additae fuere editioni. Quinque hae ſunt editiones majores, quae ipſi *Bezae* adſcribendae ſunt. [b])

§. XXXVII.

Edit. iteratae.

Edit. iterat.

* Novum Teſtamentum graeco-latinum ex vulgata verſione, et nova Bezae, cum ejus annotationibus ex editione tertia. Genevae Jacobi Stoer. 1588. fol. [c]) [I.]

[Recenſitis haetenus editionibus N. T. majoribus, quas ipſe *Beza* prelo adaptavit, ſubjungimus, antequam ad minores progredimur, editiones illas, quas aut inſcio aut invito, aut non amplius ſuperſtite editore, alii recuſas dederunt Typographi. Quorum in numero prima eſt editio a *Jacobo Stoer* Genevae exſcripta, quae editionem tertiam anni 1582. §. XXXVI. repraeſentat, et cum editione *Bezae* quarta eodem anno in vulgus exiit.

* Jeſu Chriſti Domini noſtri Novum Teſtamentum, ſive Novum Foedus, cujus graeco contextui reſpondent interpretationes duae: una vetus; altera Theodori Bezae. Ejuſdem Th. Bezae annotationes, in quibus ratione interpretationis vocum reddita, additur Synopſis doctrinae in evangelica hiſtoria et Epiſtolis Apoſtolicis comprehenſae, et ipſe quoque contextus quaſi brevi commentario explicatur. Omnia nunc demum, ultima adhibita manu, ex collatione exemplarium omnium quam accuratiſſime emendata, et aliquantulum aucta. Acceſſit etiam Joachimi Camerarii [II.]

z) cap. 15. de variis ſcripturae ſacrae editionibus §. 30.

a) *Le Long* p. 215. col. 1. B.

b) *Knochii* Nachrichten p. 417. *Wetſtenius*, *Biblioth. Sacr. Pars I.* *Walchius*, *Pritius*, *Michaelis* ll. cc. *Goezius* l. c. p. 32.

c) *Le Long* p. 214. col. 1. E.

Edit. iterat.

merarii in Novum Foedus commentarius, in quo et figurae ſermonis, et verborum ſignificatio et orationis ſententia, ad illius foederis intelligentiam certiorem tractantur. Cantabrigiae, ex officina Rogeri Danielis, almae Academiae Typographi. Anno Dom. MDCXLII. Et ſub ſigno Angeli, in vico Lumbardenſi, (vulgo Lombardſtreet) Londini venales proſtant. Fol.

Omnium Bezanarum optima editio, at minoris literae. „ *Ex monito ad lectorem:* Poſtremam Bezae editionem ſecuti ſumus, utpote in quam ultimas curas, adeoque optimas Author impenderat. In qua elaboranda tantum adjecit, ut jam novum opus videri poſſit. Nonnulla, fateor, ex prioribus editionibus adjecimus, quod tamen nulla temeritate, ſed neceſſitate a nobis factum putes. — Bezae comitem adjunximus Camerarium tum ob paritatem materiae, tum ut aliquid ſaltem auctarium et ἐπίμετρον adderemus ad priores editiones, verſuum diſtinctionem et indicem de novo appoſuimus. „ d)

[Recuſam dedit Editor recentiſſimam *Bezae* editionem; quae vero e praecedentibus inſerenda judicavit, uncinulis diſtinxit. Praemittitur duplex epiſtola nuncupatoria Anglorum Reginae inſcripta ex editionibus annorum 1564. et 1598. cum praefatione *Bezae* ultima. Textus et verſiones ita diſponuntur, ut *Bezae* verſio medium occupet locum, marginem vero occupant loca parallela, et inferiorem paginarum partem annotationes, quibus ad calcem index ſubjungitur. *Joachimi Camerarii* lucubrationes prodiere ſeorſim: *Notatio figurarum ſermonis in quatuor libris Evangeliorum, indicata verborum ſignificatione et orationis ſententia: Lipſiae* 1552. 8. et acceſſionibus locupletata. ibid. 1572. 4. *Notationes figurarum ſermonis in ſcriptis apoſtolicis, in libro praxeon et Apocalypſeos. Lipſiae* 1556. 8. et 1572. 4. Uterque liber ad calcem adjectus eſt ſub rubro: *Commentarius in novum foedus elaboratus, nunc demum plurimum illuſtratus et locupletatus cum novo Teſtamento ac Theodori Bezae annotationibus.* Cantabrigienſem hanc Commentarii *Camerarii* editionem recuſam dederunt Francofurtenſes A. 1712. e)

Edit. Bezae minores.

§. XXXVIII.

Edit. Bezae minores.

[I.] * Jeſu Chriſti D. N. Novum Teſtamentum, ſive novum Foedus, graece et latine, Theodoro Beza interprete. Additae ſunt eodem authore ſummae breves doctrinae unoquoque Evangeliſtarum et Act. Apoſtolicorum loco comprehenſae. Item Methodi Apoſtolicarum Epiſtolarum explicatio. Ejusdem ad illuſtriſſ. Principem Ludovicum Borbonium Principem Condenſem et gallicam nobilitatem verum Dei Evangelium amplexam praefatio, in qua de Verbi ſcripti autoritate et vera ejus interpretatione diſſeritur. Anno MDLXV. Excudebat Henricus Stephanus, illuſtris viri Huldrichi Fuggeri Typographus. 8. f)

[Eodem

d) *Le Long* p. 218. col. 1. E.

e) *Baumgartenii* Nachrichten, Vol. 8. p. 8. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 571. *Freytagii* analecta p. 956. *Joh. Alb. Fabricius* Vol. 3. p. 189. *Walchius* p. 42. Index Bibl. Wernigerod. p. 26. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 11. *Goezius* l. c. p. 33.

f) *Le Long* p. 212. col. 1. C.

Digitized by Google

[Eodem anno, quo major editio ſecunda §. XXXVI. cum annotationibus majoribus in lucem exiit, et haec minor curante ipſo *Beza* expreſſa eſt. Sic enim in epiſtola nuncupatoria de majori opere loquens: „Sed quum ſpiſſum illud opus et valde, quod expertus profecto loquor, laborioſum ſub incudem revocatum, et denuo excuſum, ſic viderem excreviſſe, aut eo non ſatis commode plerique uti poſſent, curavi ut abſque illis annotationibus ſeorſim excuderetur.„ Annotationum loco ſubſtituit annotatas breves doctrinae ſummas in hiſtoricis narrationibus, et explicationem ſcopi et ſeriei argumentorum in Epiſtolis, ut methodus intelligi et omnibus ordine diſtributis genuinae expoſitiones cognoſci poſſint. Epiſtola ipſa Genevae Calendas Martias anno M. D. LXV. data eſt. g) Edit. Bezae minores.

* Jeſu Chriſti D. N. Novum Teſtamentum, gr. et lat. Theodoro Beza interprete. Additae — — differitur. Anno M. D. LXVII. Excudebat Henricus Stephanus, illuſtris viri Huldrichi Fuggeri typographus. 8. h) [II.]

[Editio minor ſecunda, cum eadem epiſtola nuncupatoria. Ad calcem, ex ipſius interpretis conſilio, Symbolum Apoſtolicum, et quatuor illorum univerſalium conciliorum quas vocant πίστεως ἐκθέσεις, veluti evangelicae doctrinae ſummas, adjecit, quibus etiam celebre illud Athanaſii Symbolum, Niceni expoſitionem inſeruit Typographus. i)

* Jeſu Chriſti D. N. novum Teſtamentum gr. et lat. Theodoro Beza interprete. Additae ſunt ab eodem ſummae — — Epiſtolarum explicatio. Huic autem tertiae editioni, praeter quorundam locorum recognitionem, acceſſerunt breves difficiliorum phraſeων expoſitiones, et aliae quaedam annotatiunculae, cum ex majoribus ipſius Bezae annotationibus tum aliunde excerptae opera eorum, qui in typographi epiſtola nominantur. Anno MDLXXX. 8. [III.]

„Typographus Lectori. Quoniam multi, qui tertiam hanc Novi Teſtamenti editionem multo ſuperioribus locupletiorem eſſe audient, omnia quae ad ejus locupletationem contulimus, animadvertere ſtatim non poterunt. Sic igitur habeto Lector. Quum Loſelerius Villerius ad ea quae binae editiones ſuperiores habebant, phraſεων et quorundam etiam difficilium locorum expoſitionem partim ex majoribus Bezae ipſius annotationibus, partim ex Joachimi Camerarii notis addidiſſet, his quoque adjici multa poſſe, in his pleraque poſſe emendari: dignam eſſe hanc tertiam editionem putavi, quae non ſolum illam Villerii acceſſionem, verum et aliam ſibi propriam exhiberet. Dum igitur commodum in Johannem Cherpontium incidiſſem, meumque illi conſilium communicaſſem, oſtendit mox ex parte jam navatam a ſe, quam navari cupiebam etc. k)

[Tertiae huic editioni addita eſt ad *Bezae* verſionem Verſio Vulgata et appendix ſecundae editionis. Quae typographus *Henricus Stephanus* de *Villerio* et *Cherpontio* refert, Jacobum *Le Long* eo induxerunt, ut titulo libri notam: *opera Loſe-*

g) *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 732. Index Bibl. Wernig. p. 22.

h) *Le Long* p. 212. col. 1. D.

i) *Baumgartenii* Nachrichten, Vol. 4. p. 385.

k) *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 739. Index p. 23.

l) *Le Long* p. 213. col. 2. A.

Edit. Bezae minores. *Loſelerii Villerii* et *Joannis Cherpontii*, adſcriberet. Fallitur vero in hoc aſſerto. Edidit *Villerius* Londini 1573. Verſionem *Bezae* latinam, ſine textu graeco, eamque *Henrico* Comiti Hungtindoniae inſcripſit. Adjecit illi annotationes breves ex opere *Bezae* majori petitas, inſertis quibusdam maxime in IV. Evangeliſtas et Acta Apoſtolorum *Joachimi Camerarii* annotationibus. Haſce a *Villerio* excerptas annotationes editor adjecit, una eum ejusdem epiſtola nuncupatoria ad *Henricum* Comitem. Reliqua addidit *Cherpontius*. l)

[IV.] * Novum Jeſu Chriſti Teſtamentum graece et latine Theodoro Beza interprete. Additae ſunt ab eodem — epiſtolarum brevis explicatio. Huic autem quartae editioni, praeter multorum locorum — aliunde excerptae. Anno ıↄ cıↄ xc. 8. maj. m)

[Oliva *Euſtathii Vignonii*, cujus et Haeredes ultimam *Bezae* majorem expreſſerunt editionem §. XXXVI. in fronte Libri conſpicitur. Praecedens quidem editio accurate una cum *Villerii* annotationibus expreſſa eſt, ſervatis epiſtolis nuncupatoriis *Ludovico* Bourbonio, et *Henrico*, Comiti Huntingdoniae inſcriptis, eliminata tamen typographi praefatione et verſione latina vulgata. n)

[V.] * Novum Jeſu Chriſti Teſtamentum, graece et latine Theodoro Beza interprete. Additae ſunt — brevis explicatio. Huic autem quintae editioni praeter multorum virorum recognitionem — aliunde excerptae. Anno M.DC.IIII. 8. maj. o)

[Praecedens accurate iterum exſcripta eſt editio; nihil additum, nihil mutatum. Duplex vero exſtat editio, quae in rubro quinta vocatur; utraque enim in ſe diverſa ad manus eſt. p)

[VI.] * Novum Jeſu Chriſti Teſtamentum, graece et latine, Theodoro Beza interprete. Additae ſunt — — epiſtolarum brevis explicatio. Huic autem quintae editioni praeter multorum locorum — excerptae, opera eorum, qui in typographi epiſtola nominantur. Cum duplici interpretatione. Apud Johannem Vignon. MDCXI. 8. q)

[Ad editionem anni 1580. recuſa eſt haec editio, praemiſſis iisdem, epiſtola *Bezae*, praefatione *Villerii* et carmine *Henrici Stephani*. Praefatio typographi hic iterum addita eſt, ſed ita ut ad quintam editionem immutata ſit. Appendix vero ſecundae et tertiae editionis hic deſideratur. Duae ſunt itaque editiones, quae *editio quinta* vocantur. r)

§. XXXIX.

l) Nachrichten von einer hall. Biblioth. Vol. 4. p. 197. *Walchius* p. 42. *Freytagii* analect. p. 952. Index Bibl. Wernigerod. p. 23. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 779.

m) *Le Long* p. 214. col. 2. C.

n) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 99. *Knochii* Nachrichten p. 486. *Reimmanni* catal. p. 237. Ad annum 1594. duas recenſet *Le Long* Novi Teſtamenti graeco-latini *Bezae* editiones, *Franecquerae* typis *Radaei*, 12. et Francofurti, 24. Utraque vero non graecum textum, ſed tantummodo latinam *Bezae* verſionem ſiſtit.

o) *Le Long* p. 215. col. 2. E.

p) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 480. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 48.

q) *Le Long* p. 216. col. 1. B.

r) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 41. n. 88.

Digitized by Google

§. XXXIX.

Edit. Amſtelodamenſ. Ed. Amſtel.

* D. N. Jeſu Chriſti Teſtamentum novum gr. lat. Theodoro Beza interpr. prioribus editionibus multo accuratior et a multis mendis expurgatum. Amſterodami ſumptibus Henric. Laur. 1626. 8. [s]) [I.]

[Ad eadem: *Lugduni Batavorum*, *typis Joannis Cornelii Wourdani Anno* 1626. Bibliopola *Henricus Laurentius* epiſtolam praemiſit, ex qua ſequentia notanda ſunt: — In textu graeco ſecuti ſumus eum, qui anno 1624. Lugduni prodiit, cui non pauci viri eruditione et pietate praeſtantes profuere, qui ad regium exemplar, et optimas quasque editiones eum cum cura expreſſerunt. — — Huic ex adverſo Theodori Bezae interpretationem adjunximus. — Eſt autem haec edita anno 1573. éique, prout ex praefatione videre eſt, praefuit vir doctiſſimus Loſelerius Villerius. — Ne vero moles voluminis nimium excreſceret, argumenta capitum prolixiora omiſimus, ſingulisque duntaxat quaedam quaſi breviaria ſive ἀκρόςιχα praefiximus, à Doctiſſimo Gemma Fabro olim ita conſcripta, ut quid quoque capite contineatur, memoriae juvandae cauſa, uno intuitu conſpici poſſet.„ Differunt itaque editiones Amſtelodamenſes vario modo a praecedentibus, ratione textus, qui ad Elzevirianam primam eſt formatus, ratione annotationum, quae prorſus eliminatae ſunt; et ratione argumentorum, quae breviora ſunt. Loca parallela in margine exteriori ſunt notata. Sequentes editiones eandem habent praefixam epiſtolam. [t])

* D. N. Jeſu Chriſti Teſtamentum novum gr. lat. Theodoro Beza interpr. — Amſterodami ſumptibus Henrici Laurentii. 1643. 8. [u]) [II.]

* D. N. Jeſu Chriſti Teſtamentum novum gr. lat. Theodoro Beza interpr. — Amſterodami. Sumptibus Henrici Laurentii. 1647. 8. [x]) [III.]

Editio nitidiſſima. [Monitum Typographi, ex quo *Le Long* nonnulla hoc loco profert, jam ſupra exſcripſimus.]

§. XL.

Edit. Tigurinae. Edit. Tigur.

* Ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Novum Teſtamentum Domini noſtri Jeſu Chriſti graeco-latinum, Theodoro Beza interprete. Editio nova et accurata. Tiguri ex typographeo Bodmeriano. MDCLXIII. 8. [y]) [I.]

[Prior editio anni 1661. graecum habet textum ſine verſione latina. Succeſſit ei haec graeco-latina, quae ſine ulla praefatione aut editoris monito in vulgus exiit. Altera columnarum textum, altera verſionem exhibet, adjectis in margine locis parallelis. Singulis capitibus diſtichon latinum praemittitur. [z])

* Ἡ καινὴ διαθήκη. — Theodoro Beza interprete. Editio nova et accurata. Tiguri ex Typographeo Bodmeriano. MDCLXXI. 8. [a]) [II.]

s) *Le Long* p. 217. col. 2. B.

t) *Millius* proleg. p. 138. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 52.

u) *Le Long* p. 218. col. 2. B.

x) *Le Long* p. 218. col. 2. C.

y) *Le Long* p. 220. col. 2. B.

z) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 101.

a) *Le Long* p. 220. col. 2. C. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 103. Index Bibl. Wernigerod. p. 27.

Digitized by Google

[III.] * Ἡ καινὴ διαθήκη. — Theodoro Beza interprete. Tiguri ex typographeo Bodmeriano. MDCCII. 8.

[IV.] Ἡ καινὴ διαθήκη. Theodoro Beza interprete. Tiguri ex typographeo Bodmeriano. MDCCIIX. 12. b)

N. T. gr. c. Verſ. Caſtellionis.

§. XLI.

N. T. gr. c. Verſ. Caſtellionis.

Inter ſacri textus interpretes *Sebaſtianus Caſtellio* non infimum occupat locum, qui, cum alios videret a latinae linguae puritate aliquantum recedere, ut textum ſacrum eo melius exprimerent, eo omnem intendit nervum, ut puro et nitido ſermone latino ea exprimeret, quae in ſacris litteris leguntur. Quo vero factum eſt, ut elegantiam ſermonis quaerens, a vero et genuino fontium ſenſu receſſerit. Prodiit Verſio integri codicis ſacri ab ipſo verſi prima vice Baſileae 1551. fol. ex officina *Oporini*. Inter editiones N. T. tres recenſentur, quae cum textu graeco hujus verſionem junctam habent; quarum vero nullam ipſe procuravit, ſiquidem jam anno 1563. ex hac vita deceſſit.

[I.] * Novum Teſtamentum gr. lat. ex verſione Sebaſtiani Caſtalionis. Venetiis. 1583. 8. c)

[II.] * Novum Teſtamentum — — Caſtalionis. Antwerpiae 1584. 8. d)

[III.] * Novum Teſtamentum — Caſtalionis. Lipſiae 1591. 8. e)

§. XLII.

Denique ad recentiſſimos interpretes progredimur, qui Eccleſiae Lutheranae cives ſacrum textum latinitate donarunt. Duo ſunt viri de eccleſia noſtra optime meriti, qui hic in cenſum veniunt. Alter eſt *Eraſmus Schmidius* Wittebergenſis, qui Bezanam verſionem adeo recognovit, ut omnino nova dici mereatur. Alter eſt *Sebaſtianus Schmidius* Argentoratenſis, cui integri codicis ſacri verſionem debemus. Neuter illorum ſacrum textum cum verſione edidit, nam prior quo minus id fieret, morte eſt impeditus; poſterior vero ſolam edidit fontium latinam verſionem, cui recentioribus temporibus textus authenticus additus eſt. De codice hebraeo-latino jam ſupra Cap. I. Sect. III. §. IX. loquuti ſumus. Supereſt ut et codicem Novi Teſtamenti graeco-latini recenſeamus.

Edit. Eraſmi Schmidii.

§. XLIII.

Edit. Eraſmi Schmidii.

* Eraſmi Schmidii opus ſacrum poſthumum: in quo continentur verſio novi Teſtamenti nova, ad graecam veritatem emendata, et notae ac animadver-

b) Catal. Bibl. Baumgart. p. 78. n. 96. Index Bibl. Wernigerod. p. 30. Eodem anno et Lipſiae N. T. gr. lat. Bezae recuſum eſſe, refert Cl. *Lorckius*, de quo vero nihil compertum habeo.

c) *Le Long* p. 214. col. 1. B. *Walchius* p. 44.

d) iid. ibid.

e) iid. ibid.

Digitized by Google

adverſiones in idem: quibus partim mutatae alicubi verſionis redditur ratio, partim alia neceſſaria monentur. Accedit ſacer contextus graecus cum verſione veteri, nec non index rerum et verborum locupletiſſimus. Itemque auctoris orationes de Sibyllis, multum hactenus deſideratae. Norimbergae ſumptibus ac typis Michaelis Endteri. Anno CIↃIↃCLVIII. Fol. Edit. Eraſmi Schmidii.

Ex monito ad Lectorem: „Nae id locupletiſſima ſua eruditione, quam ex innumeris graecorum ſcriptorum ſolertiſſima lectione ſibi comparaverat, ſumma ſua cum laude et obtinuit jam Eraſmus Schmidius, et obtinebit doctiſſimo ſuo in novum Foedus commentario; ex quo dum plurima, quibus authentici textus puritatem, quem σολοικίζειν nonnulli opinantur impie, aſſertum doctiſſime, et vocum derivationes, emphaſes, diverſamque conſtructionis conjecturam evolutum enucleatumque ibat etc.„

Hic novam (*inquit Kortholtus f*)) adornavit, eamque accuratiſſimam Teſtamenti novi verſionem, additis animadverſionibus, quibus partim mutatae alicubi Bezanae translationis ratio redditur, partim notis ipſius occurritur. „ *g*)

[Non opus eſt affectum, quamvis poſthumum. Nam Auctor die 30. Augusti menſis anno 1637. operi colophonem impoſuit; eodemque die morbo ultimo et lethali ſuccubuit. Sed lucem demum vidit anno 1658. Poſt epiſtolam nuncupatoriam *Carolo Guſtavo*, Svecorum Regi inſcriptam, ſequitur brevis *Jacobi Welleri* praefatio Francofurti ad Moenum e diverſorio data. Textus graecus adeo eſt *Bezanus*, ut vix vicies ab illo receſſerit, editionem *Stephani* aut annotationes *Bezae* ſequutus, aut etiam conjectura inductus Editor. Verſionem N. T. quod attinet, omnino eſt *Bezae* verſio, ſed Editor ſingula accurate examinavit, quae ipſi dubia vel falſa viſa ſunt, immutavit, emendavit et expolivit; ut verſio nova appellari poſſit. Annotationes ſunt vel philologicae vel criticae, et haud raro polemicae, quae contra *Bezam* diſputant. *h*)

§. XLIV.

N. T. c. verſ. Seb. Schmidii. N. T. c. verſ. Seb. Schmidii.

Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti Libri omnes interprete Sebaſtiano Schmidio. Accedunt Summaria Capitum, ſelectiora loca παράλληλα, breviores Evangeliſtarum Apoſtolorumque delineationes et tabulae geographicae. Recenſuit Chriſt. Frider. Wiliſch, illuſtris Gymnaſii Fridericiani, quod Altenburgi eſt, Director. Cum Privilegio Reg. Polon. et Elect. Sax. Chemnitii apud Cunradum Stoeſſelium MDCCXVII. 8. [I.]

Non ipſe *Sebaſtianus Schmidius*, cujus verſio latina ſacri Codicis V. et N. T. Argentorati 1696. prodiit, hanc Novi Teſtamenti editionem procuravit, aut verſioni ſacrum textum junxit: ſed *Wiliſchius* novae textus graeci editioni *Schmidii* verſionem,

f) De variis ſcripturae editionibus c. 15. §. 31.

g) Hactenus *Le Long* p. 220. col. 1. D.

h) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 23. *Koecheri* Nachrichten p. 933. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 566. *Wetſtenii* proleg. p. 391. *Walchius* p. 44. *Joh. Fabricii* hiſt. Biblioth. Vol. 1. p. 39. *J. F. Buddei* iſagog. p. 1543. *J. G. Hagemanni* Nachrichten von Ueberſetzungen p. 143. *J. M. Goezius* l. c. p. 34. Index Bibl. Wernigerod. p. 26.

Digitized by Google

N. T. c. verſ. Seb. Schmidii. ſionem, una eum capitum ſummariis ex eodem opere Schmidiano deſumptis, adjunxit. Textus ad normam editionis *Leusdeni* eſt exſcriptus, ut voces, quae ſemel occurrunt, reliquae vero, ubi prima vice leguntur, nota diſtinguantur. Accedunt loca parallela columnae exteriori, quae verſionem ſiſtit, ſubjecta. Vitae vero Evangeliſtarum et Apoſtolorum ex Opere *Cavei* mutuo ſumptae ſunt. [i])

[II.] Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Novi Teſtamenti Libri omnes interprete Sebaſtiano Schmidio — Recenſuit Chriſt. Frider. Wiliſch — Chemnitii — 1730. 8. [k])

§. XLV.

Partes N. T.

Partes N. T.

Non integrum ſemper Novum Teſtamentum cum verſione in vulgus exiit: ſed et partes vel plures vel ſingulae, prout cuilibet viſum eſt editori, ſeorſim exſcriptae ſunt. Verum in recenſendis ſingulis N. T. partibus jam non eandem habebimus, uti in praecedentibus, verſionum rationem, ut quae ab uno eodemque auctore profectae ſunt, ſibi invicem conjungantur; ſed ſacrorum voluminum ordinem ſequuturi, in ſingulis, quo auctore confecta ſit, annotabimus.

§. XLVI.

Libri hiſtorici gr. lat.

Libri hiſtorici gr. et lat.

[I.] Novi Teſtamenti Libri hiſtorici graec. et lat. perpetuo Commentario ex antiquitate, hiſtoriis, philologia illuſtrati, quem praeter venerabilis Bezae, undique conquiſitae doctiſſ. virorum lucubrationes, ac prae coeteris inſigniores explicationes ſuppeditarunt. Adornante Balduino Walaeo, Foederat. Belgarum ad potentiſſ. Galliar. Regem legationi a ſacris. Praemiſſa eſt H. Stephani de ſtylo N. T. diſſertatio. Ad calcem vero adjecti ſunt Indices quatuor locupletiſſimi. Lugduni Batavorum. Ex officina et typographia Adriani Wyngaerden. MDCLIII. 4.

Ad normam auctorum claſſicorum, qui cum Notis Variorum prodiere, *Walaeo*, Novum Teſtamentum graecum, et quidem hoc in volumine, libros ejus hiſtoricos, in vulgus emittere viſum eſt. Junxit itaque in ſuperiori paginarum parte textui ſacro Verſiones duas latinas, alteram *Theodori Bezae*, alteram Veteris Interpretis. Inferiorem partem vero occupant commentarii variorum, in quibus, quorum lucubrationibus quam frequentiſſime uſus eſt, recenſentur *Iſaacus Caſaubonus*, *Joachimus Camerarius*, *Franciſcus Gomarus*, *Claudius Salmaſius*, *Daniel Heinſius*, *Johannes Camero*, et *Fridericus Spanhemius*; quibus data occaſione accedunt *Johannes Druſius*, *Joh. Seldenus*, *Ludovicus de Dieu*, et complures alii, quorum nomina hic exſcribere nimis longum foret. Opus nitide quidem eſt exſcriptum, ſed tentamen hocce, non eum, quem ſibi editor promiſerat, invenit applauſum. *Henrici Stephani* frugifera Diſſertatio editioni N. T. Anni 1576. adjecta erat. Conf. Sect. I. §. XLV. [l])

* Novi

i) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 105. *Walchius* p. 44.

k) Catal. Bibl. Baumgart. p. 42. n. 113.

l) *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 786. *Pfaffii* introductio in hiſt. litt. Part. 1. p. 145. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Comment. du N. T. p. 791.

Digitized by Google

* Novi Teſtamenti Libri hiſtorici graeci et latini perpetuo commentario — locupletiſſimi. Amſtelaedami apud Johannem Ravenſteinium, civitatis et illuſtris Scholae typographum. MDCLXII. 4. m) [II.]

[Non iterata, ſed eadem eſt editio, novo, ut novi ſpeciem habeat, ornata rubro.

§. XLVII.

IV. Evang. gr. lat. IV. Evang. gr. lat.

* IV. Evangelia graece ex editione Antwerpienſi an. 1572. et latine ex Vulgata, cum commentariis Franc. Lucae Brugenſis. Antwerpiae Moreti 1606—1616. IV. Vol. fol. n) [I.]

[Niſi ipſe *Le Long* Commentariorum *Lucae Brugenſis* in quatuor Evangelia mentionem feciſſet, nos hoc opus, quod majori jure ad numerum ſcriptorum exegeticorum referendum eſt, ſilentio praetermiſiſſemus. Jam vero ipſo praeeunte nonnulla de opere annotabimus. Commentarius in quatuor Evangelia prodiit Antwerpiae 1606. II. Vol. Praemittitur itinerarium Jeſu Chriſti Filii Dei e quatuor Evangeliſtis collectum. Ad calcem vero adjectus eſt tractatus de chaldaica ſacrae ſcripturae paraphraſi, quo et oſtenditur, quis paraphraſeos illius uſus, et plurima ſacrae ſcripturae loca enodantur, ſeu apologia pro chaldaico Paraphraſte. Acceſſit deinde Commentarii ſupplementum in S. Lucam et S. Johannem, Antwerpiae 1612. fol. et denique alter ſupplementorum tomus, qui reliqua S. Johannis complectitur. Textus graecus eſt Plantinianus, qui maxima ex parte Complutenſem ſequitur editionem, inſertis quibusdam in locis lectionibus Eraſmianis.

Johannis Clerici Harmonia Evangelica, cui ſubjuncta eſt hiſtoria Chriſti ex IV. Evangeliis concinnata. Acceſſerunt tres diſſertationes de annis Chriſti, deque concordia et auctoritate Evangeliorum. Amſtelaedami, ſumtibus Huguetanorum MDCXCIX. fol. [II.]

Splendidum hocce et pereruditum opus non ab omnibus editionibus ſacrorum Bibliorum adnumeratur. At quia integrum IV. Evangeliorum Textum continet, hoc loco minime praetermittendum eſt. Textus quatuor Evangeliſtarum graece et latine expreſſus per quatuor columnas eſt diſpoſitus, ita ut, ubi unicus tantummodo facta refert Evangeliſta, reliquae columnae vacuae ſint. Ubi vero duo vel tres eadem recenſent, verba illorum in duabus vel tribus columnis apponuntur. Latinam verſionem ipſe *Clericus* confecit, quam *Joh. Michael Langius*, at fine textu graeco, Altorfii 1700. 4. recudi curavit; hiſtoriamque Chriſti ad calcem adjecit, praemiſſa diſſertatione de potioribus ſcriptoribus Harmoniarum Evangeliſtarum. Id denique monendum eſt, nonnulla Exemplaria notam anni 1700. in fronte gerere, quamvis ſint ex una eademque editione o).

§. XLVIII.

m) *Le Long* p. 226. col. 1. C. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 27.

n) *Le Long* p. 226. col. 1. C. p. 875. col. 2. E. *Walchius* p. 627.

o) Acta Erudítor. Lipſ. A. 1699. p. 273. *Unſchuld. Nachrichten* A. 1701. p. 164. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 590. *Joh. Fabricii* hiſt. biblioth. Vol. 4. p. 101. *Joh. Fr. Buddei* iſagog. hiſt. theol. p. 1751. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 898. *J. G. Pritii* introduct. p. 224. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 37.

Edit. Joh. Pricaei.

§. XLVIII.

Edit. Joh. Pricaei.

* Joannis Pricaei Commentarii in varios Novi Teſtamenti libros: in quibus vulgatae verſionis, quam plurimis locis, prae quavis alia recentiore, ſermo purus latinusque oſtenditur: contextus graeci litera explicatur; ejusdem phraſeologia cum auctorum Ethnicorum locutionibus amoene comparatur; multorum difficilium locorum expoſitiones novae afferuntur, ſenſusque non ſolum ex chriſtianis eccleſiae antiquiſſimae doctoribus, ſed et ex graecis latinisque gentium ſcriptoribus ubique illuſtratur. His acceſſerunt annotationes in Pſalmorum librum, item in aliquot ſparſa capita novi Teſtamenti. Ad Sereniſſimum Principem Coſmum, magnum Principem Hetruriae. Londini, excudebat Jacobus Fleſher. MDCLX. Proſtant apud Cornelium Bec. Fol. p)

[Non omnes N. T. libros, ſed tantummodo *Matthaeum*, *Lucam*, *Johannis* cap. X. et XI. *Acta Apoſtolorum*, Epiſtolas *Pauli* ad *Timotheum*, *Titum* et *Philemonem*, Prioris Epiſt. ad *Corinth.* cap. XI, Epiſtolas *Johannis*, *Jacobi* et *Judae* et *Apocalypſin* ita illuſtravit *Pricaeus*, ut contextui graeco Vulgatam addiderit, et commentario tum textui tum verſioni novam addere lucem ſtuduerit. Jam antea nonnullas hujus collectionis partes ſeparatim evulgarat, ut Commentarium in *Matthaeum* Pariſiis 1646, Commentarium in Epiſtolam *Jacobi* eodem anno, et anno ſequenti Commentarium in *Acta Apoſtolorum*, quae ſingula cum aliis in hac collectione recuſa ſunt. Commentaria vero ipſa Criticis Anglicanis inſerta leguntur. Collectionem integram editionibus ſacris non adnumeraſſemus, niſi nobis *Jacobus Le Long* exemplo praeiviſſet q).

§. XLIX.

Johan. gr. l.

Johan. gr. lat.

[I.] * Evangelium S. Joannis gr. lat. Baſileae 1547. 8. r)

[II.] * Evangelium Joannis et Epiſtolae Apoſtolorum graece et latine ex verſione Jo. Cocceii. V. *ejus Opera* 1673. 1689. 1701. fol.

Ita *Le Long* s), quo duce has editiones albo editionum ſacrorum librorum inſcribimus. Diviſit *Coccejus* textum ſacrum in ſectiones minores, eique novam verſionem, ſubjuncto cuilibet ſectioni commentario ſatis amplo, adjecit. In Collectione operum *Cocceji*, Francofurti ad Moenum, typis et impenſis Balth. Chriſtoph. Wuſtii, A. MDCXXCIX. (1689) exſtat Evangelium Johannis tom. 4. p. 126 ſqq. Epiſt. ad Romanos p. 364 ſqq. Ad Corinth. Galat. Epheſ. p. 605. ſqq. Ad Philipp. — Titum tom. 5. p. 3. ſqq. Ad Hebr. nec non Epiſtolae Jacobi et Petri p. 449. ſqq. Epiſt. Judae p. 873. et Apocalypſis p. 893.

§. L.

Act. Apoſt.

Acta Apoſt.

[I.] * Acta Apoſtolorum Gr. lat. Ingolſtadii, Sartorii 1595. 12. t)

* Acta

p) *Le Long* p. 226. col. 1. D.

q) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 119. *Knochii* Nachrichten p. 442. *Walchius* p. 818.

r) *Le Long* p. 226. col. 1. E.

s) p. 226. col. 1. E.

t) *Le Long* p. 226. col. 1. E.

* Acta Apoſtolorum graeco-latina litteris majuſculis. E Codice Laudiano characteribus uncialibus exarato, et in Bibliotheca Bodlejana adſervato, deſcripſit ediditque Tho. Hearnius A. M. Oxonienſis, qui et Symbolum Apoſtolorum ex eodem codice ſubjunxit. Oxonii e Theatro Sheldoniano. MDCCXV. ſumptibus editoris. 8. [II.]

Praemittitur ſpecimen codicis et Alphabetum illius latinum et graecum. *Ex praefatione Hearnii:* „Ad codicis antiquitatem quod attinet, mea fert opinio, eum eſſe annorum plus mille, id quod facile aſſequor ex ipſa literarum forma. — Itaque non multum refert quod a nobis aliquantulum diſſentiat Cl. Millius, qui minore cura (id quod nollem dicere, niſi ita poſtularet veritas) quam par erat, hunc codicem evolverat, ut e notis noſtris ad imum paginae poſitis manifeſtum erit.„ *w*)

[Textui graeco juncta eſt verſio antiqua Itala, quae aetate tempora Hieronymi ſuperare dicitur. In exprimendo textu et verſione typis majoribus uſus eſt editor, atque ſingula ita ordinavit, ut codicem ipſum, quantum fieri poterit, repraeſentent: Characterum vero graecorum et latinorum Codicis ſpecimen aeri inciſum una cum editoris effigie praemittitur. Liber inſigne rarus, cujus tantummodo 120 Exemplaria typis exſcripta exſtant *x*).

§. LI.

Epiſt. Apoſtol.

Ep. Apoſtol.

* Epiſtolae Divi Pauli graece cum triplici editione ad veritatem graecam. Venetiis apud Jo. Antonium et fratres de Sabio, Sumptu Joannis Antonii Garuphae civis Veneti 1533. 8. *y*) [I.]

[Cura Fratris Damiani Lori Veneti. Accedit ad M. Antonium Contarenum Oratorem Venetum apud Carolum Caeſarem Epiſtola, et Lini Epiſc. de Paſſione Pauli, Epiſtola ad Laodicenſes, aliaque. Verſio prior eſt Eraſmi, altera Jacobi Fabri Stapulenſis, tertia vulgata *z*).

* Epiſtola ad Galatas gr. lat. Bremae 1612. 8. *a*) [II.]

§. LII.

Apocalypſ.

Apocalypſ.

Apocalypſeos Cap. XXII. graece et latine, edente Richardo Bentlejo. Cantabrigiae 1720. et Lipſiae 1737. 8.

Speciminis loco edidit *Richardus Bentlejus* ultimum Novi Teſtamenti graeci caput, cum verſione antiqua, et ſubjunctis variantibus lectionibus. Jam ante annum 1716. novam N. T. editionem, Milliana longe praeſtantiorem, ad codices aetate mille annorum recenſitam meditatus eſt, quam demum 1720 publico programmate exſpe-

 ctari

w) *Le Long* p. 226. col. 1. E.

x) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 22. *D. Clement* biblioth. hiſt. Tom. 1. p. 433. *Samlung v. A. u. N.* 1716. p. 368. 1096. *Gelehrte Zeitung*. Lipſiae 1716. p. 521. Acta Erudit. Lipſienſ. 1717. p. 101. *J. Vogtii* catal. libr. rar. p. 5. *Freytagii* analecta p. 6. *Baueri* biblioth. univerſ. p. 3. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 60. De codice ipſo, qui eſt Bodlejanus n. 119. conſ. *Le Long* p. 183. *Millius* p. 157. *Wetſtenius* et *Michaelis* Einleit. Tom. 1. p. 245.

y) *Le Long* p. 226. col. 2. B. coll. p. 312.

z) *Maittaire* annal. Tom. 2. Part. 2. p. 778.

a) *Le Long* p. 226. col. 2. C.

Apocalypſ. ctari juſſit, ſub rubro: Ἡ καινη διαθηκη: *graece. Novum Teſtamentum verſionis vulgatae per Sanctum Hieronymum ad vetuſta exemplaria graeca caſtigatae et exactae — — Utrumque ex antiquiſſ. codd. mſſ. tum graecis tum latinis edidit Richardus Bentlejus.* Sed tantas ipſi D. C. *Midletonius* movit lites, ut a propoſito abſtineret, et haec editio Bibliothecae promiſſorum et latentium adſcribenda ſit. Qualis vero futura fuiſſet, ex ſpecimine iſto in *Pritii* introductione in N. T. Lipſ. 1737. 8. p. 401-405. dijudicari poterit. [b])

§. LIII.

Ev. Ep. gr. l

Evang. Epiſt. gr. lat.

[I.] **Evangelia et Epiſtolae Dominicorum ac feſtorum Dierum graece et latine. Argentorati excudebat Theodoſius Rihelius. Anno MDXCII. 8.**

Verſio latina eſt *Eraſmi* Roterodami.

[II.] Εὐαγγελια τε και ἐπιστολαι των κυριακων και ἑορταστικων ἡμερων, ἑλληνιστι και ῥωμαιστι. **Evangelia et Epiſtolae Dominicorum ac Feſtorum dierum Graece et Latine. Una cum diſtichis graeco-latinis, ſummam cujuslibet Evangelii continentibus. An. 1634. Wittebergae, Sumptibus Haeredum Samuelis Selfiſchii, Typis haeredum Georgii Mulleri. 8.**

Editio ad praecedentem formata.

[III.] **Evangelia Dominicalia graece et latine. Aboae 1679. 8.**

Eidem *Gezelio*, cujus N. T. graecum ſupra Sect. I. §. LXVIII. laudavimus, hanc debemus in uſum ſcholarum procuratam editionem.

§. LIV.

Reſtant adhuc nonnullae Novi Teſtamenti graeci editiones, quae verſionem vulgarem ad latus habent, quae pro ratione verſionis adjunctae quadruplicis ſunt generis. Primum locum occupant merito editiones cum verſione neo-graeca, ſeu graeco-barbara eum in finem procuratae, ut eccleſiae orientali inſerviant. §. LV. Accedunt his editiones cum verſione germanica B. *Lutheri* noſtri §. LVI. quibus editiones cum verſione belgica, §. LVII. et denique illam, quae verſionem Anglorum ſermone conſcriptam ad latus habet, adjungimus. §. LVIII.

§. LV.

b) Varia ſunt, quae iſto tempore de N. T. *Bentlejano* ſcripta ſunt, quae ſingula hic recenſere, et quae hinc inde diſputata ſunt, accurate exponere, nullius plane uſus foret, cum ipſa editio ſemper latebit. Interim non abs re eſſe judicamus, ſi brevibus ſcripta quae ſibi invicem ſucceſſerunt, indicamus. Cum a. 1716. propoſitum *Bentleji* innoteſceret, duae Epiſtolae illud dijudicarunt, quibus reſpondit *Bentlejus: Two Letters to Dr. Bentley and the Doctor's Answer,* 1716? Anno (1717.) Sequuti ſunt, *Propoſals for printing a new Edition of the Greek Teſtament, and St. Hierom's Latin Verſion.* 1720. Oppoſuit D. *Conyerius Middletonius Remarks paragraph by paragraph,* 1721. quamvis tecto nomine. Reſpondit *Bentlejus Propoſals for printing a new Edition of the Greek Teſtament, with a ful Answer to all the Remarks of a late Pamphlet by a Member of Trinity College. Cantabr.* 1721. et *A defence of Dr. Bentleys propoſals etc. Middletonius* vero oppoſuit: *Some farther Remarks Paragraph by paragraph.* Acceſſerunt hisce alia ſcripta minora, ut et alii ſcriptores, quibus lites auctae fuerunt. Conf. *J. P. Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten Tom. 4. p. 429. etc. *Samlung v. A. u. N.* 1721. p. 612. 613. *Gelehrte Zeitung.* Lipſ. 1721. p. 279. 555.

§. LV.

N. T. c. Verſ. Neograec. N. T. c. V. Neograec.

* Ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δίγλωττος, ἐν ᾗ ἀντιπροσώπως τότε θεῖον πρωτότυπον καὶ ἡ ἀπαραλλάκτως ἐξ ἐκείνου εἰς ἁπλὴν διάλεκτον διὰ τοῦ μακαρίτου Κυρίου Μαξίμου Καλλιουπολίτου γενομένη μετάφρασις ἅμα ἐτυπώθησαν. Ἔτει ΧΗΗΔΔΔΠΙΙΙ. (1638.) 4. [I.]

Decreto et ſumptibus Ordinum Generalium Belgii Foederati in gratiam modernorum Graecorum, ut aſſerit praefatio, Genevae prodiit c).

[Novum teſtamentum eſt bilingue, in quo textus authenticus cum verſione Neograeca a *Maximo Calliopolitano* confecta exhibetur. *Genevae* editum eſſe aſſerit *Le Long*, ad inſigne typographi *Petri Choueti* in fronte libri provocans d). Sed cum Decreto et Sumptibus Ordinum Generalium B. F. in lucem emiſſum eſt, iis potius, qui Lugduni Batavorum apud *Elzevirios* impreſſum eſſe autumant, aſſentiendum judicamus. Edidit hoc N. T. *Cyrillus Lucaris*, de quo, ut et de auctore et verſione ipſa, plura ſuo loco annotabimus e).

* Ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦτ' ἔστι τὸ θεῖον ἀρχέτυπον καὶ ἡ αὐτοῦ μετάφρασις εἰς κοινὴν διάλεκτον. Μετὰ πάσης ἐπιμελείας διορθωθέντα, καὶ νεωστὶ μετατυποθέντα ἐν Ἄλλα τῆς Σαξονίας, ἐν τῷ Τυπογραφείῳ Ορφανοτροφείου. Ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου Οἰκονομίας τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. α. ψ. ι. (Halae Saxonum 1710.) 12. f) [II.]

[Novum Teſtamentum graecum cum verſione neograeca Halae Saxonum typis Orphanotrophii impreſſum, ſequitur quoad textum graecum, editionem Leusdenianam, Amſtelodami apud *Wetſtenium*, 1698. verſio vero neograeca ex editione Londinenſi neograeca a *Seraphino Mitylenſi* deſumta, ſed variis in locis emendata eſt: id quod in ſe ſuſcepit negotium *Anaſtaſius Michael Macedo*. Duplici ornata eſt editio praefatione, altera graeca *Johannis Heimanni*, altera latina *A. H. Franckii*. Sumptus et impenſas Boruſſorum Regina *Sophia Louiſa* clementiſſime ſubminiſtravit. g)

§. LVI.

N. T. c. Verſ. germ. N. T. c. V. germ.

* H καινη διαθηκη: das iſt das neue Teſtament unſers Herrn Jeſu Chriſti, Griechiſch und Teutſch, mit einer Anleitung der Verſicul und Wörter, welche Herr Leusden in ſeiner griechiſchen Edition gezeichnet zu mercken, und Vorrede Herrn Johann Wincklers Paſtor zu S. Michaelis in Hamburg. Luneburg, verlegts Joh. Georg Lipper Anno 1693. 8. h) [I.]

[Textus ex editione Leusdeniana expreſſus, quo *Jacobus Le Long* eo deductus eſt, ut hanc editionem *ſtudio Leusdeni* tribuat. Ad latus ejus Verſio germanica

c) p. 218. col. 1. C.

d) p. 227.

e) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 8. p. 1. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 11. *Vogtii* Catal. libr. rar. p. 662. *Freytagii* analecta p. 958. *Beyeri* Arcan. Bibl. Dreſd. cont. p. 80. Acta hiſt. eccleſ. Vol. XI. p. 702.

f) *Le Long* p. 225. col. 2. C.

g) *Knochii* Nachrichten p. 511. Acta Erudit. Lipſienſ. A. 1710. p. 424. Index Biblioth. Wernigerod. p. 30. Acta hiſt. eccleſ. Vol. XI. p. 703.

h) *Le Long* p. 221. col. 2. E. qui addit: *ſtudio Leusdenii*.

N T. c. V. germ. B. *Lutheri* adjecta eſt. Loca parallela marginem occupant, et certis ſignis diſtincta ſunt verba, ad quae illa reſpiciunt. [i])

[II.] * Η καινη διαθηκη. — — Lüneburg — — 1702. 8.
Editio prior iterata. [k])

[III.] Ἡ *καινὴ διαθήκη τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀρχέτυπον μετὰ τῆς τοῦ Λουθήρου μεταφράσεως.* Das neue Teſtament unſers Herrn und Heylandes Jeſu Chriſti nach dem Grund-Texte mit der teutſchen Ueberſetzung Lutheri. Leipzig und Lübben, verlegts George Voſs. 1732. 8.

Recuſam dedit typographus praecedentem editionem, ſed ita ut praefationem *Winckleri*, argumenta capitum et loca parallela eliminarit. [l])

[IV.] * Η καινη διαθηκη. Novum Teſtamentum graeco-germanicum, ad probatiſſimos codices exactum accurateque reviſum: item locis vere parallelis illuſtratum atque auctum et ſummariis inſtructum, prorſusque ita adornatum, ut magno adjumento et uſui eſſe poſſit Graeca diſcere et cum verſione germanica conferre volentibus. Cura atque vigiliis D. Joh. Henrici Maji. Giſſae Haſſorum, typis et impenſ. Joh. Reinh. Vulpii: Acad. Typ. Anno MDCCV. 12. [m])

[Titulum et praefationem latine ſcripſit editor, qui textui graeco *Lutheri* verſionem, inſertis quibusdam, ut graeco textui eo melius reſpondeat, verbis, ad latus junxit. Loca parallela cuique commati ſubjecta ſunt. [n])

[V.] Η καινη διαθηκη. Das iſt das neue Teſtament unſeres Herrn Jeſu Chriſti, griechiſch und teutſch, mit kurzen Summarien der Capitel, vielen Parallelen, und kurzen Lebensbeſchreibungen eines jeden Evangeliſten und Apoſtels; nebſt zween zur Leſung dieſer h. Schrift ſehr dienlichen Landcharten zum Druck befördert von Chriſtian Friderich Wiliſchen. — Chemnitz bey Conrad Stöſſeln. 1717. 8. [o])

[VI.] Η καινη διαθηκη. — — Chriſtian Friderich Wiliſch — Chemnitz bey Joh. Chriſtoph und Joh. David Stoeſſel. 1730. 8. [p])

[VII.] Novum Teſtamentum graeco-germanicum. Zullichovii 1741. 4.

Pars integrorum Bibliorum lingua authentica editorum cum praefatione *Joh. Muthmanni*, in qua textus graecus ex editione Reinecciana, verſio vero Lutheri ex editione Canſteniana deſcriptus eſt. Praemiſit *Steinbartius* harmoniam hiſtoriae vitae Jeſu

i) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 29. *Joh. Alb. Fabricii* centifol. lutheran. p. 164. Index Biblioth. Wernigerod. p. 28. *Goezii* Verzeichn. p. 38.

k) *Le Long* p. 222. col. 1. E. *Fabricius* l. c.

l) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 30. Index Bibl. Wernigerod. p. 32.

m) *Le Long* p. 223. col. 1. E. qui typographum Joh. Max. a Sande appellat, Winckleriique praefationem adjectam eſſe adfirmat, in quo utroque a vero aberravit.

n) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 2. p. 477. *Knochii* Nachrichten p. 488. *Samlung v. A. u. N. A.* 1721. p. 957. Index Bibl. Wernigerod. p. 30.

o) Catal Bibl. Baumgart. p. 42. n. 199. *Fabricii* centifol. p. 164. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 62.

p) Index Bibl. Wernigerod. p. 32.

Digitized by Google

Jeſu Chriſti praeeunte *Haubero* et collationem verſionis Lutheri eum textu graeco a Bengelio reviſo. q) N. T. c. V. germ.

H καινη διαθηκη. Das neue Teſtament griechiſch und teutſch: Jenes nach der Herausgabe D. Gerhards von Maſtricht; dieſes nach der Ueberſetzung D. Martin Luthers dergeſtalt eingerichtet, daſs beyde mit dem in den Canſteiniſchen Bibeln von Blatt zu Blatt übereinkommen. Halle, in Verlegung des Wayſenhauſes 1741. 12. [VIII.]

De editione graeca originali ſupra Sect. I. §. LX. rationem reddidimus: Reliqua ex ipſo libri titulo dijudicari poſſunt. r)

H καινη διαθηκη. Das Neue Teſtament — Zweite Auflage. Halle in Verlegung des Wayſenhauſes. 1756. 12. [IX.]

Editio prorſus praecedenti ſimilis.

§. LVII.

N. T. c. Verſ. belg. N. T. c. V. belg.

* Het Nieuwe Teſtament met de Nederduytſche Overſettinge door Joh. Leusden. Amſterdam by Hendrick Wetſtein. 1698. 12. s) [I.]

[Tres diſtinguendae ſunt hujus anni editiones Leusdenianae, graeca, Sect. I. §. LXXI. graeco-latina Sect. II. §. XII. et graeco-belgica, in qua verſio e Bibliis Statuum deſumpta exhibetur. Textus graecus in omnibus idem eſt.

* T' Evangely volgens Mattheus, ende de Brief van Paulus aan de Romainen in t' Griekſch. Met en Nieuwe Nederduitſche Vertaaling van Woord tot Woord onder het Griekſch gevoegt. Door Wylen Adam Boreel. By welke gevoegt zyn: I. De verſcheide Griekſche Leezingen, met hun Nederduitſche Vertaalingen. II. De Syriſche Overzetting van zommige plaatzen, waar in t' Syriſch anders als in den Griekſche Tekſt ſchynt geleezen te worden. Zynde een Werk zeer nut en dienſtig niet alleen, om in de Kennis der Griekſche Taal gevordert te worden, maar inzonderheit, om de Boeken des Nieuwen Verbonds wel te verſtaan. t' Amſterdam. By Jan Rieuwertsz. 1693. 4. t) [II.]

[Textus graecus ad normam editionis *Stephani Curcellaei* A. 1658. eſt exſcriptus, cui variantes ab eodem colleetae adjiciuntur. Accedit verſio belgiea ab *Adamo Boreel* concinnata, quae ſingulis vocibus typo gothieo ſubjecta eſt. Auetorem *Le Long* Mennonitam appellat, qui hoc opus MStum reliquit, quod poſt obitum ejus *Wilhelmus Hommius* addita praefatione in publicum emiſit. Auctor idem eſſe videtur, qui a *Sandio* antitrinitariis annumeratur. u)

§. LVIII.

q) vid. Script. cap. I. Sect. III. §. XLII. citat.

r) Index Bibl. Wernigerod. p. 32.

s) *Le Long* p. 222. col. 1. B. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 34. et 11.

t) *Le Long* p. 226. col. 1. E.

u) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 39. *Iſaac Le Long* Boeckzaal der nederd. Bibeln p. 842. Conf. *Sandii* Biblioth. antitrinit. p. 144. Hiſtoire du Socinianiſme, Pariſ. 1723. 4. p. 516. *Dav. Clement* Tom. 5. p. 98.

Digitized by Google

N. T. gr. c. Verſ. Angl.

§. LVIII.

N. T. gr. c. Verſ. Angl.

The new Teſtament in Greek and Engliſh. Containing the original text corrected from the authority of the moſt Authentic Manuſcripts, and a new Verſion form'd agreeably to the illuſtrations of the moſt Learned Commentators and Critics: with notes and various readings and a copious alphabetical Index. In two Volumes. London printed for J. Roberts, near the Oxford-Arms in Warwik-Lane. MDCCXXIX. 8. maj.

Editio ſi ad externam ſpectas formam ſatis nitida. Typi eum in finem ſingulari cura exſculpti ſunt, ut antiqua repraeſentent Manuſcripta. Textus vero variis in locis ita immutatus eſt, ut Arianorum hypotheſi ipſa ſuccurrat lectio. Novam verſionem ut et annotationes D. *Maceo*, Collegii Greshami Londinenſis ſocio, tribuunt, qui haud raro et in verſione et in annotationibus Arianiſmi ſemina ſpargit. x)

x) *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* Vol. 4. p. 208. *Beyträge zur Geſchichte merkw. Bücher* p. 43. *Pritii* introduct. in N. T. p. 408. *J. D. Michaelis* Einleit. Tom. 1. p. 728. *Walchius* p. 45. *M. Lilienthalii* exeget. Bibl. p. 959. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 62. Conf. *Leonh. Twellſii* critical examination of the late N. T. Lond. 1732. 8. et *J. C. Wolfii* curas philolog. paſſim.

PARTIS I.

PARTIS I.
CAPVT III.
DE
EDITIONIBVS POLYGLOTTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTIS I. CAPVT III.

DE

EDITIONIBVS POLYGLOTTIS.

§. I.

Jam ad tertiam accedimus Bibliorum ſacrorum editionum Claſſem, quae Editiones polyglottas recenſet. Quibus in definiendis aliquantulum ab aliis recedimus, qui in eodem nobiscum occupati fuere negotio. Placuit viris eruditis, qui rei ſacrae inſervire ſtuduerunt, Bibliorum ſacrorum textum et verſiones, vel plures interdum textus ſacri verſiones, ita diſponere, ut plures ſimul et in una eademque pagella legentibus offerantur. Hinc ſunt, qui ad Polyglottorum claſſem omnes referunt editiones, in quibus textus archetypus vel unam, vel duas una eademque lingua conſcriptas verſiones adjunctas habet [a]). Verum hiſce editionibus nomen polyglottorum minime convenit; ſunt enim tantummodo duae linguae, etiamſi duplex adſit verſio una eademque lingua conſignata. Sunt alii, qui polyglottis adnumerant editiones, in quibus variae verſiones vel una eademque lingua vel diverſis linguis expreſſae ſibi invicem junguntur et quidem ſine textu authentico [b]). Sed et ejusmodi editiones a numero polyglottorum exinde excludimus, quia

Tt 2 con-

a) Cl. *G. L. O. Knochius* tum in Bibliotheca Biblica, Brunſwigae 1752. 4. edita, p. 1. etc. tum in *Hiſtor. crit. Nachrichten etc.* ad editiones polyglottas refert codicem V. et N. T. Antwerpienſem cum verſione latina interlineari, ab *Aria Montano* editum, p. 1. nec non Biblia Hebraeo-Rabbinica *Buxtorfii*, p. 34. et Biblia hebraeo-latina *Sebaſtiani Münſteri* p. 52. Haud diſſimili ratione *Joh. Georg. Hagemannus* in *Nachricht von den Ueberſetzungen der H. S.* Polyglottis adnumerat Biblia Hebraeo-Rabbinica *Bombergi*, p. 185. Editiones Plantinianas et Genevenſes interlineares, p. 189. Parum ſibi ipſi conſtat *Hagemannus*, qui undequaque ſua corraſit; ſiquidem eodem jure, quo Novum Teſtamentum graeco-latinum *Ariae Montani* ad Polyglotta refert, et editiones N. T. Eraſmicas graeco-latinas, Bezanas ad minimum editiones, quae duplicem latinam verſionem habent, in eandem claſſem transferre debuiſſet.

b) Ipſe *Le Long*, qui alias ſatis adcurate Polyglotta ab aliis editionibus diſtinguit, eo interdum abreptus eſt, ut catalogo illorum editiones inſeruerit, quae majori jure ab illo removendae ſunt, ſiquidem ſolas, quamvis plures continent textus ſacri verſiones. Harum in numero ſunt, 1) Pſalterium Davidis Coptice et Arabice ſtudio *Th. Petraei*, Lugdun. Bat. 1663. 4. p. 43. col. 2. D. 2) Canticum Canticorum Aethiop. Arab. et Latine *J. G. Niſſelii* Lugd. Bat. 1656. 4. p. 44. col. 1. B. 3) Evangelia ab Ulfila Gothice translata. Holmiae 1671. 4. p. 46. col. 1. D. 4) Epiſtolae Jacobi, Joannis et Judae, Arabice, Aethiopice et latine, per *Niſſelium* et *Petraeum*. Lugd. Bat. 1654. 4. p. 47. col. 1. B. Sequitur auctorem noſtrum M. *Maſſerſchmidt* in annotat. ad *Calmeti* Bibliothecam Biblicam p. 134. et p. 131. Biblia pentapla Wandsbeckienſia 1711. 4. polyglottis annumerat, praeeunte ipſi *Hagemanno*, qui p. 193. eadem Biblia, in quibus quinque verſiones

contextus authenticus deſideratur. Illas enim tantummodo huc referimus editiones, in quibus Textus archetypus ſive Veteris ſive Novi Teſtamenti ita expreſſus eſt, ut ipſi plures et ad minimum duae verſiones et quidem diverſo idiomate conſcriptae ad latus ponantur. Editiones itaque textus hebraei, cum paraphraſi chaldaica et latina verſione, vel editiones hebraeae graecae et latinae, aut graecae latinae et gallicae, et quae hiſce ſunt ſimiles, ad claſſem polyglottorum ſunt relatae. Differunt editiones iſtae inter ſe maxime multitudine linguarum, in quibus verſiones ſunt concinnatae. Hinc aliae ſunt octoglottae, aliae heptaglottae, aliae pentaglottae. Cum vero variis incommodis laboratura foret tractatio, ſi pro numero verſionum editiones diſtinguere voluiſſemus, aliam omnino methodum eligendam eſſe duximus. Praemittimus itaque Biblia Polyglotta integra, et ab editoribus abſoluta, obſervato plerumque temporis ordine, ut tamen opera majora minoribus praecedant, §. II-IX. Sequuntur deinde Biblia Polyglotta inchoata quidem, ſed quorum editores vario modo, quominus opus tentatum ad finem perducere potuerint, impediti ſunt, §. X. XI. Subjungimus hiſce tum partes Veteris Teſtamenti, §. XII-XXXI. tum editiones Novi Teſtamenti, §. XXXII-XXXV. et denique partium ejus, §. XXXVI. Ultimo denique loco recenſentur Specimina Polyglotta, et dicta claſſica minoresque textus ſacri ſectiones, §. XXXVII. ſqq.

§. II.

Biblia polygl. Complutenſia.

Bibl. polygl. Complutenſia.

* Biblia Sacra. Vetus Teſtamentum multiplici lingua nunc primo impreſſum. Et imprimis Pentateuchus Hebraico atque Chaldaico idiomate. Adjuncta unicuique ſua latina interpretatione. IV. Vol. fol. (1514-1517.)

Ad calcem voluminis quarti leguntur haec verba: „Explicit quarta et ultima pars totius Veteris Teſtamenti hebraico, graecoque et latino idiomate nunc primum impreſſa in hac preclariſſima Complutenſi Univerſitate. De mandato et ſumptibus Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini, Domini Franciſci Ximenii de Ciſneros, tituli ſancte Balbine, ſacroſancte Romane Eccleſie preſbyteri Cardinalis, et Hiſpaniarum primatis ac regnorum Caſtelle Archicancellarii, Archiepiſcopi Toletani. Induſtria et ſolertia honorabilis viri Arnoldi Guillelmi de Brocario artis impreſſorie Magiſtri. Anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, Menſis Julii die decimo.„

Haec

ſiones germanicae per quinque Columnas ſunt diſpoſitae; p. 194. Biblia latina Antwerpienſia 1626. fol. et Pſalterium quincuplex *J. Fabri* Stapulenſis, Pariſiis 1509. fol. iisdem polyglottis accenſet, atque de poſteriori diſerte adfirmat, in quinque diverſis linguis, *als franzöſiſchen*, *hebräiſchen*, *Römiſchen*, *nach der alten und verbeſſerten Vulgata*, Pſalterium eſſe exſcriptum; cum non niſi quinque diverſas latina lingua conſignatas verſiones contineat. Longe plures hic addere poſſemus editiones, injuſto titulo polyglottis adnumeratas. Sed haec animadvertiſſe ſufficiat, ne quis, nos errore ejusmodi editiones intactas praetermiſiſſe, ſibi perſvadeat.

Haec Biblia Cardinalis Ximenii vel Polyglotta Complutenſia vulgo nuncupantur. Bibl. polygl. Complutenſia.

Praemittitur in primo Volumine Franciſci Cardinalis Ximenii ad Leonem X. Pontificem Maximum Prologus: deinde alter prologus ad Lectorem, Ximenii nomine conſcriptus; Prologus in Novum Teſtamentum, et Diploma Leonis X. opus praefatum comprobans.

Ex primo Prologo ad ipſum exemplar exſcripto: „Multa ſunt beatiſſime Pater: quae ad excudendas impreſſoriis formis originales ſacrae ſcripturae linguas nos incitarunt. Atque haec imprimis: quod cum unius cujusque idiomatis ſuae ſint verborum proprietates: quarum totam vim non poſſit quantum libet abſoluta traductio prorſus exprimere: tum id maxime in ea lingua accidit, per quam os Domini locutum eſt. — — Accedit quod ubicunque latinorum codicum varietas eſt: aut depravatae lectionis ſuſpicio (id quod librariorum imperitia ſimul et negligentia frequentiſſime accidere videmus) ad primam ſcripturae originem recurrendum eſt: ſicut B. Hieronymus et Auguſtinus ac coeteri Eccleſiaſtici tractatores admonent: ita ut librorum Veteris Teſtamenti ſynceritas ex Hebraica veritate: Novi autem ex Graecis exemplaribus examinetur.

Ut ipſa igitur originalia in promptu haberet quicumque divinarum litterarum ſtudioſus: poſſetque non ſolis rivulis eſſe contentus: ſed ex ipſo fonte ſalientis aquae in vitam aeternam ſitim pectoris extinguere: juſſimus archetypas ſacrae ſcripturae linguas cum adjunctis variarum linguarum translationibus impreſſioni mandari Sanctitatis tuae nomini dedicandas. Atque imprimis Novum teſtamentum Graeco latinoque ſermone excudendum curavimus ſimul cum lexico Graecarum omnium dictionum: quae poſſunt in eo legentibus occurrere: ut his quoque qui non integram linguae cognitionem adepti ſunt, pro viribus conſuleremus. Deinde vero antequam Vetus Teſtamentum aggrederemur: Dictionarium praemiſimus Hebraicorum Chaldaicorumque totius veteris inſtrumenti vocabulorum. — — Quibus omnibus veluti pro praeludio ita peractis ad excuſionem diverſarum veteris teſtamenti linguarum nos convertimus: adjicientes etiam ſingulis earum ſuam latinam translationem.

Qua in re aperte beatitudini tuae id teſtari poſſumus: Pater ſanctiſſime, maximam laboris noſtri partem in eo praecipue fuiſſe verſatam: ut et virorum in linguarum cognitione eminentiſſimorum opera uteremur: et caſtigatiſſima omni ex parte vetuſtiſſimaque exemplaria pro archetypis haberemus: quorum quidem tam Hebraeorum, quam Graecorum ac Latinorum multiplicem copiam non ſine ſummo labore conquiſivimus. Atque ex ipſis quidem Graeca ſanctitati tuae debemus, qui ex iſta Apoſtolica Bibliotheca antiquiſſimos tum Veteris tum Novi Teſtamenti codices perquam humane ad nos miſiſti: qui nobis in hoc negotio maximo fuerunt adjumento.„

Ex altero prologo ad ipſum exemplar exſcripto; Pentateuchus triplicem linguam habet: Hebraicam videlicet, Chaldaicam et Graecam: quas imprimendas juſſimus cum aliis tribus latinis interpretationibus juxta correſpondentibus: ita ut Hebraicae veritati reſpondeat latina b. Hieronymi tranſlatio: Chaldaicae vero alia latina fere de verbo ad verbum a viris ejus linguae peritiſſimis elaborata: Graecae autem Septuaginta Interpretum editioni interlinearis latina traductio. Agiographi deinde libri ſimul et Prophetales duplici lingua excuduntur: hoc eſt Hebraea et Graeca cum aliis duabus

Bibl. polygl. Complutenſia.

latinis translationibus illis correſpondentibus. Nam Chaldaica in ceteris libris praeterquam in Pentateucho corrupta eſt aliquibus in locis: et fabulis meriſque Thalmudiſtarum nugis conſperſa: indigna prorſus quae ſacris codicibus inſeratur: Verum quibuſdam in locis ubi integra eſt litera et incorrupta: mirum in modum favet Chriſtianae religioni: Idcirco reliquos libros totius Veteris Teſtamenti Chaldaica lingua in latinam verti fecimus: et diligentiſſime cum ſua latina traductione conſcriptos in publica Complutenſis noſtrae Univerſitatis Bibliotheca reponi. At vero libri extra canonem — — Graecam tantum habent ſcripturam cum duplici latina interpretatione: altera b. Hieronymi, altera interlineari de verbô ad verbum: eo modo quo in caeteris. Haec autem de numero linguarum hujus libri oportuit in univerſum praelibaſſe. Nunc de modo quo linguas Pentateuchi in libro ipſo diſpoſuimus: brevibus agendum eſt. Primum itaque aperto codice duae ſeſe tibi chartarum facies hinc et inde offerunt: quarum unaquaeque tres praecipuas columnas habet. Ex quibus ea quae ad marginem exteriorem ſita eſt: Hebraicam continet veritatem. Quae vero interiori margini adhaeret: Graeca eſt ſeptuaginta Interpretum editio: cui ſuperponitur latina interlinearis de verbo ad verbum. Mediam autem inter has beati Hieronymi tranſlationem velut inter Synagogam et orientalem eccleſiam poſuimus. — — c). His praeterea tribus columnis duae aliae minores columellae in calce paginae ſupponuntur. Quarum altera latior Chaldaicam continet ſcripturam: altera anguſtior latinam ejus interpretationem. Diſponuntur autem columnae ipſae hoc modo: ut ſingulis lineis hebraicis correſpondeant binae lineae latinae e regione: hoc tamen ſemper obſervato: ut omnes quaeque columnae tam in principio quam in fine conſentiant: niſi ubi loci anguſtia non patitur, quod veriſſime deprehendes. — — Ut hebraicas dictiones facile poſſit quicunque diſtinguere et ſuam latinam interpretationem cuique aſſignare: inter ſingulas dictiones Hebraicas ſuperponuntur minutae literulae latinae alphabetico ordine procedentes: quibus conſimiles aliae in latina proxima columna reſpondent: ut per ſimilitudinem literulae cognoſcatur: quae dictio latina ad quam Hebraica ſit referenda. — — Primitiva ſeu radices dictionum hebraicarum et Chaldaicarum ad marginem ſunt appoſita.

Illud eſt etiam conſiderandum, quod in Hebraicis characteribus ſcienter omiſimus apices illos: quibus nunc utuntur Hebraei pro accentibus. — — Quod autem ad graecam ſcripturam attinet illud te non latere volumus: non vulgaria ſeu temere oblata exemplaria fuiſſe huic noſtrae impreſſioni archetypa: ſed vetuſtiſſima ſimul et emendatiſſima: quae ſanctiſſimus dominus noſter Leo decimus Pont. Max. coeptis noſtris aſpirans ex ipſa Apoſtolica Bibliotheca ad nos miſit: tantae integritatis: ut niſi eis plena fides adhibeatur: nulli reliqui eſſe videantur: quibus merito ſit adhibenda. Quibus etiam adjunximus alia pauca quorum partem ex Beſſarionis caſtigatiſſimo codice: ſumma diligentia tranſcriptam Illuſtris Venetorum Senatus ad nos miſit: partem ipſi magnis laboribus et expenſis undique conquiſivimus: ut copia emendatorum codicum

c) Non ſine ratione omiſit hic *Le Long* comparationem illam inſulſam, quam et plures eccleſiae Romanae addicti juſta ratione reprehenderunt: „poſuimus, tanquam „duos hinc et inde latrones, medium autem „Jeſum, hoc eſt Romanam eccleſiam collocantes. Haec enim ſola ſupra firmam petram „aedificata, reliquis a recta ſcripturae intelligentia deviantibus, immobilis ſemper „in veritate permanſit.„

Digitized by Google

cum abunde ſupereſſet. Latinam itidem beati Hieronymi tranſlationem contulimus Bibl. polygl. cum quamplurimis exemplaribus venerandae vetuſtatis: ſed his maxime: quae in Complutenſis. publica Complutenſis noſtrae Univerſitatis Bibliotheca reconduntur: quae ſupra octingenteſimum abhinc annum literis Gothicis conſcripta: ea ſunt ſynceritate ut nec apicis lapſus poſſit in eis deprehendi. Demum in libro Pſalmorum illud eſt admonendum communem tranſlationem latinam qua utimur poſitam eſſe pro interlineari ſupra Graecam LXX Interpretum editionem: quia ei de verbo ad verbum fere correſpondet. Eam autem quam b. Hieronymus juxta Hebraicam tranſtulit veritatem in medio duarum columnarum fuiſſe locatam.„

Ex Prologo in Novum Teſtamentum ad ipſum exemplar exſcripto: „Ne mireris aut vitio vertas o ſtudioſe lector quod in novi teſtamenti editione graeca aliter quam in veteri nudae tantum litterae ſine ullis aut ſpirituum aut tonorum notis impreſſae publicentur. Operae precium viſum eſt hujus tibi rei rationem aſſignare. Ea enim hujusmodi eſt. Antiquiſſimos graecos absque hiſce faſtigiis literarum ſcriptitaſſe notius eſt quam ut ſit multis argumentis comprobandum. Cum igitur univerſum novum teſtamentum praeter Evangelium Matthaei et Epiſtolam ad Hebraeos Graece primum ſit a Spiritu S. dictatum: viſum eſt priſcam in eo linguae illius vetuſtatem majeſtatemque retinere.„

Ex diplomate Leonis X: „Intelleximus inter alia quae bonae memoriae Franciſcus Ximenius S. Balbinae Preſbyter Cardinalis: antequam ab humanis excederet ſumma cum laude abſolvit: extat opus n. et v. teſtamenti: novi videlicet in graeco et latino: et veteris in graeco et latino praedictis nec non hebraeo et chaldaeo ſermonibus ab eodem Franciſco Card. multa cum vigilia et doctorum conſenſu compoſitum. Et uſque ad ſexcenta volumina vel amplius impenſa ejusdem Franciſci Cardinalis impreſſa. Sed cum poſt impreſſionem hujusmodi ſubito dictus Franciſcus Card. morte eſſet ablatus: et noſter ad publicationem dicti operis conſenſus petitus non eſſet: nequivit hactenus opus ipſum ad doctorum manus et publicam utilitatem cui erit fructuoſum advenire: — — motu proprio et ex certa ſcientia noſtra opus praefatum comprobantes: et ut tale in lucem per Doctorum et aliorum manus libere de caetero venire poſſit. etc. Datum Romae die 22. Martii 1520. „

Ex Mandato Franciſci Epiſcopi Abulenſis: „Curavimus per viros induſtrios atque ejus rei peritos terniones in volumina et ea ipſa volumina in ſex totius operis partes redigere: et non habita impenſarum ratione: quae fuerunt propemodum infinitae: ſed utilitate quae inde ſequeretur ex lectione: taxavimus totum opus ducatorum aureorum numerorum pretio ſex et dimidio aut aliquando pluris. — — „

„Primus omnium poſtremis hiſce temporibus Textum ſacrum cum diverſis conjungendum verſionibus, typisque mandandum excogitavit Franciſcus Cardinalis Ximenius, ſummus ille vir cum ad tantos Eccleſiae ac reipublicae honoris gradus evectus fuiſſet, nil aliud in mente habebat, quam utriusque, hoc eſt ſtatus cujus penes ſe regimen erat, et Eccleſiae cujus ampliſſimas obtinuerat dignitates, utilitati conſulere. Anno igitur milleſimo quingenteſimo ſecundo, ut refert Alvares Gomeſius, d) inten-

d) lib. 2. de geſtis Franciſci Ximenii pag. 47. num. 10. [Prodiit opus hoc lectu dignum Compluti 1569. fol. Jungatur *Flechier hiſtoire du Cardinal Ximenes* 1693, et *Marſolier du miniſtere du Cardinal Ximenes* 1693; nec non *Herm. von der Hards* memoria ſecularis *Ximenii*, Helmſtadii 1717. 8.

Bibl polygl. Compluten-ſia. intentionem ad ea convertit, quae jam diu meditabatur. Intelligebat ſane vir prudens ſacrorum voluminum lectionem, quae Biblia Graeco nomine paſſim appellantur, cunctis, qui ſacris initiati ſunt, ſed praeſertim Theologis maxime eſſe neceſſariam. — — Magni igitur Origenis diligentiam imitatus, qui hexaplis illis decantatis, omnes ſacrorum voluminum quae tunc habebantur, tranſlationes in unum conjunxerat, editionem Bibliorum faciendam curavit. In ea Veteris Teſtamenti libri ternis columnis per ſingulas paginas ſunt diſtincti. Prima hebraicam lectionem tenet, media vulgarem, qua nunc utimur, tertia verſionem Graecam LXX. interpretum tranſlatione etiam latina illuſtratam: In margine vero inferiori, ne quid deſideraretur, Chaldaica, quam vocant, paraphraſis ſubjecta eſt, latina verſione e regione appoſita. At novum Teſtamentum Graecam lectionem quam emendatiſſimam, et vulgarem tranſlationem habet. Additum eſt poſtremum volumen Hebraicarum dictionum eruditum et copioſum Onomaſticon, ab ejus linguae peritis valde laudatum. Id in aliquot Bibliorum hujuſmodi libris, quorundam incuria, qui eos aſſervandos ſuſceperant, non ſine gravi jactura, deſideratur.

Res fuit cum primis operoſa et magnifica, et quae non modo tam ingentem principem, ſed etiam ingentis animi virum, ad difficultates omnes evincendas rem tam arduam comitantes, requireret. Accerſivit continuo ad ſe homines utriusque literaturae peritiſſimos, Demetrium (*Ducam*) Cretenſem natione Graecum, (*Aelium*) Antonium Nebriſſenſem, (*Jacobum*) Lopidem Aſtunigam, et Ferdinandum (*Nonnium de Guſman*) Pintianum, Graecarum literarum et latinarum Profeſſores, quorum ſcripta et ſtudioſa monumenta paſſim nunc in manibus habentur; Alphonſum Medicum Complutenſem, Paulum Coronellum, et Alphonſum Zamora, hebraearum rerum conſultiſſimos, qui eum olim inter ſuos publicas ſcholas fuiſſent moderati, tunc Chriſtianae fidei ſacris ex animo ſuſceptis, eccleſiae orthodoxae domeſtici et alumni eſſent, merito ad tantum negotium a Ximenio ſunt vocati: quod illorum virtuti, eruditioni et conſtantiae merito eſt commiſſum.

Cum his viris de ſuo conſilio ſermones confert, liberaliſſime impenſas promittit, et ſingulos praemiis propoſitis privatim invitat. Ante omnia feſtinandum admonet, ne, ut ſunt res mortales caducae et fluxae, aut illi patrono ad eam rem promptiſſimo, aut ipſe tam accommodis adjutoribus privaretur, quorum praeſentiam et operam pluris quam ullas precioſas poſſeſſiones aut divitias aeſtimaret. Accenduntur cuncti Ximenii verbis, et ab eo die, donec ultima manus fuit impoſita, nihil eſt a viris eruditiſſimis ceſſatum.

Conquiſiti ſunt undique, utriuſque teſtamenti vetuſtiſſimi codices, ad quorum fidem caſtigatio excudendorum fieret, et vitiata loca ſanarentur, et quae dubia et obſcura eſſent, illuſtrata collucerent. Sed potiſſimum adjumento fuerunt Bibliothecae Vaticanae venerandae antiquitatis apographi, quorum copia per Leonem X. Pont. Max. benigniſſime Ximenio facta eſt. *e*) LXX tamen tranſlationis explicatio (*ſeu verſio latina*) partim ab aliquot Academiae Complutenſis eruditis hominibus, qui jam tunc ſub Demetrio et Pinciano praeceptoribus, in Graecis literis non

e) Sixtus Senenſis in Bibliotheca ſancta addit „exemplaria Medicaeae Bibliothecae, et quae a Venetorum Senatu transmiſſa fuerunt, aut aliunde.„ [vid. Biblioth. Sanctam libr. 4. p. 236. col. 2. edit. 1586. fol.

non vulgariter profecerunt, partim a Demetrio, Pinciano et Aſtuniga, adeo feliciter confecta fuit, ut nihil a LXX Interpretibus, juxta Graecam eruditionem ſit dictum, qualia permulta apud eos habentur, quod a noſtris in tanta brevitate fuerit praetermiſſum. Bibl. polygl. Compluteaſis.

Fuit inter hos ad hoc munus vocatus Joannes Vergara, cui libri, quos Sapientiales vocant (ut ab eo ſaepius audivi) explicandi ſunt commiſſi; in quibus multa, quae in vulgata translatione difficilia eſſe videbantur, in antiquam lectionem reſtituit. — — Duravit ab hoc anno qui M.D.II. Chriſti nati fuit, annos continuos plus minus quindecim de ſacris Bibliis edendis cura; ut pene cum Ximenii vita finem quoque editio ſuſceperit. Ubi ſi per partes narrandum eſſet, quantum laboris exhauſtum ſit, quantum taedii et faſtidii devoratum a viris illis operi praefectis, in exemplaribus excutiendis, quamque multiplici et ardua negotiorum mole Ximenius interim alio evocetur, nimium profecto in iis dicendis immoraremur. At illud unum quod ad impenſas a Ximenio in ea re abſolvenda factas pertinet, reticendum nequaquam eſt. Septem Hebraea exemplaria, quae nunc Compluti habentur, quatuor millibus aureorum ex diverſis regionibus ſibi comparaſſe, Alphonſus de Zamora ſaepenumero referebat: ut interim de Graecis et Latinis taceam, quorum illa ab urbe Romana, haec tum ex peregrinis locis, tum ex variis in Hiſpania Bibliothecis, ab octingentis fere annis characteribus Gothicis ſcripta, magnis ſumptibus Complutum ſunt delata. Jam vero Chalcographorum et Scribarum ſalaria, doctorum hominum non vulgaria praemia, mercedes internuntiis propoſitas, quibus ad codices vetuſtos adipiſcendos utebatur, aſſiduam denique ſubminiſtrantium catervam, quam ad res quae inſperato emergebant expendendas ſuſtentabat, et mille alia, quae longum eſſet referre, ſi bene quis ratione ſubducta numeret, quinquaginta millium aureorum, et amplius, ſummam conficiet, quod et majores natu frequenter dicere audivi.

Hac tandem diligentia et authoritate et liberalitate, opus illud abſolutiſſimum prodiit Leoni X. Pont. Max. dicatum. — — Opus me hercule miraculo par, et cujus tanta apud omnes qui ubicumque terrarum in ſacris literis verſantur, veneratio eſt, ut ad Complutenſium Bibliorum exemplum, quidquid alibi exeuditur, certatim revocetur *f*). Audivi Joannem Brocarium Compl. excuſorem, Arnoldi Guilielmi Brocarii filium, ſaepenumero ad aequales dixiſſe, eo ipſo die quo ultima manus a patre operis excuſioni impoſita fuit, ſe puerum eleganter veſtitum eum ultimo bibliorum volumine ad Ximenium veniſſe: qui impendio laetatus ita coelum ſuſpiciens acclamavit: Grates tibi ago ſumme Chriſte, quod rem magnopere a me curatam ad optatum finem perduxeris. Et ad familiares continuo converſus, equidem (inquit) cum multa ardua et difficilia reipublicae cauſa hactenus geſſerim, nihil eſt, amici, de quo mihi magis gratulari debeatis, quam de hac bibliorum editione, quae una ſacros religionis noſtrae fontes tempore perquam neceſſario aperit: unde multo purior theologica diſciplina haurietur, quam a rivis poſtea deductis. „*Huc usque Gomecius.* *g*)

[Sex integrum opus abſolvitur partibus, in quatuor volumina diſtributis, quae ſequenti ordine in lucem exiere:

I. No-

f) Haec ſcribebat Gomecius anno 1560. *g*) *Le Long* p. 8. col. 2. C. – p. 12. col. 2. A.

Bibl. polygl. Complutenſia.

I. Novum Teſtamentum grece et latine in academia complutenſi noviter impreſſum. Ad calcem notatur annus MDXIV. diesque X. Januarii. v. ſupra.

II. Vocabularium hebraicum atque chaldaicum, totius Veteris Teſtamenti, cum aliis tractatibus in academia Complutenſi noviter impreſſum, de mandato et ſumptibus F. Franciſci Ximenes de Ciſneros, Cardinalis, induſtria et ſolertia honorabilis viri Arnaldi Guilielmi de Brocario artis impreſſorie magiſtri. MDXIV. Menſis maji die ultima. *Ex praefatione*: Poſtquam jubente Domino Fratre Franciſco Ximenes de Ciſneros etc. dedimus Novum Teſtamentum graeco latinoque ſermone impreſſum, adjecto inſuper quam utiliſſimo lexico Graecarum omnium dictionum, quae in eo continentur: daturi quam primum Vetus Inſtrumentum (quod jam nunc in praelo eſt) Hebraica, Chaldaica Graecaque lingua cum ſingulis latinis interpretationibus excuſſum: En praemittimus vobis veluti pro deguſtamento et praeludio operis copioſiſſimum hebraeorum Chaldaeorumque vocabulorum dictionarium — — ſummo labore elucubratum nec minori etiam ſtudio et ſedulitate correctum: In quo non modo ſimplices dictionum interpretationes tam primitivorum quam derivativorum totius Veteris inſtrumenti ſeriatim continentur; ſed (quod omnium operoſiſſimum fuit) quot locis in eodem Veteri Teſtamento unaquaeque dictio propter linguae illius foecunditatem multiplicet ſignificata, adjectis quam plurimis concordantiis continuo ſubjungitur: aſſignata cuique loco propria ſignificatione, qua ibidem uſus eſt latinus interpres. — — Adjectus eſt tractatus de nominum propriorum interpretatione. — — Appoſita deinde eſt legendorum hebraicorum characterum ars et inſtructio, una cum ipſa hebraeae linguae Grammatica ex ſummis ipſorum auctoribus accuratiſſime collecta, atque eo ordine digeſta, ut nullibi, (aut certe in quam pauciſſimis) praeceptoris opera deſiderari poſſe videatur. — — Poſtremum tandem voluminis locum obtinet aliud dictionarium latini Abecedarii ordine digeſtum: quod omnia Veteris Teſtamenti latina vocabula citatis prioris Vocabularii paginis hebraice proferre docet, ut non tantum hebraica latine, ſed verſa vice latina hebraice poſſis enunciare. „

III. Vetus Teſtamentum multiplici lingua nunc primum impreſſum. Et imprimis Pentateuchus hebraico atque Chaldaico idiomate, adjuncta unicuique ſua latina interpretatione. „ Hebraicum et chaldaicum idioma quamvis ſolummodo expreſſe nominetur; adeſt tamen graecum. Prima in ſuperiori paginae parte columna ſiſtit textum hebraicum punctis inſtructum, ſed ſine ſignis tonicis: ſecunda verſionem latinam Vulgatam ad antiquiſſimos codices revocatam, et interdum ad textum hebraeum conformatam: tertia Textum graecum, non ad fidem Manuſcriptorum emendatum, ſed ad textum hebraeum adaptatum, et ſine cauſis ſonticis immutatum, cum verſione latina interlineari de verbo ad verbum a *Demetrio, Pinciano*, *Aſtuniga* ſeu *Stunica*, *de Vergara* aliiſque Academiae Complutenſis doctoribus confecta; Columella prima in interiori paginae parte ſiſtit Paraphraſin Chaldaicam *Onkeloſi*, cum latina verſione *Alphonſi de Zamora*.

IV. Secunda pars Veteris Teſtamenti hebraico graecoque idiomate nunc primum impreſſa, adjuncta unicuique ſua latina interpretatione. Pars haec continet Joſue,

Bibl. polygl. Compluten- ſia.

ſue, Judices, Ruth, libros quatuor Regum et duos Paralipomenon, et orationem Manaſſe.

V. Tertia pars Veteris Teſtamenti hebraico graecoque idiomate, nunc primum impreſſa, adjuncta unicuique ſua latina interpretatione. Quae in hoc volumine continentur, haec ſunt: Esdras, Nehemias, Tobias, Judith, Heſter, Job, Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica, Sapientia, Eccleſiaſticus.

VI. Quarta pars Veteris Teſtamenti hebraico graecoque idiomate nunc primum impreſſa, adjuncta utrique ſua latina interpretatione. Quae in hoc volumine continentur, haec ſunt: Iſaias, Hieremias, Threni, Baruch, Ezechiel, Daniel, Oſee, Johel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, Maccabaeorum libri tres.„ Ad calcem hujus partis notatur annus MDXVII. dies X. menſis Julii.

In ſingulis partium titulis conſpiciuntur in parte ſuperiori verſus ſequentes:

Haec tibi pentadecas tetragonon reſpicit illud
Hoſpitium, petri et pauli ter quinque dierum.
Namque inſtrumentum vetus hebdoas innuit: octo
Lex nova ſignatur, ter quinque receptat utrunque. [h])

In medio exhibentur inſignia Cardinalis *Ximenii*, in quindecim campos diviſa: et infra legitur cujusvis partis inſcriptio.

Per quindecim annos ſub praeſidio Cardinalis *Ximenii* viri, quos elegerat, eruditi in opere edendo ab anno ſeculi decimi ſexti ſecundo ad annum decimum ſeptimum fuere occupati, et approbante quidem Pontifice Romano. Sub *Alexandro* ſexto coeptum, et ſub *Leone* X. demum finitum. Sed non ante annum MDXXII. in publicum productum eſt. Voluit *Leo*, ut opus non ſine ejus ſpeciali conceſſione divulgaretur. Cum vero *Ximenius* jam inter vivos eſſe deſiiſſet, opus patrono orbatum in clauſtris retentum eſt, donec tandem *Leoni*, diplomate praefixo conceſſionem dare placuit. Opus quoad externam formam ſplendidiſſimum atque rariſſimum, cujus tamen quindecim exemplaria completa in Germania obvia recenſet Cl. *Goetzius*. [i])

Uu 2 §. III.

h) Quid ſibi velit luſus iſte ingenii, diſputatum eſt inter eruditos. Niſi omnia me fallunt, pentadecas tetragonon referenda eſt ad inſignia quindecies diviſa, ita ut per *tetragonon* campus ſeu ſpatium ſit intelligendum. Comparantur inter ſeſe quindecim ſpatia cum quindecim diebus hoſpitii *Petri*, defenſoris legis ſive V. T. et *Pauli*, defenſoris evangelii ſ. N. T. Galat. 1, 18. et denique cum quindecim annis, in quibus opus ad finem eſt perductum, quorum ſeptem V. et octo N. T. adſignantur: ut ter quinque anni integrum opus receptent.

i) In praefatione ad *ausfürlichere Vertheidigung des Complutenſiſchen griechiſchen Neuen Teſtaments*. Hamb. 1766. 8. p. XXX. etc. Conf. Ejusdem *Vertheidigung der Complutenſiſchen Bibel*. Hamb. 1765. 8. p. 2. etc. Conf. *Wolfii* Bibl. hebr. Vol. 2. p. 338. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T., Catalogue des Principales Editions de la Bible p. 515. *J. G. Carpzovii* critica ſacra p. 389. *Walchii* Bibl. exeget. p. 167. *Joh. Fr. Buddei* iſagog. hiſt. theol. p. 1473. *J. C. Dornii* biblioth. theol. Tom. 1. lib. 4. c. 4. p. 657. etc. *Hottingeri* biblioth. quadripart. p. 134. *Joh. Alb. Fabricius* bibl. graec. Vol. 2. p. 325. *Maittaire* annales Tom. 2. Part. 2. p. 273. 295. *Mylii* memorab. Biblioth. Jenenſ. p. 39. *Vogtii* catal. libr. rar. p. 92. *Gerdeſii* Florilegium p. 32. *Widekindi* Verzeichnis p. 600. *D. Clement* biblioth hiſt. et crit. Vol. 4. p. 168. et auctores ab illo citatos; Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 3. *G. C. Gieſii* hiſtoriſche Nachricht von der Bibelüberſ. Lutheri Part. 1. p. 77. etc. *J. G. Hagemanni* Nachr. von

Digitized by Google

§. III.

Bibl. polygl. Antwerp.

Bibl. Polygl. Antwerp.

* Biblia Sacra, Hebraice, Chaldaice, Graece et Latine, Philippi II. Regis cathol. Pietate et ſtudio ad ſacroſanctae eccleſiae uſum. Chriſtoph. Plantinus excud. Antwerpiae (1569-1572) VIII. Vol. Fol.

Quo anno, legitur ad calcem primi voluminis: „Quinque Moſis libros Hebraice Graece et Latine cum Paraphraſi Chaldaica et latinis verſionibus ſumma diligentia a Plantino excuſos, Benedictus Arias Montanus ex Philippi Catholici Regis mandato Legatus a ſe cum Complutenſi et correctiſſimis aliis exemplaribus collatos recenſuit ac probavit. Antwerpiae Kalendis Martii M. D. LXIX.„ Et in adverſa pagina, haec hebraice leguntur: „abſolutum eſt opus in menſe Niſan, anno 329 juxta minorem ſupputationem„ (hoc eſt anno Chriſti 1569.)

Sic explicit volumen quartum: „Hanc quartam et ultimam totius veteris Teſtamenti partem, Hebraice, Graece et Latine cum Paraphraſi Chaldaica et latinis verſionibus Chriſtophorus Plantinus excudebat Antwerpiae pridie D. Joannis Baptiſtae anno Domini 1570.„

Et in calce quinti voluminis haec exarata ſunt: „Novum Teſtamentum Graece, Syriace et Latine ſumma diligentia a Plantino excuſum Ben. Arias Montanus — — a ſe cum Complutenſi et correctiſſimis aliis exemplaribus collatum recenſuit et approbavit. Antwerpiae Calendis Februarii 1571.„ Apparatus ſacri, qui triplici volumine conſtat, tomus primus finitus eſt 2 die Januarii 1571. ſecundus et tertius eodem anno perfectus eſt. Sicque illa editio quatuor ad minimum annis abſoluta fuit. Regia vocantur haec Biblia, quod impenſis Philippi Regis excuſa fuerunt, vel Antwerpienſia, et Plantini, qui ea in celebri hac civitate typis mandavit. Licet in tomi prioris titulo quatuor duntaxat linguae, ſcilicet Hebraica, Chaldaica, Graeca et latina recenſentur, cum in quinto Tomo adjectum ſit novum Teſtamentum lingua expreſſum Syriaca, merito quidem hoc opus Pentaglotton nuncupatur.

Omnia haec ſtudio et induſtria Ariae Montani *k*), qui latinas omnes, praeter illam quae eſt ex Syro, verſiones recognovit, et Guidonis Fabricii Boderiani, qui translationem Novi Teſtamenti latinam ex Syro confecit; Juvantibus

1) *Nicolao* Guidonis Fabricii Fratre:

2) *Joanne Harlemio* S. J. qui in Chaldaeis, Syris et Graecis non vulgares fecit progreſſus, plurimum nos ſublevavit *l*), adjuvitque cum in translationis noſtrae recognitione, tum etiam in univerſo Bibliorum opere ejusque appendicibus.

Idem

von den Ueberſetzungen der H. S. p. 180. *Aug. Calmetii* Biblioth. Biblica p. 126. edit. german. *Freytagii* analect. de libr. rar. p. 948. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 1. etc. Varia ſunt, quae in opere hoc recenſendo errata ſunt; quorum nonnulla jam ſupra, ubi de novo Teſtamento actum eſt, emendavimus. Addimus jam tum errorem *Hagemanni*, qui initium imprimendi jam 1502. factum eſſe affirmat; tum ſatis jejunum et falſum *Dornii* judicium: *Hodie raro comparantur haec Biblia, quia enim verſionibus non optimis inſtructa ſunt, nullius habentur pretii.* etc.

k) [De vita Ariae Montani conf. *J. P. Niceron* Nachrichten Vol. 22. p. 139. *Nic. Antonii* Biblioth. Hiſpan. nov. Tom. 2. p. 284. citat. ap. *Wolfium. Les Eloges de Mr. de Thou et les Additions de Teiſſier* Tom. 2. p. 271. et 427. *Pauli Freberi* theatr. p. 1492.

l) Inquit Boderianus in fine praefationis in N. T. Syrum.

Digitized by Google

Idem [m]) Indicem Biblicum concinnavit, variasque collegit lectiones in Latinis Bibl. polygl.
Bibliis, et ad textum Hebraicum, Chaldaicum Graecum atque Syriacum exa- Antwerp.
minavit et diſcuſſit:

3) *Franciſco Raphelengio* qui [n]) incredibile quantos labores ſuſtinuerit in edendis Bibliis Regiis cum Benedicto Aria Montano, Andrea Maſio et Guidone Fabricio: In quorum omnium impreſſione [o]) indefeſſo labore doctiſſimi ac diligentiſſimi correctoris officio functus eſt Franciſcus Raphelengius, Plantini gener, cui, ut ornato multarum linguarum peritia, ſtudioſi omnes acceptum fere habent, quod nunc habeant univerſam Paraphraſim Chaldaicam longe emendatiorem quam hactenus prodierat, punctorum affixione ad analogiam librorum Danielis et Eſdrae ubique revocata:

4) *Franciſco Luca Brugenſi*, qui [p]) Regiorum Bibliorum editioni cum magno illo Benedicto Aria Montano caeteriſque praefectus fuit:

5) *Andrea Maſio*, qui [q]) Antwerpiam evocatus una cum Benedicto Aria Montano iſtam vere Regiam Bibliorum editionem adornavit:

6) *Joanne Livineio*, qui in Plantiniana Bibliorum editione Graeca cum Guill. Cantero ſedulam operam navavit: [r])

7) *Guill. Cantero*, qui variarum in Bibliis illis lectionum libellum concinnavit, qui extat in apparatu.

„Poſtquam autem [s]) quotquot huic operi aſſidue incubuerunt, ſedulam in eo navaſſent operam, Benedictus Arias Montanus, Hiſpalenſis, Doctor Theologus, pro munere ſibi a Regia Maj. mandato, ſemper poſtremam adhibuit perluſtrationem, examinationem atque approbationem.„

Ex iis, quae jam allata ſunt, patet, in hujuſce editionis prioribus quinque voluminibus, Vetus Teſtamentum exſtare Lingua Hebraica, Chaldaica, Graeca et latina; novum autem lingua expreſſum Syriaca: utrumque autem exaratum typis elegantiſſimis Pariſiis a Guillelmo le Bé fuſis et efformatis [t]). In apparatus ſacri primo volumine reperiuntur Grammatica hebraica, et Epitome Theſauri Sanctis Pagnini a Franciſco Raphelengio concinnata, Grammatica Syra et Lexicon Syro-Chaldaicum Guidonis Fabricii Boderiani; Andreae Maſii Grammatica Syra et Lexicon, quod inſcripſit *Peculium Syrorum:* Grammatica denique Graeca cum Lexico graeco diligentia et impenſis Chriſt. Plantini confecta. Secundus tomus ejuſdem apparatus exhibet Hebraeum veteris et Graecum novi Teſtamenti contextum, minore charactere quam in praecedentibus voluminibus exaratum, atque Latina interlineari verſione illuſtratum [u]). In ultimo tandem apparatus tomo leguntur idiotiſmi linguae Hebraicae, et plurimae diſſertationes, quae circa pondera ac menſuras, Geographiam ſacram,

Uu 3 aedifi-

m) Addit Sotuel in Bibl. Scriptorum S. J.

n) ut ait Swertius in Athenis Belgicis pag. 251. [Addatur *Joh. Meurſius* in Athenis Batavis p. 140.

o) Scribit Boderianus ſub finem ejuſdem Praefationis.

p) Juxta eundem Swertium ibid. p. 245.

q) Juxta eundem p. 123.

r) Jac. Aug. Thuanus ſub finem libri 122. ſui temporis. [Adde *Teiſſierii* Addit. Tom. 2. p. 289.

s) Sic ſuam abſolvit Praefationem Boderianus.

t) ut refert Jo. de la Caille pag. 46. Hiſt. Artis typographicae.

u) [vid. de hoc codice ſupra cap. 1. Sect. III. §. III. et Cap. II. Sect. II. §. III.

Bibl. Polygl. Antwerp. aedificia, veſtitus, et ornamenta, Chronologiam et alia ejusmodi verſantur, quorum Auctor eſt Arias Montanus, quaeque ſejunctim poſtea ibidem ſub titulo *Antiquitatum Judaicarum* typis mandata fuerunt; adjecta eſt quoque diverſarum lectionum a multis auctoribus excerptarum varia ſuppellex.

Quo major hiſtoriae hujus editionis Regiae lux affulgeat, placuit hic quaedam excerpere, quae in dedicatione totius operis ſub finem leguntur: „Caeterum veritatis ille pater et piorum omnium protector, Eccleſiae Catholicae illuſtrator, verbique ſui aſſertor Deus — — eam mentem Philippo II. Catholico Hiſpaniarum Regi et Principi potentiſſimo et Chriſtianae pietatis ſtudioſiſſimo, injecit, ut inter quam plurima conſilia — — de ſacris etiam libris, antiquis linguis, et earum optimis interpretationibus, qua fieri poſſet diligentia, inter ſe collatis, excudendis, is etiam deliberaret. — — Igitur quam plurimis ex publicis Academiis et ex ſacrae religionis Magiſtratibus, Cenſores et Judices, atque adeo ex omni Eccleſiaſtico ordine miniſtri conſpiciuntur, ad tantam rem deliberandam adhibitis; communi omnium ſententia confirmatum eſt hujusmodi Regis conſilium, non tanquam utile tantum, ſed etiam veluti plane neceſſarium ac divinum comprobari, et omnium ſuffragiis poſtulari, omnium que piorum ſtudio, ut expleretur, orari oportere. Id quod Rex ipſe libentiſſime ſuſceptum mature exſequi atque perficere inſtituit: praeſertim vero, cum eorum omnium quae ad eam rem parandam et oportuna, ac etiam neceſſaria erant, magnam copiam apud ſe intelligeret; ſeque iis viris, qui tanto huic operi et exolvendo praeeſſent, quales ipſae rei literariae amantiſſimus quam plures continuo fovet, omnino non carere conſpiceret. Tantum igitur Catholici Regis conſilio, ſtudio, auctoritate atque benignitate praeſtitum eſt, ut operis hujus admiranda moles, maximis rerum difficultatibus ſuperatis, extructa et in publicum Catholicae Eccleſiae uſum, aeternumque Chriſtianae veritatis monumentum, ſtabilita et expoſita denique fuerit; cujus inſpectionem nulli chriſtianae pietatis ſtudioſo non gratiſſimam, utiliſſimamque fore arbitramur, cum propter eximiam omnis generis characterum elegantiam, et egregiam optimi et celeberrimi Typographi operam: tum vero maxime propter ſummam integrae et incorruptae lectionis perfectionem, quam praeter aſſiduam doctiſſimorum et linguarum omnium peritiſſimorum hominum diligentiam, variorum quoque et correctiſſimorum exemplarium, Romanorum videlicet, Venetorum, Conſtantinopolitanorum et Germanorum collatio nobis praeſtitit; Complutenſibus vero potiſſimum hac in parte uſi ſumus, quae quidem a celebratiſſimo ac pientiſſimo viro Franciſco Ximenio S. R. E. Cardinali, magno ſtudio, incredibili ſumptu, inſigni diligentia, utiliſſimoque eventu edita quondam fuerant, et apud doctos homines magno in pretio habita; quae tamen, quia propter miram eorum pauciiatem et raritatem deſiderabantur, hoc in opere non modo inſtaurata, ſed multis etiam in partibus aucta, integrata, locupletata, magno etiam appoſitiſſimoque rerum et verborum apparatu exornata ſunt. Nam praeter excellentem formarum, chartae et characterum praeſtantiam, integras etiam chaldaicas, in veteri teſtamento paraphraſes, et Syriacae, in novo, lectionis libros, eosdemque diligenti ſtudio et cenſura examinatos, et commoda latinarum interpretationum copia inſtructos, opus hoc Complutenſibus Bibliis addit; et quod ad lectionis et ſententiarum diſtinctionem, explicationemque plurimum confert, accentus omnes, Hebraicosque apices diligentiſſime obſervatos adjungit. Inſignem praeterea

terea rerum et verborum ſuppellectilem, aliis variis codicibus diſperſam, hoc unum opus continet, quae magis uſu percipi, quam oratione judicari poſſunt. Bibl polygl. Antwerp.

His accedunt variarum in omnibus linguis, lectionum propoſita exempla, quae quidem quot et quantos lectoribus fructus allatura ſint, nemo facile aeſtimare poteſt. Sunt praeterea integra Biblia, novumque Teſtamentum Graecum latinis ad verbum interpretationibus, majori quam unquam antea, diligentia et ſedulitate elaboratis, quae praeterquam quod ad ſententiarum cognoſcenda myſteria plurimum adjumenti afferunt, Latinum hominem Hebraicam et Graecam, Graecum vero et Hebraicum Latinam linguam ſine praeceptore ac nullo pene negotio docere poſſunt. Addita praeterea ſunt opportunis locis difficiliorum verborum Hebraicorum, Graecorum et Syriacorum Themata, quas radices Hebraei dicunt. Poſtremum vero et utiliſſimum illud volumen adjungitur, quod quia multarum et ad familiares divini verbi explicationes commodiſſimarum rerum copioſam ac multiplicem ſuppeditat materiam, ſacrorum librorum apparatum inſcripſimus, quo in opere dictionaria, obſervationes, arcanorum ſermonum interpretationes multaque alia cognitu digniſſima continentur. Atque haec quidem omnia magnae ſacrarum literarum ſtudioſis utilitati, magnoque uſui Catholicae Eccleſiae futura a Philippo Catholico Rege curata, ejusque tum auctoritate, tum dignitate, tum liberalitate Regia expedita, et inſigni rerum omnium diverſitate et elegantia inſignita, ad optimum et feliciſſimum exitum, divinae providentiae ſummo beneficio, tandem perducta ſunt. „

Ex ejusdem Benedicti Ariae Montani alia ad lectorem praefatione, quae ita orditur: „Ampliſſimos et uberrimos fructus, qui ex illuſtri hoc opere percipientur, Lector, nulla ſane faciliori ratione tibi repraeſentare potuimus, quam ſi ſingulas ejus partes, eo quo collocatae ſunt, ordine, diligenti explicatione perſequeremur. — — Sed quia ex veterum exemplarium cum noſtro hoc diligenti collatione, quid alii, qui in eodem opere non mediocrem alias adhibuerunt, (quorum laboribus nihil detrahimus) et quid deinde nos in hac parte praeſtiterimus, planius et apertius cognoſcatur: Complutenſibus Bibliis ad unguem examinatis, et cum noſtris hiſce, qua fieri potuit diligentia, collatis quid per nos in noſtra hac editione effectum ſit, quo res tota clarius pateat, breviter exponemus.

In iis itaque, ut characterum elegantiam, quibus pollent, ac ordinem et ſeriem dictionum ſuis locis diſpoſitarum, miſſam faciamus: Hebraica veritas puris dictionibus et clauſulis bene diſtinctis, atque omnibus, ut par eſt, ſuo ordine collocatis, dilucide conſpicitur. Graecum item contextum ea habent, cui interpoſita eſt Latina interpretatio, quae ad verbum apte reſpondet. His additur vulgata editio, ſancto Hieronymo plerumque adſcripta, quae inter hebraeum et Graecum textum, medium obtinet locum. Praeterea in eorum infima pagina legitur Onkeloſi in quinque libros Moſis Chaldaica Paraphraſis, cui e regione addita eſt Latina interpretatio. Opus certe omni laude dignum et (*temporibus illis*) ſatis eruditum atque elaboratum. — — Deinde caeteri omnes libri παραφραστικῶς verſi, partim a Jonathane Uzielis filio in poſteriores Prophetas, partim a Joſeph Coeco, atque aliis antiquis auctoribus in reliquos ſacrae ſcripturae libros, in Complutenſi editione plane deſiderantur. Has quidem in latinum ſermonem converſas, atque adeo de verbo redditas, et ad fidem tum Hiſpanorum, tum Venetorum exemplarium ſumma diligentia caſtigatas et correctas,

Bibl. polygl. Antwerp.

rectas, in Regio hoc opere non deſiderari comperies. Ea vero praeter illas, quae ut diximus, alias in quinque libros Moſis editae fuerunt, hae ſunt: Hiſtoriarum libri, qui priores Prophetae dicuntur: Quindecim poſteriorum Prophetarum explanatio: Pſalterium ac Proverbiorum libri qui una voce אמת appellantur. Qui omnes quanta cura, ſtudio et diligentia et expurgati et latine facti fuerint, et res ipſa docet, et nos etiam ſuis locis, Deo dante, commodius demonſtrabimus. Habent itaque Theologi et ſacrarum literarum ſtudioſi Vetus Teſtamentum, illud quidem Hebraicum, Chaldaicum, Graecum ac Latinum. Novum vero Syriace, Graece et Latine conſcriptum. Quibus accedit, in eorum gratiam, qui minus in antiquis linguis ſunt exercitati, triplex, latino idiomate, Veteris Teſtamenti interpretatio, quae Hebraicam veritatem, cui coeterae linguae ſe interpretes praebent, ita reddit, ut non mediocrem, ſed certe ampliſſimum fructum ex ea ſint reportaturi.

Opus procul dubio, omnibus ſuis partibus abſolutum, quod quidem nullis annotationibus magis illuſtrari poteſt, cum in eo veluti primario, et ſummae auctoritatis exemplari uberrimi quatuor linguarum fontes continentur. Coetera vero quae ad Veteris Teſtamenti tempora referuntur, eodem idiomatis genere, quo ſcripta reperiuntur, Gracca ſcilicet Graece, et Latina Latine, diligenter correcta his annexa conſpicies. Novum denique Teſtamentum, jam Syriaca (ut diximus) lingua conſcriptum, ex optimis quibusque exemplaribus expreſſum prodit, idque duplex: alterum Syriacis, et genuinis characteribus; alterum vero in infima margine Hebraicis literis, et omnibus ſuis punctis et numeris conſtans huic etiam accedit, ut iis, qui tam in Hebraica quam in Syriaca lingua exercitatiores ſunt, hac ratione conſuleretur. Syriaci quidem idiomatis Latina interpretatio, ſumma fide, et diligentia adhibita eſt a Guidone Fabricio Boderiano, qui et hanc ſuam interpretationem, ſummo ſtudio elaboratam, atque adeo ſe ipſum una cum fratre Hebraicae linguae peritiſſimo, alacri promptoque animo obtulit.„

Deinde apparatum ſacrum deſcribit, et quid complectatur, pluribus verbis indicat. Denique ultimi tomi initio facit mentionem, in quo reperiuntur Biblia Hebraica integra cum Latina interpretatione, quae quidem omnia hic praetermittimus, de quibus jam fuſius ſupra dictum eſt. Tandem adjutores recenſet:

„Itaque (inquit) ne quam plurimos Hiſpanos, Italos et Gallos, qui nos ſua ope et auxilio plurimum juverunt, hoc loco referamus; eos tantum recenſebimus, qui ab ipſo operis initio, ad finem usque, tam in eo parando, deſcribendo, vertendo, adornando, immutando, aut corrigendo, multum laboris operae ac diligentiae adhibuerunt.

Ex quorum numero Chriſtophori Plantini (Turonenſis) viri de Typographica arte optime meriti, ſummam ingenii dexteritatem, admirabilem prudentiam, ſedulam operam, infinitos labores, ac denique omnibus in rebus inſignem diligentiam nemo ſatis admirari ac dignis laudibus extollere poteſt.

Maximam vero partem, quae hic diligenter correcta, exornata, perpolita et elaborata ſunt, Franciſci Raphelengii, quem ſibi generum Plantinus adſcivit, ſummae induſtriae, incredibili diligentiae, continuae ſedulitati, perſpicaci ingenio et praeſtanti judicio acceptam referre debes. Ampliſſimus hic ſcientiarum et linguarum theſaurus hujus viri ope et induſtria correctiſſime in lucem prodit.

Guido-

Digitized by Google

Guidonem Fabricium, cujus ſupra meminimus, Hebraici idiomatis peritiſſimum, atqueadeo Syriacae linguae inſigni cognitione ornatum (quod quidem vel ex ipſa novi Teſtamenti Syriaci Latina interpretatione aperte cognoſci poteſt) non eſt quod meis verbis hoc loco commendem; ejus quippe inſignis eruditio et opera, qua nos in hoc opere mirifice juvit, ipſa per ſe ſatis praedicant, a ſtudioſis omnibus huic viro plurimum deberi. Bibl. polygl. Antwerp.

Nicolaum Fabricium Guidonis fratrem, ac potiſſimum in Hebraica lingua non infeliciter verſatum, qui ſua diligentia et continuis laboribus, in hoc opere tranſcribendo, interpretando et corrigendo inter coeteros nobis etiam adjumento fuit, huic catalogo merito inſerendum duximus.

In primis autem ſacrarum literarum ſtudioſi Auguſtino Hunnaeo et Cornelio Goudano, duobus Lovanienſis Gymnaſii luminibus, ſacrae Theologiae Doctoribus, et publicis Profeſſoribus, ac toti rei litterariae addictiſſimis, ingentes habeant gratias; his enim propter inſignem eruditionem et ſacrarum linguarum non vulgarem cognitionem, optimi Regis mandato, hoc opus evolvendum ac diligenter examinandum, a Lovanienſi Academia commiſſum eſt. Qui quidem, quo ſunt felici ingenió et maturo, et ad graviſſimas quasque res apto judicio (adhibito ad eam rem Joanne Harlémio Sacrae Theologiae Licentiato, in omni linguarum genere exercitatiſſimo, S. Scripturae et Hebraicae linguae apud Lovanienſes in Societate Jeſu Profeſſore) ſuo munere, ut a tantis viris exſpectari poterat, cum ſumma laude perfuncti ſunt. — —.

Cardinali Spinoſae Regii in Hiſpaniis ſummi conſilii et ſanctae Inquiſitionis Praeſidi ampliſſimo, non parvae habendae ſunt gratiae; ejus enim conſilio et favore convocatis etiam ad eam rem praeſtantiſſimis viris, Regique a Conſiliis, Rex noſter optimus et ſapientiſſimus praeſtantiſſima haec Biblia inchoari et ad finem perduci voluit.

Nec vero Granvellanus Cardinalis ampliſſimus hoc loco nobis defuit; pro eo enim, quo erga rem literariam ac potiſſimum ſacroſanctae Theologiae ſtudia eſt propenſo animo, Bibliorum Graecorum exemplaria, ſuis impenſis ad Vaticanorum fidem deſcripta, ac diligentiſſime collata, ad nos opportune tranſmiſit.

Nec poſſum, Lector, Sirleti etiam Cardinalis operam, laborem, induſtriam, ac doctrinam prope ſingularem tibi non vehementer commendare. Is enim praeter graviſſimas occupationes, quibus ampliſſimus et ſacratiſſimus Cardinalium ordo diſtineri ſolet, animum ad ſacra ſtudia ita convertit, ut jam Theologorum labor in perquirendis ſacrorum voluminum variis lectionibus magna ex parte ſit ſublevatus; tanta enim induſtria et judicio eas collegit, et quas ſequi, et quas rejicere oporteat, ita docte admonuit, ut merito tanti beneficii immortales gratias ampliſſimo huic viro habere debeas.

Joannes Regla feliciſſimae memoriae Caroli V. Caeſaris invictiſſimi Confeſſor, quem vocant, inſtituti Hieronymiani apud Hiſpanos, ſuam hac etiam in parte praeſtitit operam.

Ab Andrea Maſio, viro a Conſiliis et Secretis Ducis Cliviae, pleriſque valde doctis annotationibus, et Chaldaica Paraphraſi in priores Prophetas, Pſalmos, Ecclesiaſten et Ruth, ope Hiſpani exemplaris a ſe Romae inventi, et quod maximum eſt, Dictionario Syriaco cum ejusdem idiomatis doctiſſima Grammatica aucti ſumus;

 ſum-

Bibl. polygl. Antwerp. ſummam certe commendationem praeſtantiſſimus et antiquarum literarum peritiſſimus hic vir apud omnes ſtudioſos meretur.

Eſt etiam nobis a Clemente Anglo, Philoſophiae et Medicinae Doctore, qui in hiſce regionibus propter Chriſtianam religionem exulat, exhibitum Pentateuchi Graeci, ex Thomae Mori Bibliotheca, elegantiſſimum exemplar.

His omnibus addo Guilielmum Canterum, virum praeter generis nobilitatem et rei familiaris amplitudinem, in Graecis et latinis literis feliciter verſatum, reique publicae ſtudioſiſſimum, atque adeo de hoc opere, omni ex parte, bene meritum.

Detulimus et nos ex Complutenſi Bibliotheca poſteriorum Prophetarum Paraphraſim latinam ex Chaldaica factam; atque adeo ex noſtra antiquiſſimum exemplar poſteriorum Prophetarum Hebraice et Chaldaice ſcriptum.

Chriſtophorus Plantinus habuit penes ſe Complutenſia Bibliorum exemplaria excuſa. Praeterea Veneta Hebraica, Chaldaica et Graeca, et Germanica Hebraea et alia ſuis typis alias impreſſa: deinde Graeca omnia, quae quidem in Galliis et Germania extant celeberrima.

Daniel Bombergus pius et doctus vir, et paterni tum nominis, tum ingenii haeres, Novi Teſtamenti antiquiſſimum exemplar Syriacum Colonia Agrippina ad nos attulit: quod quidem magno nobis fuit uſui et commodo. Id enim contulimus cum iis noſtris, quae Ferdinandi optimi ac piiſſimi Imperatoris beneficio, paucos ante annos cum Latina Eccleſia communicata fuerant.

Itaque jam ex te ipſe, Lector, facile potes conjicere, quale et quantum munus tibi offeratur; cum ad id parandum, tot et tam inſignium virorum induſtria et ſingularis, qua praediti ſunt, doctrina acceſſerit. — — Vale. Datum Antwerpiae X. Cal. ſextilis. CIↃ IↃ LXXI.„

Ex Epiſtola Lovanienſium ad ſummum Pontificem: „Sacra Biblia ex parte quidem veteris Teſtamenti, Hebraica, Graeca, Latina atque Syriaca a Chriſtophoro Plantino Regis Architypographo Antwerpiano opera quatuor integrorum annorum, et ſumptu incredibili, ex Complutenſi exemplari, quatenus id exemplar extendebatur, ſumma fide atque diligentia expreſſa (*ſunt*). In quo opere quantum ad vetus Teſtamentum attinet, quod Paraphraſi Chaldaicae in Complutenſi editione deerat, id ex Bibliis Venetis, collatis tamen prius cum MS. Chaldaico exemplari, quod Cardinalis Ximenius ante mortem ſuam Compluti per viros doctos fideliter corrigi juſſerat, ſuppletum eſt. Novum vero Teſtamentum in hac memorabili editione, Syriaco Textu (ex editione Viennenſi) cum ejusdem catholica et doctiſſima verſione e regione reſpondente, auctum atque locupletatum eſt. His omnibus in iſta editione acceſſit Apparatus facer, — — in tres tomos diſtributus, quorum primus libros ad earum linguarum, quibus in iſtis Bibliis Sacra Scriptura expreſſa eſt, prima rudimenta facile addiſcenda utiliſſimos continet. Secundus vero tomus ad earundem linguarum primam exercitationem atque meditationem plurimum earum ſtudioſis adjumenti allaturus eſt. Tertius vero tomus variarum rerum ad facrae ſcripturae verum, germanumque ſenſum perſpiciendum cognitu neceſſariarum, copia eſt refertus.„

Ex oratione Bened. Ariae Montani ad Gregorium XIII. Pont. Max.: „Fuimus in labore per quatuor integros annos, a XV. Maii menſis, quo ego in Belgium perveni, anni 1568. usque ad ultimam Martii 1572. Cum tamen nemo eſſet, qui

 credere

credere poſſet, tantum opus, tanta elegantia, tantaque Majeſtate, tanto ſumptu, tanta denique mole abſolutum iri, propter ſummam omnium rerum caritatem, maxime vero propter bellorum tempeſtates in Galliis et aliis provinciis, unde nobis chartarum et operarum totiusque materiae copia petenda erat. Atque his difficultatibus omnibus, gratia, providentia atque ope Dei, in cujus honorem opus hoc a Philippo Catholico inſtituebatur, ſuperatis, tandem ſtructura omnis, magnis quidem ſumptibus, ſexaginta perpetuis operis, magnis virorum doctorum laboribus eſt abſoluta. — — Quod vero ad operis integritatem attinet, ego Benedictus Arias Montanus offero ſanctitati veſtrae Biblia ipſa a me a prima pagina ad ultimam usque diligenter Graece, Latine et Chaldaice perlecta, et cum exemplaribus fideliſſime collata, tanta fide, ut non ſolum ſi verbum aliquod depravatum deprehendatur, ſed ſi vel unus apex aut iota unum in illis merito deſideretur; coeteris coadjutoribus meis exceptis, et a culpa liberatis, ipſe perpetuam ignorantiae et negligentiae notam ſubire velim. — — Tertium tomum (*in quo continetur* Apparatus) totum fere ipſe conſcripſi.„ Bibl. Polygl. Antwerp.

b. Haec editio compta eſt et elegans; partibus, quibus conſtat, integra; prolegomenis, Lexicis, grammaticisque variis ornata.

„Immenſum illud ac vere Regium opus a Theologis Hiſpanis, Pariſienſibus, Lovanienſibusque, et aliis viris eruditione et pietate conſpicuis approbatum, imo et a Summo Pontifice Gregorio XIII. eximie laudatum x). A quibusdam etiam orbis miraculum dictum y). Sunt tamen nonnulla in hoc opere cum judicio pio legenda z).

[Quatuor priora operis Regii volumina continent Vetus Teſtamentum inſertis ſuis locis libris Apocryphis, et quidem Contextum Hebraicum ex Complutenſi editione cum editione Veneta Bombergi collatum, Paraphraſin Chaldaicam, et quidem in Pentatenchum ex Complutenſi, in reliquos libros ex Veneta editione et MStis Complutenſibus, Verſionem graecam ex Complutenſi cum Aldina collatam; Verſionem latinam Hieronymi, ſeu Vulgatam; Verſionem ex graeco e Complutenſi exemplari, et denique Verſionem latinam e chaldaico partim a *Zamora* confectam et ab *Aria Montano* recognitam, partim ab ipſo *Aria* elaboratam. Quae ſingula ita ſunt in columnis diſpoſita, ut paginae ſecundae prima textum hebraeum; ſecunda verſionem Vulgatam, pagina tertia in prima columna verſionem e graeco et ſecunda columna contextum graecum contineat. In inferiori vero parte paginae ſecundae Textus Chaldaicus et in pagina tertia verſio ejus latina exhibetur. Simili modo ſingulae plagulae per totum opus, exceptis iis, ubi vel Contextus Hebraeus, vel Chaldaica Paraphraſis deſideratur, ſunt diſpoſitae. Tomus I. continet Pentateuchum, cui duplex praemittitur *Ariae Montani* praefatio, altera de divinae ſcripturae dignitate, linguarum uſu et Catholici Regis conſilio, altera ad Lectorem, in qua de totius operis uſu, dignitate et apparatu ex ordine diſſeritur. Tomus II. praemiſſam habet *Ariae Montani* de Chaldaica Paraphraſi praefationem et *Hieronymi* prologum in librum Joſuae, et in ſe comprehendit librum Joſuae, Judicum, libros Samuelis et Regum. Accedunt libri Paralipomenon in quatuor columnis per integram paginam, ſine paraphraſi Chaldaica; et appendicis loco

 Oratio

x) Richardus Simon diſquiſit. crit. de variis bibliorum editionibus p. 216.

y) Teſte Waltono in Praef. ad Biblia Polygl. Londin. et Proleg. IV. p. 35.

z) Ut obſervat Nic. Selneccerus, cujus ad haec Biblia notata leguntur in Arcanis Bibl. Thom. Lipſ. ſacris p. 49.

Digitized by Google

Bibl. polygl. Antwerp. Oratio Manaſſae, cum hac inſcriptione: „Oratio Manaſſae Regis Juda, quae neque in Hebraeo, neque in Graeco habetur.„ [a]) Tomus III. ſiſtit libros Eſdrae et Nehemiae in quatuor columnis, ſine Chaldaica Paraphraſi, tertium et quartum Eſdrae vero librum tantummodo latine; librum Tobiae et Judith in tribus columnis ſecundum Verſionem Vulgatam, textum graecum et ejus verſionem; Librum Eſtherae in quatuor columnis adjecta Paraphraſi Chaldaica, et acceſſiones apocryphas graece cum duplici latina interpretatione; Librum Jobi, Pſalterium, et Salomonis ſcripta canonica in quatuor columnis, ſubjecta Paraphraſi Chaldaica; Sapientiam vero et Eccleſiaſticum graece cum duplici verſione latina. Tomus IV. ſiſtit Prophetas poſteriores eodem modo, uti Pentateuchus, exſcriptos, excepto Daniele, a quo Paraphraſis abeſt Chaldaica. Libri priores Maccabaeorum tribus columnis inſcripti ſunt, tertius vero liber duas explet paginae cujusvis columnas.

Quintum Volumen exhibet Novum Teſtamentum in quatuor itidem columnis, ac in prima verſionem Syriacam typis Syriacis expreſſam, in ſecunda Textus Syriaci verſionem latinam a *Guidone Fabricio Boderiano* confectam, in tertia verſionem latinam vulgatam, et in quarta denique Contextum graecum ex editione Complutenſi. In inferiori margine vero Textus Syriacus typis hebraicis expreſſus exhibetur. Textus Syriacus ex editione Widmanſtadii Viennae 1555 emiſſa exſcriptus cum MSto Colonienſi eſt collatus: deſunt vero ab illo eadem, quae in editione Viennenſi deſiderantur: Secunda Epiſtola Petri, ſecunda et tertia Johannis, Epiſtola Judae et Apocalypſis [b]), nec non hiſtoria Adulterae Joh. VIII. et dictum 1 Joh. V. c. 7. Tres reliqui Tomi continent Apparatum ſacrum, nimirum variorum opuſculorum collectionem, et codicem ſacrum V. et N. T. authenticum cum verſione interlineari. Quibus in diſponendis *Arias Montanus* ſibi ipſi haud conſtat, quippe qui codicem ſacrum modo ad ſeptimum, modo ad octavum refert tomum, qui fortaſſis majori jure quinque prioribus jungendus, ex ſextus dicendus eſſet. Apparatus tomus primus et operis ſextus continet tractatus de Verborum copia ſequentes: 1) Theſauri hebraicae linguae olim a *Sante Pagnino* Lucenſi conſcripti epitomen; 2) Dictionarium Syro-Chaldaicum *Guidonis Fabricii Boderiani;* 3) *Maſii* grammaticam linguae Syriacae; 4) Ejusdem Syrorum peculium; 5) Lexicon graecum et inſtitutiones linguae graecae. Tomus ſecundus ſeu ſeptimus continet Biblia hebraea et N. T. graecum ad linguarum exercitationem. Tomus ultimus exhibet varias *Ariae Montani* opellas de copia rerum: 1) De idiotiſmis linguae hebraicae. 2) Liber Joſeph, ſive de arcano ſermone. 3) Liber Jeremiae, ſive de actione. 4) Tubal-Cain, ſive de menſuris ſacris. 5) Phaleg, ſive de gentium ſedibus primis, orbisque terrae ſitu. 6) Chaleb, ſive de Terrae promiſſae partitione. 7) Chanaan, ſive de duodecim gentibus. 8) Exemplar, ſive de ſacris Fabricis liber. 9) Aaron ſive ſanctorum veſtimentorum ornamentorumque ſumma deſcriptio. 10) Nehemias, ſive de antiquae Jeruſalem ſitu. 11) Daniel, ſive de Saeculis codex integer. 12) Index Biblicus. 13) Catalogus librorum canonicorum veteris et novi Teſtamenti ex cap. XLVII. Concilii tertii Carthaginenſis.

14) Ho-

a) vide infra cap. IV. §. XVII.

b) Epiſtolas haſce Petri, Johannis et Jacobi primus e codice MS. Bibliothecae Bodlejanae evulgavit *Edw. Pococke*, Lugdun. Bat. 1630. 4. Apocalypſin vero edidit e MS. *Joſephi Scaligeri*, *Lud. de Dieu*, Lugdun. Batav. 1627. 4. et ad calcem Criticor. ſacrae. 1693. fol. v. §. XXXVII.

Digitized by Google

14) Hebraea, chaldaea, graeca et latina nomina virorum — — cum adjecta eorum expoſitione. 15) De variis in hebraicis libris leetione ac de Mazzoreth ratione atque uſu. 16) Variae lectiones in Thargum. 17) Loca ex chaldaica paraphraſi rejecta. 18) Variarum in graecis Bibliis lectionum libellus a *Guill. Cantero* concinnatus. 19) *Sirleti* annotationes variarum lectionum in Pſalmos. 20) Tabula evangelicarum lectionum eccleſiae Syriacae. 21) Loca reſtituta in N. T. Syriaci contextu ope MS. exemplaris. 22) Errata quae in N. T. Syriacum irrepſerunt. 23) Variae lectiones in latinis Bibliis editionis vulgatae. Novem iſti Tractatus a n. 3. ad n. 11. recenſiti, ſeorſim Lugduni Batavorum poſtea excuſi, Criticis ſacris Anglicanis inſerti leguntur [c]). Ad normam Complutenſium Bibliorum exſcripta ſunt quidem Biblia haecce Antwerpienſia, ſed iis ſunt certe longe praeſtantiora; commendant ſe enim prae iſtis non ſolum majore chartae et typorum elegantia, ſed et apparatu copioſo literarum ſacrarum ſtudioſis ſatis utili. At varia ſunt, quae in opere iſto reprehendenda viſa ſunt viris eruditis Proteſtantium, quin et Romanorum ſacris addictis, quae ſatis erudite exponit *Joh. Gottl. Carpzovius*. *Arias Montanus*, cui maximus omnino exhauriendus fuit labor, cuique plurimae debentur grates, adeo fratrum ſuorum ſacrum odium in ſe excitavit, ut Apologiam ſcribere coactus ſit. Et ipſe *Plantinus*, quum Regia liberalitate ſuffultus dicatur, edendo opere res ſuas domeſticas ita deturbavit, ut multo aere alieno oneratus, a creditoribus multum vexatus ſit. Inter rariora Bibliothecarum ornamenta refertur editio, dum magna exemplarium pars, dum Hiſpaniam vehebatur, in undis periit [d]). Bibl. polygl. Antwerp.

§. IV.

Biblia Polygl. Pariſienſ.

Bibl. polygl. Pariſienſ.

* Biblia 1. Hebraica. 2. Samaritana. 3. Chaldaica. 4. Graeca. 5. Syriaca. 6. Latina. 7. Arabica. Quibus textus originales totius ſcripturae ſacrae, quorum pars in editione Complutenſi, deinde in Antwerpienſi regiis ſumptibus exſtat, nunc integri, ex manuſcriptis toto fere orbe quaeſitis exemplaribus, exhibentur. Lutetiae Pariſiorum excudebat Antonius Vitré, Regis, Reginae regentis et Cleri Gallicani Typographus. Anno MDCXLV. Fol. maxim.

[Hiſtoriam hujus Operis Biblici, quoad externam formam omnium ſplendidiſſimi tam accurate expoſuit *Le Long*, ut quae iis, quae ſatis amplo ſermone recenſet, addi poſſent, nobis omnino non ſint. Verum cum, gratum fore lectori, ſi in compendio quae ſcitu ſunt maxime neceſſaria exhibeamus, non ſine ratione judicamus, brevem operis recenſionem praemittimus. Opus ipſum typis nitidis et diſtin-

 ctis

c) Tom. VI. p. 523. etc. edit. Francof. ſub titulo: Antiquitatum Judaicarum libri IX. Prodierunt antea ſeorſim anno 1593. 4.

d) Conf. praeter *Rich. Simon* et *Waltonum* *Wolfius* Bibl. hebr. Vol. 2. p. 341. Vol. 4. p. 100. *Carpzovii* crit. ſacra p. 391. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 289. *Dornii* bibl. theol. Tom. 1. lib. 4. c. 4. p. 663. *Joh. Franc. Buddei* Iſagoge hiſt. theol. p. 1474. *D. Clement*. Biblioth. hiſt. Vol. 4. p. 176. *J. G. Schelhornii* amoenit. litt. Tom. 2. p. 398. *Mylii* memorab. Biblioth. Jenenſ. p. 39. Bibliotheca Solgeriana Tom. 1. p. 1. *Vogtii* catal. libr. rar. p. 92. *Walchii* Bibl. Exeg. p. 169. *Job. Georg. Hagemanni* Nachrichten p. 182. *Aug. Calmetii* Bibliſche Bibiioth. p. 127. *J. M. Goetzii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 4.

Digitized by Google

Bibl. polygl. Pariſienſ. etis in charta imperiali exſcripſit *Antonius Vitré*, ſumptus vero haud exiguos ſubminiſtravit *Michael le Jay*. Jam anno 1628. coeptum eſt opus, novem tomis in decem volumina diſtributis conſtans; ſed per lites inter *Jayum* et *Sionitam* adeo retardatum eſt, ut demum anno 1645. ultimus tomus in lucem prodire potuerit. Prodiit enim Tom. I - IV. A. 1629. Tom. VI. A. 1632. Tomi V. Vol. 1. 1630. Vol. 2. 1633. Tom. VIII. 1635. Tom. VII. 1642. Tom. IX. 1645. In duo corpora opus ipſum diſtinguitur. Primum in V. Tomos et VI. Volumina diſtributum exhibet ea, quae e Bibliis Polyglottis Antwerpienſibus exſcripta ſunt; quorſum lectorem, qui, quae ſingulis tomis contineantur, ſcire cupit, ablegamus. Interim notandae veniunt immutationes et acceſſiones nonnullae. Paraphraſis chaldaica V. T. ex editionibus Venetis aliisque interpolata aut emendata eſt; verſio vero latina ex Opere Antwerpienſi retenta eſt. Hinc textus chaldaicus et verſio latina ſibi non ubique accurate reſpondent. Acceſſit Volumini priori Pentateuchus Hebraeo-Samaritanus; et Pentateuchus Samaritanus charactere Samaritano, cum verſione latina unica a *Morino* confecta. Novo Teſtamento acceſſit verſio Arabica cum verſione latina, in locum Textus Syriaci in Antwerpienſi opere typis hebraicis exſcripti, ſubſtituta, nec non Epiſtolae Canonicae et Apocalypſis Syriace. Secundum Corpus Vol. VII - X. continet textus Syriacos et Arabicos V. T. cum verſione latina, ubi tamen varii V. T. aut ſi mavis, Apocryphi libri deſiderantur. Reliqua elegans *Jacobi Le Long* dabit Diſſertatio, cum qua, quos infra nominamus, ſcriptores conferantur. *e*)

* DE BIBLIIS POLYGLOTTIS PARISIENSIBVS.

HISTORICA DISSERTATIO.

Quandoquidem omnium quae ſeculo decimo ſexto in lucem data fuerunt, Bibliorum Polyglottorum Hiſtoriam conficere, varioſque eorumdem caſus referre abſolvimus, de Pariſienſi nunc Editione inſtituenda eſt oratio.

I. Hujus operis inſtitutum a Perronio delineatum.

Non mirum cuiquam eſſe debet, quod ante ſextum et decimum ſeculi ſequentis annum hujus Editionis inſtitutum, ac velut ortum conſtituamus. Hoc enim anno ſic ea de re Jacobus Auguſtus Thuanus ſcribebat: „Librarii noſtri novam Bibliorum „editionem parant, cui poſt Hiſpanam et ultimam Antverpianam, meliorem para„phraſim Chaldaicam, ſive Syriacam et Arabicam verſionem in vetus et novum Te„ſtamentum addent cum interpretatione Latina peculiari. Illuſtriſſimus Cardinalis „Perronius opus urget, et vicaria opera noſtra ad eam rem utitur.„ Ita Thuanus in Epiſtola ſcripta 4. nonas Majas anni 1615. ad Sebaſtianum Tengnagelium, quae reperitur p. 150. libri I. Comment. Lambecii de Bibliotheca Vindobonenſi.

Ex his poſtremis Thuani verbis Cardinalem Perronium hujuſce inſtituti auctorem ac patronum quis non colliget? imprimis qui recordabitur horum congreſſuum, quos

e) *Wolfius* Vol. 2. p. 374. *Carpzovii* crit. ſacr. p. 395. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 518. *J. F. Buddei* Iſagog. p. 1474. *Walchius* p. 170. *Waltoni* proleg. p. 265. *Knochii* Nachrichten p. 15. Catalog. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 3. Biblioth. Solgeri Tom. 1. p. 1. *Calmetii* Bibliſche Biblioth. p. 129.

Digitized by Google

quos cum Joanne Baptiſta Raymundo Romae de hoc argnmento circa annum 1607. habuit. Jamque et ipſe Thuanus ſcripſerat Franciſco Savari de Breves, qui anno 1614. apud Summum Pontificem Oratoris Regii munere fungebatur, ut, in Galliam rediturus, binos ſecum adduceret Maronitas. Iſti quidem circa hujus anni finem Pariſios adventarunt, et a Thuano, Bibliothecario Regio, doctorumque hominum ſtudioſiſſimo, benigne fuerunt excepti. Cujus rei memoriam ipſi ſervarunt Maronitae in Epiſtola Guillelmo du Vais Epiſcopo Lexovienſi nuncupata Geographiae Nubienſi praefixa, et excuſa Pariſiis an. Dom. 1619. ita namque orditur: „Cum nos e longinqua terrarum regione advenas, blando, ut ſolebat coeteros omnes, excepiſſet vultu doctiſſimus ille et nunquam ſatis laudatus Jac. Thuanus, etc. et poſt aliquot lineas: „ Illuſtriſſimus Franciſcus Savarius Dn. de Breves, cui non pauca debemus, „quique nos Roma ſecum in Gallias, legatione ad Pontificem Summum Paulum V. „functus, juſſu Henrici Magni, transvexerat, quos prae manibus ex ſua Bibliotheca „Arabica Salomonis et Jobi, atque adeo omnes veteris Teſtamenti libros abhinc ter „centum annis Arabice deſcriptos habebamus, jamque primo ſtilo a nobis exarati, „extremam aut lituram aut manum deſiderabant, ad umbilicum perducendos, decre„verat.„ Bibl. polygl. Pariſienſ.

Hujus quoque meminerant utrique Maronitae in Epiſtola praefixa Grammaticae Arabicae ibidem editae, quam nonis Januariis an. Dom. 1616. ornatiſſimis viris, Cardinali Perronio et Jac. Aug. Thuano, quorum ope et cura in hanc urbem ſe receperant, nuncuparunt; in cujus fine haec ajunt: „Prodit opus hoc in lucem, ampliſſimi Domini, veſtrorum nominum ſplendore inſignitum, quod quidem velut ſolida „fundamenta continet, et ſpecimen eorum librorum praecurrit, quos ex Arabico „ſermone, nec non et Chaldaico per nos in Latinum convertendos (quas linguas ae„que profitemur) maxima prudentia decreviſtis in lucem mandari.„

Non modo jucundus fuit Thuano Pariſios Maronitarum adventus; ſed et curavit ſtatim, ut omnibus utilis eſſet ac fructuoſus. Ante omnia effecit ut Gabriel Sionita, de Monte Libano, Syriacarum et Arabicarum fieret Regius Profeſſor ac Interpres, atque Joannes Heſronita alter Maronita, item earum quoque Regius interpres conſtitueretur. Utrique conceſſi ſunt diplomate Regio 4. die Januarii anni 1615. annui reditus ducentorum coronatorum; ſed et majores obtinuiſſe Sionitam patet ex alio diplomate anni 1619. ſiquidem ducentarum et mille librarum ſumma tum fruebatur.

Supra relatis Thuani verbis evidentiſſimum eſt, idem eos praeſtare voluiſſe, qui tunc de Bibliis edendis conſilium inierunt, ac id quod executus eſt qui ad optatum finem opus perduxit, Guido Michael le Jay, hoc eſt, Antverpianae editioni Syriacos et Arabicos ſacrorum librorum contextus adjungere. Verum anno 1617. mortuo Cardinale Perronio, itemque anno ſequente Thuano fato functo, qui duo ſuam huic inſtituto operam navabant; alii, tum in primis Franciſcus de Breves, qui in idem opus conſpirabant, fuere tantum ſolliciti de Arabica Bibliorum verſione in lucem emittenda, de qua jam anno 1617. fama percrebuerat. Nam Joannes Melchior Malderus, Auguſtanus linguae Arabicae Profeſſor, in oratione quam habuit menſe Octobri hujus anni, Pariſienſis Bibliorum Arabicorum editionis mentionem facit his verbis: „Nuper admodum (anno 1616.) novum teſtamentum univerſum Arabicum „elegan-

Digitized by Google

Bibl. polygl. Pariſienſ. „elegantiſſimis typis Erpenius noſter emiſit dias in luminis oras; et breviter etiam ve„tus adjunget. Quod idem ſperamus a Maronitis, qui Pariſiis docent; nam ſub „praelo nunc habent cum verſione collaterali.„

Idem amplexi ſunt conſilium Cleri Gallicani Proceres Bleſis anno 1619. convocati; die namque prima Julii Dominus de Saint-Jean, coetus hujuſce Promotor obtulit Clero ſcriptum Maronitarum, quo exponebant ſe a Franciſco Savario de Breves e Collegio Romano fuiſſe advocatos, ut Arabicam codicis ſacri verſionem Latio donarent. Quae cum eſſet jam abſoluta; ne inutilis evaderet ac irritus ipſorum labor, id tantum a Clero poſtulabant, ut haec Latina textus Arabici converſio in honorem Eccleſiae Catholicae, et Religionis Chriſtianae lucem publicam aſpiceret. Ideo coetum univerſum ſupplices exorabant, ut quandam pecuniae ſummam conſtitueret, cujus ope haec editio perficeretur. Illis quod petebant, libenter annuit omnis Cleri Conventus, juſſitque, ut quoquomodo pecunia ad eam rem conſummandam deſtinaretur. Fuit itaque determinata ab ipſo Promotore ſumma octo millium librarum, huic operi deinceps impendenda, dummodo Latina Maronitarum tranſlatio ab Archiepiſcopo Turonenſi Bertrando d'Eſchaux, a Joanne Davy du Perron, Cardinalis cognominis fratre, Senonenſi Archiepiſcopo, a Carolo de Balſac Epiſcopo Noviomenſi, a Joanne Camus de Pontcarré Sagienſi Epiſcopo et a Promotore Dn. de Saint-Jean, ab omni coetu ad hoc deputatis, recognoſceretur.

Haec ſane noverat Fronto Ducaeus, cum literas miſit ad eundem Tengnagelium (apud Lambecium ibidem ut ſupra) idibus Januarii anno 1621. ſcriptas, quibus illi ſignificat „Maronitas duos linguam Arabicam (Pariſiis) profiteri, et illis tan„quam Regiis Profeſſoribus quadringentorum aureorum ſtipendium aſſignatum eſſe. „Nuper etiam ab univerſo Franciae Clero munere non exiguo ſunt adjuti, ut incho„atam veteris Teſtamenti paraphraſim Arabicam in lucem edere poſſint, una cum „interpretatione Latina, quam ſuis ſumptibus iidem Epiſcopi in lucem exire cu„rabunt.„

At haec pecuniae ſumma ad Arabicam ſacri voluminis editionem deſtinata aliorſum expenſa fuit; de qua re graviter conqueritur Gabriel Sionita in praefatione Pſalterii Syriaci a ſe anno 1625. editi, in qua poſtquam verba fecit de nobiliſſimo totius veteris inſtrumenti Arabico exemplari in Aegypto exarato ante annos trecentos, ſubdit: „quo quidem unà cum verſione Latina frueretur modo Chriſtiana Reſpublica, „liberalitate Illuſtriſſimorum Eccleſiae Gallicanae Praeſulum, niſi pecunias ab iis in „Comitiis Bleſenſibus anno 1619. huic operi moliendo attributas quidam avertiſſent, „inque alios et forſitan in ſuos uſus convertiſſent.„

Idem Sionita initio hujus praefationis dixerat, „poſt longos acerboſque bien„nii dolores et valetudinem hoſtilem ipſi animum fuiſſe Pſalterium Syriacum cum „verſione Latina in lucem edere,„ ſicut et reapſe anno 1625. praeſtitit. Ad id certe non intendebat Jac. Sirmondus, cum eidem Tengnagelio (apud Lambecium ibidem pag. 166.) anno 1626. nonis Novembris ſcribebat: „quod ad Biblia Syriaca et Arabica „ſpectat, quae Maronitae pollicebantur, nihil hactenus apparuit.„

II. *Editionem Biblicam aggreditur Guido Michael le Jay.*

Huc uſque celebratiſſimum Guidonis Michaelis le Jay nomen vix indicavimus, qui licet hujus operis inſtitutum alteri cedat, illius tamen perficiendi atque con-

ſumma-

ſummandi gloriam merito ſane adeptus eſt. Hoc quidem vix incoeptum ſummis extollit laudibus anno 1633. Joannes Morinus exercit. 1. in Pentat. Samarit. ubi poſtquam mentionem fecit Complutenſis et Antverpienſis editionis, ita pergit: „Illam „(Antverpianam) et impenſis et charactere et ſinceritate longe antecellit Editio, „quam clariſſimus et eruditiſſimus D. le Jay Pariſienſis animo plane regio non modo „molitus eſt, ſed etiam ad umbilicum perduxit. Editio iſta omnes tantum ſuperemi„net, quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi; ſapientiſſimum Cardinalis Ximenii „Heroicum conatum, potentiſſimique Regis Philippi II. admirandum opus adeo vin„cit una Pariſienſis civis pietas et magnificentia.„ Bibl. polygl. Pariſienſ.

Tanto revera fuit Jayus animo, et ad res etiam difficillimas audendas a natura comparato, ut, quamvis magnam pecuniae vim et copiam ad opus illud promovendum atque abſolvendum neceſſariam judicarit, eam tamen ipſe quaſi profundere, ſeque ingentis aeris alieni vadem reddere non dubitaverit.

III. *Ab Antonio Vitrè excudendum opus demandatur.*

Itaque Antonio Vitré celebri Typographo ſuum opus typis edendum commiſit; qui quidem ſculptis a peritiſſimo artifice Jacobo Sanlecque, et ab eodem fuſis elegantiſſimis characteribus, diligenti ſtudio illud adornavit; nova tum papyracea, eaque ita ſingulari forma excogitata, ut inſolitum huc uſque chartae imperialis nomen modo adeptum, etiamnum hodie conſervet.

Una licet, diverſas tamen haec Pariſienſis editio ſortita eſt appellationes. A quibusdam nuncupantur *Biblia Polyglotta Dn. le Jay.* Apud alios *Magna Biblia Pariſienſia* audit, vel etiam *Antonii Vitrè*, utpote qui ſuis illa typis Lutetiae Pariſiorum exaravit.

IV. *Perronii inſtitutum proſequitur Jayus.*

Non alia fuit mens clariſſimi Jayi ac olim doctiſſimi Cardinalis Perronii, Antverpienſem ſcilicet, ut diximus, iteratis typis dare editionem, adjectis tantummodo Syriacis et Arabicis textibus cum Latinis eorumdem interpretationibus. De edendo Samaritanorum Pentateucho, nondum ipſi ulla cogitatio ſubierat; contextum duntaxat Hebraeum (ut refert Claudius de Peireſc Epiſt. 36. Antiquit. Eccl. Orient. pag. 180.) iis in locis, in quibus major inter utrumque Pentateuchum reperitur diſcrepantia, notis ſuis illuſtrare ſtatuerat. Verum piiſſimus Cardinalis Berullius clariſſimo Jayo autor fuit, ut curaret, ne Pentateuchus Hebraeo-Samaritanus in editione ſua deſideraretur, de quo in praefatione ſua ſic legitur: „Eminentiſſimus Cardinalis „Petrus Berullius, Congregationis Oratorii auctor ac primus Generalis in Francia, „piiſſimae memoriae, qui inchoandi hujuſce laboris propoſitum adjuvit ac mirifice „confirmavit, dum pro commiſſo ſibi a ſede Apoſtolica munere (conſiliis ac ſuaſu Emi„nentiſſimorum Cardinalium Cremonenſis, Dandini et Melini, ac RR. PP. Cornelii „a Lapide e Societate Jeſu et Claudii Bertin ejusdem Congregationis Oratorii, et alio„rum Theologorum ad id congregatorum) de ſuſcipiendae editionis ratione, verſio„num fide, deque toto apparatu illuſtre ac luculentum teſtimonium perhibuit.„ Is ergo Joanni Morino, Congregationis ſuae Preſbytero doctiſſimo, qui primus aſſidua ſua inveſtigatione ac diligenti cura exemplaris Samaritici lectionem fuerat aſſecutus, onus impoſuit, ut huic textui una cum Latina ab ipſo condenda verſione typis exarando

 totus

Bibl. polygl. Pariſienſ. totus incumberet. Scribebat enim anno 1628. Morinus Hieronymo Aleandro: (Ep. 4. Antiq. Eccl. Orient. pag. 141.) „Editionem Pentateuchi Samaritani juſſu Illuſtriſſimi Cardinalis Berullii meditor.„

Abſoluta fuerat hoc ipſo anno, ejusdem Morini cura et labore, juſſu Cleri Gallicani anno 1626. in Comitiis generalibus congregati ſuſcepta ad Romanum exemplar Graeco-Latina Sacrorum Bibliorum Editio. Tunc doctiſſimus ille vir, qui ſibi proponebat „tria vel quatuor folia, non plura, verſionis ſamariticae in Pentateuchi „Samaritani illuſtrationem (ut ipſe Petro a Valle ſcribebat Epiſt. 21. Antiq. Eccl. Orient. p. 195.) „typis committere:„ cum ſibi copia totius verſionis illius Samariticae, hujuſce ſtudioſi Viatoris beneficio, peropportune facta fuiſſet, hanc ipſi textui conjungere, et utrumque luci publicae exponere operae pretium judicavit.

Opus Polyglotton anno 1628. menſe Martio typis exſcribere coepit Antonius Vitré; literis namque Madriti ad Jayum circa finem Julii hujus anni ſcriptis Andreas de Leon ex ordine Clericorum Regularium qui Minores dicuntur (Epiſt. 3. Antiq. Eccl. Orient. pag. 131.) teſtificabatur ſe „folium Polyglottorum Latinis, Graecis, He„braicisque, Hebraice et Chaldaice, literis editum inſpexiſſe.„ Verum, quae poſtea exortae ſunt contentiones et diſſidia inter Jayum et Sionitam, dum Bibliis edendis immorabantur, eorum editionem toto fere decennii ſpatio, nempe ab anno 1635. ad annum 1645. retardarunt, quapropter hoc ipſo tantum ultimo anno concluſa fuit atque perfecta.

V. *Titulus Operis deſcribitur.*

Rem ipſam nunc attentius conſiderare, titulum integrum deſcribere; quibus haec editio partibus conſtet; juxta quos tam editos quam manu exaratos codices condita ſit; quibus doctiſſimorum hominum auxiliis, quove labore ad umbilicum perducta Biblia, quibus tandem caſibus obnoxia fuerint, juvat etiam indicare.

Ex ipſius tituli lectione, quid totum complectatur opus, facilius dignoſcetur: inſcriptum eſt: Biblia. 1. Hebraica, 2. Samaritana, 3. Chaldaica, 4. Graeca, 5. Syriaca, 6. Latina, 7. Arabica. Quibus textus originales totius Sacrae Scripturae, quorum pars in editione Complutenſi, deinde in Antverpienſi regiis ſumptibus extat: nunc integri ex manuſcriptis toto fere orbe quaeſitis exemplaribus exhibentur. (Novem tomi in decem partiti volumina in folio maximo.) Lutetiae Pariſiorum, excudebat Antonius Vitrè, Regis, Reginae regentis et Clori Gallicani Typographus, ab anno 1628. ad annum MDCXLV. menſe Octobri.

Cum autem in illo titulo nulla facta ſit Guidonis Michaelis le Jay mentio, neceſſe mihi viſum eſt aliquam partem Inſcriptionis quae illum excipit, hic proferre, ut palam omnibus fiat clariſſimum Jayum hujuſce operis Biblici fuiſſe Εργοδιώκτην: „Regnante Ludovico XIV. . . Gallia . . . auguſtos Regis ſeculorum codices, ſacras „paginas ſepteno idiomate perſonantes . . . aeterno immortalitatis templo appendit, „ſummo perennitatis auctori, offerente et conſecrante Guidone Michaele le Jay, dat, „dicat, vovet.„

Poſt hanc inſcriptionem ſequitur Praefatio ſub nomine ejusdem clariſſimi le Jay vulgata; licet enim prolixius aequo forſan ſcripta ſit, quae et quanta, quae ſtudioſus lector diſcere averet, in ea tamen reticentur! plurima ſiquidem quae ad ejus editionis hiſtoriam ſpectant, in ea penitus omiſſa fuere.

Primam

Primam hanc altera ſubſequitur Joannis Morini Praefatio, in qua ſive de textu, ſive de verſione Samaritanorum docte ac fuſe diſſerit. At quae in praefatione editorum a ſe ſeptuaginta Interpretum, et in ſuis Samaritanis Exercitationibus jam ſcripſerat, haec eadem ille hic iterum ac tertio tuetur, Pentateuchum ſcilicet Judaicum ſeu Maſoreticum corruptum eſſe; Samaritanum vero ſincerum ac integrum, adeoque et alteri praeferendum. Cui opinioni multi multa oppoſuere, inter quos eminet Joannes Henricus Hottingerus, qui doctiſſimum Morinum ſuis Exercitationibus Antimorinianis Heidelbergae anno 1642. editis, acrius perſtringit. Bibl. polygl. Pariſienſ.

VI. *Partitio Operis Biblici.*

Totum hoc quantum quantum eſt opus, in duo quaſi corpora invicem ſeparata diſtinctum eſt. Primum quinque tomis vel ſex voluminibus (quintus quippe tomus in duo volumina diſpeſcitur) conſtat; cum autem in hac priori parte contineatur duntaxat exemplar denuo recuſum ſeu repetita Antverpienſis editio, non mirum ſi eadem ſit amborum verſio, idem textus, par oeconomia ſervata, adjuncta tantum in quinto tomo Arabica novi Teſtamenti tranſlatione, quae una cum illius Latina interpretatione, loco Syriacae editionis typis Hebraicis exaratae in Antverpienſi, imas paginas occupat; nec non addita quatuor Epiſtolarum Canonicarum et Apocalypſeos Syriaca verſione quae in praecedenti aberat. In primo inſuper volumine geminus exhibetur Pentateuchus: alter charactere Samaritano, lingua Hebraea: alter charactere et idiomate Samaritano; utrique tamen una duntaxat Joannis Morini Latina tranſlatio correſpondet. Secundum corpus contextus veteris Teſtamenti Syriacos et Arabicos una cum eorum interpretationibus Latinis quatuor voluminibus complectitur.

Quod autem ad Editorem, allata ſuperius tam ſubſcriptionis quae in fine praefationis legitur, quam praecedentis Inſcriptionis verba invictiſſime probant clariſſimum Jayum praecipuum fuiſſe hujus operis Propalatorem, utpote qui, quo opus inceptum ad coronidem perveniret, nec curas nec expenſas neglexerit aut praetermiſerit, imo quod erat ſupra vires ac fortunas privati hominis, tanto animo tamque ardenti ſtudio ſuſcepit, ut omnes quas paſſus eſt, dum opus praelo ſubjaceret, difficultates, infregerit atque ſuperaverit.

VII. *Quorum opera et labore promotum ſit Opus.*

Fautores hujuſce inſtituti fuerunt viri ea aetate doctiſſimi; quorum, quos indicat praefatio, gratia, favore, ope et conſilio tantae molis opus incoeptum, provectum, ac tandem abſolutum eſt. Nonnulli quoque adjutrices ac benignas eidem operi manus admovere non ſunt dedignati; quos inter juxta Valerianum de Flavigny Epiſt. 1. quam in hanc Editionem ſcripſit, pag. 9. „Hebraicis excudendis praefuit ſi„mul et Chaldaicis Philippus Aquinas, Avenionenſis, et e Judaeo Chriſtianus; Sama„ritanis Joannes Morinus, Bleſenſis, Oratorii D. I. C. Preſbyter et inſignis Theolo„gus; Arabicis ſimul et Syriacis Gabriel Sionita, Maronita celeberrimus, et in alma „Pariſienſium Academia Syriacarum et Arabicarum literarum Profeſſor Regius; Grae„cis vero et Latinis mercenarii quidam correctores, nullius plane nominis, ac mihi „(inquit Valerianus) penitus incogniti. Porro (pergit idem ibid. pag. 16.) libello „Ruth obſtetricatus eſt Abrahamus Ecchellenſis, Maronita, nuper Roma Pariſios „evocatus.„ Et pag. 45. his quoque adjungit „Hieronymum Parent Doctorem ac

Bibl. polygl. Pariſienſ. „Socium Sorbonicum et linguarum Orientalium peritiſſimum, qui multis rogatus „precibus, textus Syros et Arabicos novi Teſtamenti ac Pentateuchi Hebraici, qui „ſoli tunc temporis (an. 1635.) è praelo prodierant, una cum Latinis verſionibus re- „cenſuit.„ Quod autem hic narrator tomi ſexti Pentateuchum Syro-Arabico-Samaritanum complectentis, item octavi tomi et etiam ſeptimi, aliqua licet non omni parte exarati non meminit, id ſane ex profeſſo et mala mente videtur praeteriiſſe.

Alios quosdam viros eruditos, qui huic operi, praeſertim contextui Graeco recognoſcendo laboraverunt, indicat Adrianus Baillet in vita Godefridi Hermant, Gallico ſermone conſcripta et edita Pariſiis 1718. Bellovacenſis hic Canonicus unus fuit inter clariſſimos ac praeſtantiſſimos homines, quorum curis et monitis plurimum ſe adjutum fuiſſe Jayus in praefatione ſua profitetur. Hujus quoque mentionem facit Bailletus (tomo 3. Judiciorum a viris doctis prolatorum pag. 524.) quod duntaxat intelligendum videtur de accurata Graeci contextus reviſione, qui jam anno 1633. editus erat, et cui recenſendo anno 1640. operam dabat Godefridus Hermant. At haec recenſio nondum fuit in publicum emiſſa.

Idem Bailletus in Epiſtolis Latinis, quas ad Vincentium Placcium ſcripſit, duos alios homines literaturae Graecae peritiſſimos memorat, qui curas ſuas huic operi perficiendo contulerunt, quorum primus in praefatione Jayana nuncupatur, ſcilicet Joannes Aubertus, linguae Graecae Regius Profeſſor, quique de literis Graecis operum S. Cyrilli Alexandrini Graeco-Latina editione bene meritus eſt. Is forte Graecum etiam contextum recognovit: at quomodo id Flavignium ejus Collegam fugerit, explicare non intendo. Alter vocatur Joannes Tarinus, Andinus, vir ſumma praeditus facundia, Regiusque Eloquentiae Profeſſor, et Origenis Graeco-Latina Philocalia ſuo ſtudio et labore excuſa celebris. Cum ei praeſertim ſtilus conciſus et veluti ſectus, quo uti ſolent, qui Lapides marmoreas ſuis ornant inſcriptionibus, unde a quibusdam *Lapidarius* dicitur; inſcriptionem in capite primi voluminis Bibliorum Pariſienſium appoſitam, ab eo conſcriptam fuiſſe non aegre crediderim. Epitaphium ſane Simeonis Muiſii Collegae ſui eodem auctore et ſtilo elaboratum conſpicitur initio operum doctiſſimi hujuſce linguae ſanctae Regii Profeſſoris. Facile Tarino concederem quoque praefationem totius operis Biblici, utpote multa verborum facundia inſignem, ornamentis ac figuris rhetoricis decoratam, cui ſubſcripſit Guido Michael le Jay; ſed de his plusquam.

Recenſentur adhuc duo clariſſimi viri, qui Biblicum opus ſuis manu exaratis exemplaribus ſubminiſtratis juvare ſtuduerunt; quorum alter Claudius Fabricius de Peireſc, Aquenſis Senator, cujus benevolentia tres Pentateuchi Samaritani codices Joannes Morinus paulo tardius accepit; ut ipſe ait in ſua praefatione: „Editione Pariſi- „enſi jam peracta tres Pentateuchi Samaritici codices nobis ſupervenerunt ab ampliſ- „ſimo viro Peireſcio ad nos miſſi; ſed eorum nullus integer erat.„ Alter Petrus a Valle Patricius Romanus feliciorem opellam contulit; ſiquidem, ut Samariticae verſionis exemplar doctiſſimo eidem Morino redderetur, ſumma cura, ſtudioque ſingulari uſus eſt, teſte ipſo Morino, qui in Epiſt. 21. Antiq. Eccl. Orient. pag. 195. haec ait: „Pentateuchum tuum hunc ſanum, integrum, nulla ſui parte lacerum aut macu- „latum accepi.„

VIII.

Digitized by Google

VIII. *Recenſio Codicum, ad quos exacta eſt haec Pariſienſis Editio.* Bibl. polygl. Pariſienſ.

Jam ſatis de iis qui ſuam huic editioni operam et laborem praebuerunt: nunc aliquid de codicibus ſive typis ſive calamo exſcriptis, ad quos haec Pariſienſis Editio fuit exacta, dicendum eſt. In quinque primis voluminibus iteratis typis emiſſa eſt Antverpienſis Editio, cui tantum Arabica translatio quatuor Evangeliorum adjecta eſt: in quo judicium clariſſimi Editoris requirit Andreas de Leon Clericus Minor. Is nimirum, cum primum Jayani operis folium inſpexiſſet, cohibere ſe non potuit, quin auctorem inſimularit, quod Editionis Antverpianae veſtigia nimium premens „Vulgatam Latinam, et Graecam LXX. Interpretum converſionem ſine Romanis correctionibus contra expreſſam Sixti V. et Clementis VIII. ſummorum Pontificum prohibitionem temerario quodam auſu iterum protulerit. Quod idem fuit deinceps virorum „doctiſſimorum judicium.„

Quod ad Graecam interpretationem attinet, Morino ſane, qui eam, ut diximus, ad exemplar Vaticanum a ſe recenſitam mox ediderat, praetermiſſa Romana editione, aliave Complutenſi adjecta, favere voluerunt hujus operis alii Curatores. Sed „quis ferat (inquit Flavignius pag. 42. prioris ſuae Epiſt.) Vulgatam Editionem „Latinam etiam non emendatam a ſummis Pontificibus, ac minime recognitam in „hoc opere repraeſentari. Equidem ego ſcio facile regeri poſſe Propalatoris iſtius „operis inſtitutum tantum poſitum fuiſſe, ut Editionem Antverpienſem ſub incudem „revocaret; ſed ſcio etiam atque facile intelligo bino diplomate Sixti V. Pont. Max. „quod longe poſterius eſt Editione Antverpienſi, hoc omnino interdictum eſſe atque „prohibitum.„

Arabica quatuor Evangeliorum traductio cum Latina eorumdem interpretatione, quae Joanni Baptiſtae Raymundo deberi videtur, ea quidem a Gabriele Sionita reviſa, una cum textu Arabico ad Romanum exemplar anni 1591. excuſa eſt.

In ſexto volumine, quod alteram novi Teſtamenti partem complectitur, Textus, Graecus, Latinus et Syriacus, ex Antverpienſi editione toti deſumpti ſunt, quibus in Syriaco Pocockii Epiſtolae quatuor Canonicae, et Ludovici de Dieu Apocalypſis cum utriusque Latina verſione additae fuerunt. Sed in hac noſtra editione deeſt etiam Hiſtoria Syriaca mulieris adulterae Joannis VIII. 1-11. et Comma I. Joannis de tribus coeleſtibus teſtibus c. 5. v. 7. quod quidem abeſt in omnibus Syriacis exemplaribus. Libri Arabici hujuſce voluminis ex codice MSc. Aleppo recens Pariſios adſportato exſcripti ſunt, quibus ſuam Latinam interpretationem Gabriel Sionita ſubjunxit.

Ex his verſionibus Orientalibus, quibus conficitur alterum operis corpus, plurimae jam publica luce donatae fuerant; Pentateuchus nempe Arabicus Conſtantinopoli anno 1546. Pſalterium Syriacum ſimul et Arabicum in Monte Libano anno 1610. Syriacum ſeorſim Pariſiis anno 1625. Arabicum etiam Genuae anno 1516. Arabica enim Pſalmorum editio, quae Romae anno 1613. prodiit, non eadem eſt utpote ex Graeco concinnata, ac ea quae juxta textum Hebraeum condita in Bibliis Pariſienſibus invenitur.

Licet autem hujus operis Propalatores in fronte libri magnifice jactitent, ex manuſcriptis toto fere orbe quaeſitis exemplaribus textus exhiberi; conſtat tamen ad ſex vel ſeptem exemplaria confectum fuiſſe totum hoc opus Polyglotton. Gabriel

Digitized by Google

Bibl polygl. Pariſienſ. Sionita in ſupplici Libello, quem ſupremo Galliarum Senatui in Jayum anno 1643. obtulit, quatuor tantum memorat codices, binos Arabicos, et binos Syriacos, quorum unus Pſalterium jam ab eo typis mandatum complectebatur; quid contineat alter, nullus indicat, neque ex quo codice expreſſus ſit Syriacus veteris Teſtamenti contextus. Sed ejusdem verſio Arabica juxta exemplar, quod Conſtantinopoli rediens Illuſtriſſimus Savarius, tum Legatus Regius apud Turcarum Imperatorem, ſecum attulit, omnino conformata eſt, eique adjuncta fuit Pentateuchi a Joanne Heſronita, coeterorum vero librorum ab ipſo Gabriele elaborata converſio, praeter librum unicum Ruth Syrum et Arabicum unica verſione Latina redditum ab Abrahamo Ecchellenſi, ejusque ſtudio excuſum. Hic quidem Maronita anno 1640. Roma Pariſios evocatus, eximium advexit totius veteris Inſtrumenti Syriacum exemplar, quod teſtamento ipſi legaverat Sergius Riſius, de quo codice et aliis haec ait Abrahamus (pag. 149. Epiſt. 2. Apolog.) „Aliqui deſiderabantur in codicibus Gabrielis Sionitae libri, ut Ruth, „Eſther, Tobiae, Judith, Baruc, Machabaeorum etc. quos mecum attuleram, par„tim ex codicibus Collegii Maronitarum de Urbe, partim Collegii ejusdem nationis „Ravennatis, partim ex codicibus bonae memoriae Illuſtriſſimi Riſii Archiepiſcopi „Damaſceni, Maronitae, ſuisque adornavi verſionibus et vocalibus. Et cum editis „ex his Ruth ac tertio Machabaeorum intellexi id Gabrieli Sionitae utcunque diſpli„cere, ab incoepto deſtiti opere non absque magno clariſſimi viri D. le Jay diſpendio „et forte Reipublicae Literariae injuria. Ipſi libri cum ſuis verſionibus extant apud „praefatum clariſſimum D. le Jay cum quibusdam notis ac variis lectionibus, quas „partim collegi ex collatione textus quondam Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Damaſceni, „nunc vero Eminentiſſimi Cardinalis Mazarini (etiamnum in Bibliotheca Regia aſſer„vatur) cum textu edito in Magnis Bibliis; partim ex collatione eorum quae ad me „Pariſiis Romam miſerat olim praefatus D. Gabriel Sionita; nec non dubia quaedam „et mendas, quas in ejusdem D. Gabrielis verſionibus annotavi, dum illa recenſui „ex mandato Eminentiſſimi Cardinalis Richelii."

Tertius hic memoratus liber Machabaeorum, ſi Bartholomaeo d'Herbelot (p. 523. Bibliothecae Orientalis) ſit adhibenda fides, nihil eſt aliud quam quaedam pars operis Joſephi ben Gorion ex Hebraeo Arabice reddita. Reliquos novi Teſtamenti libros, qui ſunt in VI. volumine, ſicut narratur in Scripto Antonii Vitre adverſus Sionitam anno 1640. excuſo, ad mſc. codicem R. Patris Joſeph Carmelitae, qui illum Aleppo aſportaverat, Editores adornarunt. Hic autem textus Arabicus exceptis Epiſtolis Canonicis, ut me monuit Michael le Quien ex Ordine Praedicatorum inſignis Theologus, ab eo quem anno 1616. vulgavit Thomas Erpenius, plurimum diſcrepat.

Pentateuchum Hebraeo - Samaritanum Joannes Morinus edidit juxta optimum Bibliothecae Oratorianae Pariſienſis exemplar, quod Rev. Pater Achilles Sancius tum Congregationis Oratorii D. J. Socius et Symmiſta anno 1620. huic Bibliothecae dono dederat; Samaritanam vero publicavit translationem ex illo codice, quem cum priori Damaſci anno 1616. multo precio Petrus a Valle redemerat, ut ipſe ſcribit Epiſt. 13. Tomi I. Itineris ſui Gallice verſi. Utriusque codicis etiam meminit Hieronymus Aleander: „At vero (inquit Epiſt. 5. Antiq. Eccl. Orient. pag. 142.) Petrus „a Valle Patricius Romanus, qui duodecim totos annos in Orientalibus regionibus „conſumpſerat, et cujus potiſſimum opera, ut audio, Pater Harlaeus Sancius codi-

„cem

„cem ſuum nactus eſt, aliud Pentateuchi exemplar Romam detulit, quod non cha- Bibl. polygl.
„ractere tantum, ſed et idiomate Samaritano conſcriptum eſt.„ Pariſienſ.

Samaritanae verſionis codicem hunc, quem multo tempore ab iſto curioſo Viatore Joannes Morinus poſtularat, literis tandem ac precibus Hieronymi Aleandri et Claudii Peireſcii victus Petrus a Valle, ei tandem anno 1630. conceſſit; ſuam ipſe de vulganda hac interpretatione mentem explicat Epiſt. 14. Antiq. Eccl. Orient. pag. 160. „Pentateuchum Samariticum, qui apud me eſt, cum primum in Syria „reperi, ſemper ea fui mente, ut publicae utilitati in lucem emitterem . . . volvebam „igitur animo dare operam ut characteres iſti Samaritani efformarentur, occaſione „cujusdam Germani hujus artis peritiſſimi, qui modo Romae commoratur; nec pro-„cul aberam ab impreſſione libri omni conatu aggredienda; quandoquidem alius „adeſt nobis ad haec aptiſſimus vir, Stephanus Paulinus, alumnus olim eruditiſſimi „viri Joannis Baptiſtae Raymundi, qui Orientales literas et praeſertim Arabicas, in „Europa ſemimortuas, ſuſcitavit, illasque facillime atque elegantiſſime imprimendi „modum primus adinvenit. Sed ab his omnibus ea me diſtinuit cogitatio, quia „Pentateuchum Samaritanum absque verſione typis mandare infructuoſum putavi, „illum vero qui Latine redderet, Romae non erat, et ſi fuiſſet, fortaſſis ibi facile fu-„turum erat, ut hujusmodi liber imprimi a ſuperioribus impetraretur, (*impediretur*) „praecipue ſi textus ille a Vulgata editione in aliqua tantiſper diſcordaret. Haec „omnia praeſtiterunt, ut ad hanc uſque diem nihil amplius ſim molitus . . . Attamen „mirum in modum laetatus fui, quando R. Pater Bertinus una cum Aleandro, nec non „amantiſſimus ille bonarum literarum, de illisque optime meritus, Dominus de Pei-„reſc me de Paternitate tua admonuerunt, virum nempe linguarum Orientalium „ſtudioſiſſimum aeque ac peritiſſimum eſſe, et praeterea ad id onus ſuſcipiendum Penta-„teuchi Samaritani tum fideliter interpretandi, tum eximia diligentia imprimendi, „ante alios omnes longe idoneum, itemque paratiſſimum fore. Perſuadentibus idcir-„co, ut ad te librum in Gallias amandarem, facile aſſenſi; dummodo enim publi-„co conſulatur commodo, nihil ad me refert, an liber Pariſiis an Romae ſit excuſus. „. . . . Libenter etiam in hanc ſententiam deſcendi, ut ipſummet originale ad te „mitterem.„ Haec ſcribebat 12. Kalendas Aprilis anno 1630. Jamque eodem anno Kalendis Auguſti codicem hunc Morinus acceperat.

Vitae doctiſſimi Morini Scriptor anonymus nimiam in eo Pentateucho eden-do feſtinationem non ſine injuria illi exprobrat his verbis. „Verum (inquit pag. 27. hujus vitae, quae praefixa eſt Antiquitatibus Eccleſiae Orient.) „dum nimis urget ope-„ris illius editionem Morinus, minus accurati prodierunt Samaritani codices. Penta-„teuchum Hebraeo-Samaritanum ex uno exemplari Oratoriano et verſionem Samari-„tanam ex eo tantum, quod a Petro a Valle acceperat, edidit; vixque peracta fuerat il-„la editio, cum illi ſupervenerunt a Peireſcio, viro clariſſimo, gentis Samariticae co-„dices Hebraeo-Samaritani, Samaritani et Arabici. Thomas quoque Cromberus, „Collegii S. Trinitatis apud Cantabrigienſes in Anglia Socius, qui de Pentateuchi Sa-„maritani editione, quae Pariſiis tunc parabatur, aliquid reſciverat, Morinum de „exemplari Hebraeo-Samaritano, quod tunc in privata Cottonorum Bibliotheca aſſer-„vabatur, monuit, miſitque ad illum poſtea diverſas Pentateuchi illius Samaritani „ab Hebraeo ſeu Judaico lectiones. Cui malo ut manum medicam adhiberet Mori-nus,

Digitized by Google

Bibl. polygl. Pariſienſ. „nus, excuſum Pentateuchum Samaritanum relegit, manuſcriptos inter ſe codices „cum ſua editione comparavit, variiſque annotatis lectionibus, eas cum aliis ejusdem „naturae animadverſionibus, quas jam paraverat, adtexere meditatus fuerat ad vo- „lumen obſervationum criticarum in omnes Bibliorum editiones, quod ad calcem „Bibliorum Pariſienſium mox edendum erat; ſed ob eorum, qui Polyglottis illis „praeerant, contentiones et diffidia, egregium illud opus ad finem perduci non po- „tuit. Unus tandem Morinus longo poſt tempore (anno ſcilicet 1657. Pariſiis in „12mo) criticas illas animadverſiones ſub nomine Opuſculorum Hebraeo-Samarita- „norum ſeorſim edi curavit.„

An juſta ſit haec expoſtulatio, alii viderint; ſupponit ſaltem auctor ille Anonymus, quod Morino licitum fuerit eam editionem ad aliud tempus amandare; quae quidem vix illi conceſſerim; clariſſimus enim D. de Peireſc (Epiſt. 36. Antiq. Eccl. Orient. pag. 179. anno 1631. die 8. Novembris ad Jo. Morinum ſcripta) quot et quanti ſupervenerint obices, quibus impeditus eſt, ne citius codicum ſuorum ipſi copia foret, minutatim proſequitur; ita ut illi anno tantum 1632. exeunte, vel ineunte 1633. in Morini manus pervenerint. Ubi vero ex utriusque Samaritanorum Pentateuchi comparatione inſtituta Morinus intellexit Samaritanum interpretem ita preſſe textui ſuo adhaerere, ut ab eo rariſſime diſcedat; unicam ideo Latinam verſionem duplici textui collateralem edidit.

IX. *Quot ſuppeditarent manuſcriptos codices ditiſſimae Pariſienſes Bibliothecae, ſi modo nova Bibliorum Polyglottorum Editio adornaretur.*

Si nova modo Pariſiis adornaretur Bibliorum Polyglottorum editio; quot ad illam perficiendam conſummandamque manuſcripta exemplaria ſuppeditarent ditiſſimae hujus Regiae Civitatis Bibliothecae, utpote cum in ſex vel ſeptem, Regia nimirum, Colbertina, Segueriana, Sangermanenſi, Dominicana, Oratoriana et aliis quibusdam tanto numero codices Bibliorum linguis Orientalibus, Graecis et Latinis expreſſorum ſerventur, ut ſi ad calculum revoces, duo et triginta ſupra trecentos numerentur. Pergratum autem Lectori facere mihi videor, ſi codices illos juxta linguas paucis recenſeam; ubinam vero ſint, diſcere eſt ex tribus primis hujuſce Bibliothecae Sacrae capitibus. Codicum illorum ſex Pentateuchum Judaicum, totidem Hebraeo-Samariticum exhibent; quinque vero, coeteros Hebraicae veritatis libros produnt. Tres tantum reperiuntur tam Onkeloſi quam aliorum Chaldaicae Paraphraſes; at ſexdecim Syriaci; quorum unus totum vetus Teſtamentum, quatuor Pſalterium, ſeptem Evangelia, et quatuor alios novi Teſtamenti libros complectuntur, exceptis tamen quatuor Epiſtolis Canonicis et Apocalypſi, quae in plerisque Syriacis exemplaribus ut plurimum deſiderantur. Codices Arabicos circiter triginta ſex praebent eaedem Bibliothecae, quorum unus integras ſacras paginas continet, decem librum Pentateuchi, tres Pſalterium; quatuor alios veteris Inſtrumenti libros; novem Evangelium; et tres omnes alios novi Teſtamenti libros.

Quamvis autem tam ingens ſit codicum jam recenſitorum numerus; pauci tamen cenſebuntur, cum Graecorum et Latinorum ratio habebitur: ſexaginta namque codices Graeci quorumdam librorum veteris Teſtamenti; novi vero ſexdecim ibidem aſſervantur, praeter ſexaginta ſex Evangeliorum et aliorum ejuſdem novi Teſtamenti libro-

Digitized by Google

librorum triginta tres. Latinos quoque praecipuos et optimos ſacrorum Bibliorum triginta, et ad minus ſexaginta vulgares codices manuſcriptos ſuppeditabunt. Si vero his linguis addantur Perſica, Aethiopica et Cophtica ſeu Aegyptiaca; jam Perſicos ſubminiſtrabunt undeviginti, octodecim Aethiopicos, Cophticos viginti. His denique manu exaratis exemplaribus adjungatur copioſiſſima variarum omnis generis et linguae lectionum ſuppellex, quae variis in locis et a multis doctiſſimis hominibus ſummo ſtudio collecta jam a ſexaginta annis et amplius prodiit, nec non praeſtantiſſimae Bibliorum quavis lingua excuſorum editiones, quae vulgo his in Bibliothecis cuſtodiuntur; quanta tum auxiliorum copia adeſſet eis, qui hoc opus Polyglotton, immortali gloria dignum, aggrederentur; ſat eſt rem jucundiſſimam, atque maxima utilitate confertam explicare, qua ad felicem exitum perducta majori ſane gaudio afficerer; nunc ad Jayanae Bibliorum editionis hiſtoriam convertatur oratio. Bibl. polygl. Pariſienſ.

X. *Quot annis et quot inter caſus abſoluta fuerit editio.*

Haec quidem editio mihi viſa eſt variis obnoxia caſibus, iisque memoria dignis, nec praetermittendis, ut innoteſcat omnibus, qua de cauſa in tot annos dilata fuerit. Opus illud Heptaglotton, ut dixi ſupra, circa menſem Martium anni 1628. inchoavit Antonius Vitré. Teſtamentum vetus Hebraicum, Chaldaicum, Graecum et Latinum, quo complentur quatuor priora volumina, anno 162[illegible] abſolutum eſt.

Inſtructa poſtmodum atque ditata elegantiſſimis characteribus Samaritanis Syriacis et Arabicis celebris hujus Typographi officina, mox Antonius Vitré diverſos Pentateuchi his linguis expreſſos contextus excudendos aggreſſus eſt; ſimulque bina in ea praela fervebant, ſub quorum uno Pentateuchus triplici hac lingua exaratus, qui tomum ſextum conficit, perfectus eſt anno 1632; ſub altero mandatus eſt typis tomus quintus in duo diviſus volumina, quorum primum quatuor Evangelia Graeca, Latina, Syriaca et Arabica continens Anno 1630. prodiit; ſecundum, quod coeteros novi Teſtamenti libros exhibet, anno 1633. luci publicae datum eſt.

Jamque ſeptimi tomi magna pars excuſa erat, nempe libri Joſue, Judicum et tres Regum priores, ut compleretur ille tomus, ſuppeditanda erat a Gabriele Sionita Latina librorum Ruth, quarti Regum et duorum Paralipomenon converſio, una cum ſuis textibus exſcribenda, cujus cum ab ipſo copia non fuiſſet opportune facta, ideo ad aliud tempus remiſſa fuit horum librorum editio. Itaque tomo octavo, in quo continentur libri Eſdrae, Nehemiae, Job, Pſalterii, et qui vocantur Sapientiales, Arabice et Syriace conſcripti cum Latina eorum interpretatione excudendo inſudarunt operae, quem circa exitum anni 1635. perfecerunt.

XI. *Opus Polyglotton approbatur a Clero Gallicano.*

Abſolutis tandem octo prioribus tomis, paucos ſi excipias libros, Jayo venit in mentem immenſo ſuo iſti operi non leve pondus additum iri, ſi quodam Cleri Gallicani elogio commendaretur. Opportuna tum ſeſe dabat occaſio, ejusdem ſcilicet Cleri in Comitiis generalibus anno 1635. Pariſiis congregati. Eam ob rem Jayus Hieronymum Parent convenit, virum, referente Flavignio, linguarum Orientalium peritiſſimum, quique textus Syros, Arabicos et Samaritanos tunc temporis editos una cum Latinis eorum verſionibus recenſuerat. Nec mora, ipſe adire Ludovicum Ode-

Digitized by Google

Bibl. polygl. Pariſienſ. ſpunc Dominum de la Meſchiniere, qui in ſecundo coetus illius ordine locum occupabat, illique narrare: „ſe attente perlegiſſe omnes iſtos textus cum Latinis eorum „verſionibus, neque quicquam aliud inter legendum deprehendiſſe, quam omnia ſe „recte habere, et ad Eccleſiae utilitatem appoſite.„ Ut autem id ab eo reſcivit Dominus de la Meſchiniere, univerſo tum Cleri conventui poſtulavit, ut illuſtri ac publico teſtimonio illud opus Biblicum celebraret et approbaret. Rogati ideo fuerunt a Clero Gallicano, ut in actis legitur, Carolus de Montchal Archiepiſcopus Toloſanus, Carolus de Noailles S. Flori Epiſcopus, et Jacobus Camus de Pontcarre Epiſcopus Sagienſis (unus ſiquidem ex his, quibus in Comitiis ejusdem Cleri anno 1619. habitis cura Bibliorum Arabicorum edendorum demandata fuerat) ut hi Praeſules novam hanc Heptaglottam ſacrarum paginarum editionem recenſerent, examinarent, referrentque, num ad honorem Eccleſiae Catholicae, et ad ejus utilitatem iſtud opus conſpiraret, quo, quid tum conveniret, de illo decerneretur.

Itaque die 24. Januarii anno 1636. coram univerſo coetu Archiepiſcopus Toloſanus retulit, ſe juxta mandatum Cleri Gallicani, et Carolum de Noailles S. Flori Praeſulem, editionem multiplici exaratam idiomate, et Guidonis Michaelis le Jay non ſolum curis et diligentia, ſed et maximis impenſis ſuſceptam inſpexiſſe, ingens illud opus jam ad octavum tomum perveniſſe, idemque totius Cleri laudem atque approbationem demereri. Quo audito, univerſus coetus eundem Carolum de Montchal exoravit, ut ſcriptum nomine Cleri Gallicani vulgandum conſcriberet; quo deinde perlecto, laudata fuit atque omnium ſuffragio comprobata celebris illa ſeptem linguis expreſſa Bibliorum ſacrorum editio. Hanc autem ſuam ſententiam in Actis relatam Clerus ſic orditur: „Cum vir clariſſimus Guido Michael le Jay, cujus ſumptibus et diligentia ingens iſtud Bibliorum opus Pariſiis exeuditur, nos humiliter rogaverit, ut „ad diligentem operis iſtius Biblici, atque voluminum, quae Complutenſibus et Antverpienſibus ſuperadduntur, recognitionem et inquiſitionem, nonnullos e Collegis „noſtris delegaremus: Nos ejus precibus benigne faventes . . . totum ejus negotium „illuſtriſſimis Collegis noſtris (qui hic nominantur) commiſimus. Illi autem munere „a nobis demandato diligenter defuncti retulerunt, Opus Biblicum jam ad Editionis „coronidem pene deductum eſſe, ut nulla unquam aetas ſimile in eo genere pepererit, „cum non modo Origeniana Tetrapla, Hexapla, imo et Octapla, omnium Eccleſiae „Patrum ore et ſcriptis decantatiſſima ſuperet, ſed et Complutenſia Cardinalis Ximenii et Antverpienſia Regis Catholici, hactenus editorum, omnium conſenſu, Operum Biblicorum praeſtantiſſima, immenſum quantum excellere. Quidquid Antverpiae a Plantino editum eſt, id ab Antonio Vitré Regis et Cleri Gallicani Typographo „non minori ſtudio et vigilantia, ſed meliore, et charta majore excuſum eſſe, praeeuntibus iis excuſionis inſpectoribus et ectyporum emendatoribus, qui linguae Hebraicae, Chaldaicae, Graecae et Latinae eruditione et diuturna exercitatione Pariſiis „coeteros antecellunt. Retulerunt inſuper praeter iteratam cum tanto apparatu „Antwerpienſem editionem, novum et orbi Chriſtiano nondum cognitum totius veteris Teſtamenti textum Syriacum et Arabicum, cum totius Pentateuchi Samaritani „textu Hebraeo, atque illius in dialectum Samaritanis vernaculum tranſlatione, horumque omnium Latinis verſionibus ad excuſionis finem vergere, et nativis unumquemque textum characteribus non minori cum apparatu quam ſuperiora conſpici-

„untur

Digitized by Google

„nutur effulgere.„ (Deinde quorum labore et induſtria opus illud praeſtitum ſit hic „indicant.") Bibl. polygl. Pariſienſ.

„Retulerunt ſe etiam magna illa volumina luſtraſſe et conſideraſſe; verum „etiam de utilitate, et cum vulgato Eccleſiae textu conſenſione, cum Gabriele Sionita, „Joanne Morino, atque Hieronymo Parent Doctore Sorbonico veterano, linguarum „orientalium cognitione percelebri, qui maxima cum diligentia et indefeſſo labore „textus Syriacos, Arabicos, Samaritanos, et ſeorſim legit, et cum verſionibus ſuis, „nec non cum vulgatis Eccleſiae textibus attentiſſime comparavit. —— Quapropter „his omnibus a nobis mature conſideratis, et cum Reverendiſſimis Collegis noſtris „ſedulo examinatis, cenſemus multiplicem illam Editionem a clariſſimo Viro D. le Jay „ingenti cum laudis merito coeptam et adornatam, Eccleſiae Catholicae utiliſſimam „fore ad illuſtrandam et confirmandam vulgatam Eccleſiae tranſlationem. etc.„

Plurimis Sionita laudibus in hoc conventu cumulatus, labori ſuo finem imponere merito debuerat; attamen tomus ſeptimus anno duntaxat 1642 completus eſt, nonus denique et ultimus, in quo ſunt libri Prophetici lingua Syriaca et Arabica donati, tandem tertio nonas Maji anno 1645 abſolutus eſt.

XII. *Diſſidia inter Jayum, Sionitam et Ecchellenſem exponuntur.*

Id autem contigit propter varia diſſidia et contentiones, quae inter Jayum et Sionitam interceſſerunt. Hic quidem, ut ipſe aſſerit, omnes libros Syriacos et Arabicos adhuc excudendos penes ſe habebat, ſed nondum in Latinum converſos ſermonem. Verum hic Maronita erat animo nimium remiſſo ac inerti, epulationibus magis quam labori dedito; ab annis namque viginti duobus, hoc eſt ab anno 1614 exeunte, quo Pariſios acceſſit, ad annum 1636. praeter latinam Geographiae Nubienſis, Pſalterii et parvuli poematis Syriaci de Sapientia divina annis 1619. 1625. et 1628. publicatam translationem, in ſolis libris qui extant in ſecunda tomi quinti parte, et in quibusdam aliis tomi ſeptimi et octavi Latine reddendis totum tempus contriverat.

Ut autem objectae ſibi Biblici operis nimiae dilationis invidiam declinaret, aſſerit in ſupplici libello anni 1643, de quo ſupra: „Bibliorum Complutenſium editores, quamvis eſſent viri ſeptem, ii quidem in plerisque linguis Orientalibus verſatiſſimi, annos tamen quindecim his excudendis inſumpſiſſe, peritiſſimos quoque „quatuor homines Editionem Antwerpianam non ſine duodecim annorum ſpatio ab„ſolviſſe.„ (In hoc errat; per quatuor tantum annos, ut diximus ſupra, hanc elaborarunt.) „Ideo, *pergit Sionita*, nemini mirum videri debet, ſi et ipſe ab annis tre„decim„ (Huic enim labori ab anno 1630. incumbebat,) „meam in elucubranda „Pariſienſi editione operam ſubminiſtraverim; praeterquam quod verſionibus latinis „condendis mihi tempus erat terendum.„ Addebat: „toti octo anni elapſuri ſunt, „antequam opus ad optatum finem perveniat, niſi majori diligentia illud feſtinent Ty„pographi, qui hactenus unum duntaxat folium per diem excuderunt.„

Solius Jayi culpa dilatum fuiſſe hoc opus Heptaglotton ibidem affirmat Sionita, ſiquidem ipſi per Lambinum Curiae Pariſienſis Advocatum anno 1637. Jayus ſignificavit ſuam deinceps editionem ſe eſſe dimiſſurum. Hoc quidem conſilium prae nimio et affectato torpore ac ſumma deſidia Maronitae hujuſce uſque defeſſus videtur iniiſſe. Sed ne penderet imperfectum opus, ac proinde in caſſum in eo conficiendo

Digitized by Google

Bibl. polygl. Pariſienſ. operae collocatae eſſent, alium Maronitam, nomine Abrahamum Ecchellenſem, Romae commorantem, ibidem docentem Arabicas et Syriacas Linguas, literis ſuis compulit, ut ad affectum opus perficiendum Pariſios ſeſe reciperet. Ut id reſcivit Sionita, Jayo male fidens, ſchedam ab eo exegit, qua ipſi tam pro ſuſceptis curis, quam pro laboribus adhuc exantlandis ſummam librarum ad triginta millia promitteret; quo ſe donatum mercede anno 1637. Sionita videtur confiteri. Ante illud tempus de dilato opere (inquit ibidem Sionita,) nunquam Jayus conqueſtus eſt; imo ſi Maronitae credimus, magna ſemper fuerat inter utrumque animi conſenſio.

Ut autem de concepta a Jayo operis intermiſſione audivit Gabriel Sionita, tum Latinae librorum Syriacorum et Arabicorum converſioni, quae deſiderabatur, totum ſe dare: abſoluta Jayo notum facere ſe promptum eſſe ut operi Biblico finem imponeret. Verum, eodem referente, Jayus non modo intermiſſam operis impreſſionem rurſus non molitus eſt, quin imo juvantibus Archiepiſcopis Burdegalenſi et Remenſi, nec non Marchione de Sourdis, a Cardinale Richelio decretum impetravit, quo, jubente Rege ac ipſo poſtulante quiritationibus ſuis Michaele Jayo, Sionita menſe Januario anni 1640. Vincenniariae carceri mancipatus eſt. Idem confirmat Andreas Chevillier p. 299. tract. de Origine Artis Typographicae. „Tum ablata fuerunt Ga„brieli ſua ſcripta, ut ipſe queritur, et Antonio Vitré tradita, qui, ut ab Abrahamo „Ecchellenſi mox Roma Pariſios evocando latine facta ederentur, illa curavit exſcribi; „ſicque labor meus (pergit Sionita) incaſſus erat, oleum et operam huc usque operi „Biblico inſumptum perdidiſſe arbitrabar.„

Die duodecima Julii ejusdem anni, cum liber e cuſtodia exiiſſet Gabriel, litteris ſuis Abraham Ecchellenſem enixe rogavit, ut quam primum Pariſios contenderet: „haec ſunt (inquit Abraham p. 141. alterius Epiſt. Apolog.) ejus ipſiſſima verba in „litteris ad me datis Lutetiae Pariſiorum Romam anno Domini 1640. die 12 Julii.„ Poſt alia quae ad rem praeſentem non faciunt, haec ſubdit: „Cum Dei ope veritas „patuerit et e carceribus liberatus ſim, opponi coeptum eſt meos textus Syriacos et „Arabicos haud eſſe correctos, ac verſiones meas eſſe imperfectas, idque propter „Editionem proſequi noluerunt ii, quorum intererat; donec Roma alii codices ac ho„mines Arabice et Syriace periti venirent. Cum autem nobis relatum eſſet, eos ad „Fraternitatem tuam hac de re ſcripſiſſe; quaeſo, ſi animo decreveris et venire con„ſtitueris ad has regiones, ne moras protrahas aut praetexes impedimenta; ſed quam „primum veni ad liberandum me ab animi moeroribus et contentionibus, in quibus „cum illis quotidie verſor. Certiorem ut me facias de tuo conſilio, rogo, ut te cum „gaudio et laetitia expectem. Datum Pariſiis die 12 Julii 1640.„

Eidem Ecchellenſi gratulatur Joannes Morinus de ſua in Gallias profectione Epiſt. 58. Antiq. Eccleſ. orient. p. 298. ſcripta eodem anno 3. Nonas Auguſti; quae ſic incipit: „Literae tuae primo Julii datae mihi redditae ſunt, quibus nihil mihi pot„eſt contingere jucundius, cum praeſertim ex iis intellexi te ad iter Pariſienſe accin„gere. Huc venias, Deum precor, ſalvus et incolumis. Eminentiſſimum Cardina„lem Barberinum Arabica Biblia conceſſurum ſpero, imo confido; aliter ſi fiat, liber „Eſther ſimul cum libro Baruch eſſet ex iſto codice exſcribendus. Dictionaria et Vo„cabularia quaecunque habes aut recuperare potes, non erit inutile in omnem even„tum tecum deferre.„

„Cum

„Cum Roma Pariſios advocatus eſſem, (inquit idem Maronita p. 173. Ep. 3. Apolog.) et Sionitae ſollicitatus literis, ſacrae Congregationis de propaganda fide decreto coram ſanctiſſimo Papa habitae, unius anni tantum ſpatium mihi conceſſum „eſt, data prius fide ad tempus condictum revertendi.„ Sed poſtulat Gabriel, ut ab Abrahamo producantur diplomata, quibus a Pontifice Maximo, et Cardinalium Collegio, vel a Richelio Eminentiſſimo fuerit Roma Pariſios evocatus. De Richelio iſte nihil reſpondet, niſi ſe verſiones latinas Gabrielis juſſu hujuſce Cardinalis recenſuiſſe; at de alio diplomate reponit, „decretum non eſſe ad manum; ſed ſi cavillaberis hac de „re, duorum menſium ſpatio illud habebis, et ad id me recipio.„ Bibl. polygl. Pariſienſ.

Ut ut ſit, ſtatim atque Abrahamus Urbem ſalutavit, ad Guidonem Michaelem le Jay ſe contulit, et apud eum diverſatus eſt. Syriacum veteris Inſtrumenti codicem elegantiſſimum, qui quondam erat Sergii Riſii Archiepiſcopi Damaſceni, Maronitae, et quem cum caeteris bonis ex teſtamento ipſi reliquerat, ſecum aſportavit.

Quinque priores menſes commorationis ipſius in Pariſienſi civitate in examinandis ſacrorum librorum Syriacis et Arabicis textibus, una cum Latinis utriusque linguae verſionibus a Gabriele Sionita cum cuſis, tum cudendis elapſi ſunt; de qua re ita ſe Abrahamus explicat in approbationis ſuae ſyngrapha pag. 142. Epiſt. 2. Apolog. „Juſſu, inquit, Eminentiſſimi Principis Cardinalis Ducis mihi injuncto ab Illuſtriſſimis et Reverendiſſimis D. D. Leonoro d'Eſtampes Archiepiſcopo Remenſi et Jacobo „Leſcot Epiſcopo Carnotenſi ad incoeptum multilinguis Editionis opus promovendum „ab eodem Eminentiſſimo delegatis, eorundem Bibliorum verſiones a clariſſimo viro „Gabriele Sionita —.— Latini juris factas ex Syrorum et Arabicorum linguis ſedulo evolvi atque perlegi, easque Syriaco et Arabico archetypis omnino conformes reperi ac fideliſſime expreſſas. — Datum Pariſiis die 15 Decembris 1641.„

Jam idem ſupra p. 127. ſcripſerat „Cardinalis Richelii nomine injunctum „ſibi fuiſſe ab Archiepiſcopo Remenſi, ut Syriacum ſuum codicem conferret cum illo, „qui in Magnis Bibliis erat editus, et vel minutas varietates notaret, quod (ut ait) „qua potui diligentia praeſtiti, libellumque confeci variarum utriusque codicis lectionum, quem, uti par erat, clariſſimo viro D. le Jay tradidi, ex quo libello in ſua „praefatione quadam varia lectione exſcripta, ad ſuam rem et propoſitum uſus eſt.„

„Pacto deinde Ecchellenſis cum Jayo inito conſtituit pro mercede et honorario, mille et octoginta libris Turonenſibus Gallicis ab illo acceptis, ſe omnem „operam adhibiturum, ut libri nondum editi recte et accurate, nulla interpoſita mora, a ſe excudantur, et ſi ita contingat, quod Dominus Gabriel non excudat libros, „ſi quos habet, illos, tam Arabicos quam Syriacos, latine vertam (inquit Abrahamus) „et ut accurate et ſincere excudantur cum ſuis verſionibus Latinis quam diligentiſſime „adnitar.„ Haec referuntur p. 27. Commonitorii, quod ſub nomine Gabrielis Sionitae Banneretius Theologiae Doctor et linguae ſanctae Regius Profeſſor anno 1648. edidit. „Juxta pactum ſuum libros Ruth, Eſther, Tobiae, Judith et Baruch, quos „Roma ſecum attulerat, ſuisque adornaverat verſionibus et vocalibus, quique penes „Sionitam non erant, Jayo ſuppeditavit, apud quem cum ſuis Latinis verſionibus „exſtare integros notisque ac variis lectionibus illuſtratos ſcribit Ecchellenſis pag. 150. „Epiſt. 2. Apolog.„

Bibl. polygl. Pariſienſ. Sed ita reponit Sionita p. 44. Commonitorii ſupra laudati: „ſcimus te libros reliquos ſuis apicibus exornatos, una cum latina verſione, tanquam munus „pretioſiſſimum, in theſauro tui Michaëlis le Jay recondendos et aſſervandos tradidiſſe. Verum quae ſint illa opera, ex quatuor capitibus libelli Ruth dignovimus; „atque etiam conjecimus, ſi quid valuiſſent, tuum illum Michaëlem le Jay editionem ſuam tot membris mutilam non fuiſſe paſſurum.„

Revera libellum Ruth, et tertium, quem falſo vocat Machabaeorum librum, qui circa Kal. Septembris anni 1641. erat abſolvendus, in publicum Abrahamus emiſerat. Contra Gabrielis aſſertionem, qua unum libellum Ruth per annum integrum edidiſſe expoſtulat, reſpondet Ecchellenſis p. 174. Epiſt. 3. Apolog. „demonſtrare haud eſſe difficile, quod illius anni ſpatio praeter tuarum verſionum recenſionem et quatuor capita libelli Ruth, plura alia confecerim; ſiquidem apud Clariſſimum D. le Jay extant „mea exarati manu Syriace et Arabice ſuis adornati punctis una cum verſionibus Latinis quartus liber Regum, tres libri Eſdrae, Judith, Tobias, Baruch et duo libri „Machabaeorum. Ad haec latinitate donavi Epiſtolas viginti S. Antonii, — — cur „autem eos Bibliorum libros non edidi, ratio ſuperius aſſignata eſt Epiſtola altera, „nempe in tui gratiam.„ Hanc vero rationem p. 150. Epiſt. 2. Apolog. Abrahamus attulerat his verbis: „Cum editis Ruth et libro tertio Machabaeorum intellexerim „id clariſſimo viro Gabrieli Sionitae utcunque diſplicere, ab incoepto deſtiti opere.„

Rem aliter narrat Flavignius: „Habebat (inquit ille doctor p. 382. Ep. 4.) „Gabriel Sionita omnes illos libros Syriaeos et Arabicos, qui adhuc deſiderantur „in Editione Pariſienſi, una cum latinis eorum verſionibus in ſcrinio ſuo repoſitos „et ita aptatos et concinnatos, ut, qua data occaſione, typis mandari potuiſſent, ſi Jayo „tuo clariſſimo, qui editionem iſtam ſuſceperat, ita placuiſſet. Hoc bona fide teſtari poſſum, cum ego illos viderim et inſpexerim una cum clariſſimo noſtro Muiſio, „antequam quicquam aggredereris et inciperes. Et tamen auſus es etiam Gabriele „praeſente Pariſiis, libellum Ruth Syriacum et Arabicum praelo committere, et illum „ipſum codicem (quem tibi clariſſimus Sionita commodaverat,) ad opus tuum, etſi „reluctaretur atque repugnaret, aſſumere.„

Eadem Commonitorii ſui p. 23. confirmat Sionita: „Annon (inquit) Gabriele reclamante, Pariſienſi Propraetore inhibente, libellum Ruth illum, quem habebat „Gabriel promptiſſimum, quemque novo advenae commodaverat, praelo commiſit „Abrahamus?„ Haec poſterior narratio majorem ſibi fidem conciliare merito videtur.

Interea licet provocatus Ecchellenſis, et iniquis modis laceſſitus, obſequio, patientia, et manſvetudinis plectro, ut ipſe ait, Gabrielis demulcere animum ſtuduit. „His non contentus (addit p. 144. Epiſt. 2. Apolog.) nullum non movi lapidem, ut „partim diſſidentes animos reconciliarem, ne nimium quid gloriae clariſſimi Sionitae „decederet, adeoque precibus obtinui, ut partes ſubſcriberent articulis et conventionibus ad proſequendam editionem.„ Quae quidem ſubſcriptio facta eſt Pariſiis die 5. Auguſti anno D. 1641. ſed et ibidem ſubjicit: „Quamvis ſtipendia, quibus nunc „Regia fruor liberalitate, mihi conceſſa fuiſſent anno 1641. a Rege Ludovico XIII. „glorioſae memoriae, opera Eminentiſſimi Cardinalis Ducis Richelii felicis recordationis, ea tamen acceptare nolui, ſed eodem anno Romam reverſus ſum, moraſque „ibi protraxi fere usque ad finem anni 1645. quo coronis et abſolutio Magnorum

„Biblio-

„Bibliorum impoſita eſt. Hoc autem ut omnem umbram adimerem illis, qui animum meum fidemque erga clariſſ. D. Gabrielis Sionitae labores, elucubrationes, gloriam aut exiſtimationem ſuſpicari poterant.„ Bibl. polygl. Pariſienſ.

Imo et praecedentes ejusdem Sionitae curas, verſionesque latinas, antequam Abrahamus Romam reverteretur, die ſcilicet 15. Decembris ejusdem anni tamquam fideliſſime expreſſas ſyngrapha ſua approbavit. His autem omnibus modis adverſarii mentem minime ſibi conciliavit. „Fruſtra (loquens Sionitae ibidem p. 160.) omnem „collocavi operam, oleum perdidi; imo his efferacior in dies evaſiſſt atque ferocior.„

Fatendum quidem eſt, iis praeſertim qui aculeata ab hiſce Maronitis, vel eorum nomine emiſſa evolverunt ſcripta: illos ſeſe nimium laceſſiviſſe. Pro Sionita ſtabat Flavignius et Banneretus; Joannes vero Morinus pro Ecchellenſi; quibus diſſidiis Jayus fuit plurimum immixtus, ut ex ſcriptis publicis videre eſt. His de cauſis opus Biblicum lente admodum proceſſit etiam imperfectum, et in quibusdam partibus omnino incompletum.

XIII. *Judicia virorum doctorum de iſto opere.*

Quo perfecta ſit iſthaec narratio, nihilque in ea deſideretur; varia hic commemoranda ſunt de tanto labore doctorum hominum judicia. Omnium quidem una mens eſſe debet et ſententia, opus illud Heptaglotton characteribus luculentioribus et praeſtantioribus, papyroque latitudine patentiori et elegantiori Bibliis Complutenſibus, nec non Antwerpienſibus palmam praeripere. His autem attente inveſtigatis atque curioſe perluſtratis, ſi fides oculis denegetur, publico ſaltem duorum hac in re peritiſſimorum hominum teſtimonio omnis cedat dubitatio. Prior eſt Adrianus Baillet, qui poſtquam tomo 2. Judiciorum a viris doctis prolatorum p. 39. verba fecit de Antonio Vitré, ſubdit: „neglectis invidorum conatibus, poſthabitisque variis, infauſtisque divini illius operis caſibus, quibus poſtremis hiſce temporibus obnoxium „fuit; ut ut eſt, tanquam opus Typographicum omnium elaboratiſſimum, et artis „Typographicae abſolutiſſimum exemplar palam ſuſcipi et haberi, non tantum ob „novas et magnificentiſſimas characterum formas, ſed et propter ſummam et peculiarem hujus Typographi diligentiam, quam in illo perficiendo ſemper adhibuit.„ De ea ſane quae Typographo competebat diligentia ſermo ſit, coeteroquin non vera eſſet haec aſſertio, ſiquidem correctorum negligentia plurimis hanc editionem ſcatere ſphalmatis in confeſſo eſt apud omnes.

Poſterior hujuſce rei teſtis admodum locuples, quem adducimus, ipſe eſt Andreas Chevillier, ſagaciſſimus Bibliothecae Sorbonicae Praefectus, hujusque domus Socius ac Doctor. Poſt factam a ſe Antwerpienſis Editionis mentionem ſubjungit parte 1. tract. de Orig. artis Typogr. cap. 4. p. 58. 59. „Aliam quoque in Galliis „fuiſſe concinnatam, iisdem locupletatam idiomatibus, et tertiam in Anglia prodiiſſe. „Quod ſpectat ad ſummam Editorum Pariſienſium in linguis Orientalibus peritiam, „et in coeteris rebus eruditionem, ſilentio penitus praetermitto; quid his de rebus ſentire debeant docti homines, ipſi viderint; de ipſo typographico labore, ipſaque „operarum ſagacitate et induſtria tantummodo loquor. Huic Pariſienſi editioni ab „Antonio Vitré adornatae omnino cedit ac primas defert Londinenſis, quam poſtea „ſuſcepit Thomas Roycroft, ſive characterum majeſtate et nitore, ſive elegantiſſima

„papy-

Digitized by Google

Bibl. polygl. Pariſienſ. „papyri forma et ingentibus diſpendiis ac omnimoda magnificentia, quae ubique in „illa conſpicitur. Uno verbo Anglicana artis typographicae induſtria, cum ea qua „ad ſummum perfectionis gradum Pariſienſes pervenerunt, nullo modo comparanda „eſt.„

XIV. *Hoc opus partim Flavignianae cenſurae ſubjicitur, partim ab ea vindicatur.*

Editionis itaque Pariſienſis hac in parte gloria a nulla alia praeciſa eſt atque erepta; ſed virorum quorundam ipſi nimis infenſorum et judicio ſeveriori utentium cenſuram declinare, eamque, quam ſibi primum conciliaverat, famam apud omnes ſervare non potuiſſe quis diffitebitur?

Enim vero qui praefationes huic operi appoſuit, cum de textu Hebraeo ſuam aperuit mentem, quaedam incaute vel ſcienter ſcripſit, quae virorum linguae ſanctae peritia celeberrimorum invidiam incurrerunt, quos inter primus ſignum dedit Flavignius, qui e re ſua eſſe credidit, textum Hebraeum defendere, utpote in alma Pariſienſium Academia ſacrarum Hebraicarumque literarum Regius Profeſſor. Idcirco ſermone qui inſcriptus eſt: *Pro ſacroſanctae editionis Hebraicae authentica veritate, oratio apologetica*, quemque decimo Kalendis Martii anno 1648. habuit in novo Franciae auditorio, Praefationis auctorem aggreſſus eſt. „Verum Illuſtriſſimi „Bignonii nomine, (ut ipſe Flavignius ſcribit pag. 19. Epiſt. 3. Apolog.) a Clau-„dio Alverno Collega ſuo rogatus, libelli mei evulgationem remiſi, quoad uſque „ipſe reſciviſſet, an clariſſimus Jayus praefationem illam amarulentam immutare vel-„let, aut iis in locis, quibus ſacro-ſanctam editionem Hebraicam ac ejus ſtrenuos „propugnatores immaniter impetebat, emendare.„ Et pag. 21. „Et certe non „negabit clariſſimus tuus Jayus, ſe hoc mihi multoties promiſiſſe, etſi nondum fi-„dem ſuam liberaverit.„

Itaque totius operis cenſuram quatuor Epiſtolis anno 1646. 1647. et 1648. ea de re vulgatis adornavit, in quibus omnem ſuam bilem in Heptaglotton opus diffundit ac evomit; licet p. 12. ſacramento ſolemni profiteatur „ſe neque cujusdam „odio aut amore, neque etiam alienis perſvaſionibus aut illecebris animum ad ſcri-„bendum appuliſſe; ſed tantum ut gloriam ſuae gentis, vel hoc ſolo partu laboran-„tem, priſtino ſuo ſplendori reſtitueret, atque ideo omnes illos eruditiſſimos Theo-„logos, qui ea, qua par eſt hominibus Chriſtianis, pietate et reverentia jurant in „Hebraica volumina, ab illis calumniis, quibus in ſuſpicionem criminis haereſeos „adducebantur, eximeret.„

Sed is tam infenſo in Editores Pariſienſes animo ſuas epiſtolas ſcripſiſſe videtur, ut, ne falſi criminis reus judicetur, neceſſum ſit fateri, ipſum prae ſumma ira, qua tum erat commotus, neque ſe ſui ipſius aequum judicem prodere, neque, ſui quippe non compotem, quid ipſe ſentiret, potuiſſe dignoſcere. Ab ipſius igitur referendo judicio abſtinerem, niſi veritati conſentaneum aliquid haberet; ea propter quod aequum mihi videtur, ex eo excerpere juvat. „Hebraeus Textus (ait Flavignius pag. 19. prioris Epiſt.) „qui velut omnium primus atque praeſtantiſſimus, peculiari „quadam cura fovendus erat, una cum Chaldaeo ſibi adhaerente et ſocio, fuit omnium „textuum infeliciſſimus; tot enim ac tantis conſpurcatus maculis fuit atque ſordibus, „obſtetricantibus impuriſſimis manibus Philippi Aquinatis Avenionenſis — ut vix ullum

„ullum reperire liceat verſiculum, in quo non ſit peccatum immaniter, in accentibus „ubique, in literis ſatis frequenter, in vocalibus ſaepiſſime.„ Bibl. polygl. Pariſienſ.

Quaedam horum, quae ſcribit Flavignius, eſſe vera, at non omnia, non aegre fatebor; ſed an „de induſtria, ut ille aſſerit ibidem p. 21. praeſtiterit Aquinas, „quippe qui more gentis ſuae (*nam judaiſmo relicto Chriſtianis erat addictus*) nihil „omnino illis non invideret,„ credat Judaeus Apella; a temerario certe judicio non ſe liberaret is, qui Flavignio, Aquinati nimium infenſo ac proinde falſi teſtis crimine reum ſe prodenti, fidem adhiberet. Aliam profecto magis aequitati conſentaneam rationem ſubjungit. „Quis neſcit e noſtratibus (inquit) Philippum non fuiſſe capa„cem et idoneum, qui laborem tanti ponderis ac momenti ſuſciperet.„

Scribit ibidem Aquinatem „ita deſtitutum fuiſſe omnibus praeceptionibus „grammaticis, et aliis adminiculis ad hoc opus adornandum neceſſariis, ut etiam co„actus fuerit filium ſuum adhuc tyronem et immaturum accerſere, et eum a jocis „puerilibus ad emendanda ſpecimina typographica transmittere. Sed quid inſulſius „quam aliam (Vulgatam nempe Latinam) a ſuo textu verſionem excudere; textus „enim Hebraeus nullam habet verſionem ſibi correſpondentem, quae tamen neceſſaria „foret ad tantum apparatum.„

„Textus Chaldaeus, quem nobis exhibet, (pergit Flavignius ibidem p. 20.) „omnino interpolatus eſt ex editione Antwerpiana, Baſileenſi et Veneta; ejus autem „verſio nunquam ab Antwerpienſi, licet interdum mendoſa ſit, diſcedens aut abſona. „Nempe non potuit, indoctus penitus latine, ſuam illam interpretationem Latinis „verbis exprimere.„ Plurima hic profert ſuper ea re teſtimonia.

„Mirum porro videri debet omnibus piis ac vere Catholicis, aliam eſſe edi„tionem ſeptuaginta duorum ſeniorum ab ea quae nobis a Sixto V. Pont. Max. diplo„mate *Cupientes* commendata eſt atque propoſita. — Sed quis ferat Vulgatam editio„nem Latinam etiam non emendatam a Summis Pontificibus ac minime recognitam in „hoc opere repraeſentari. ibid. p. 39.„ Haec quidem merito ac jure a Flavignio redarguuntur.

De bino Pentateucho Samaritanorum jam p. 19. ſuum ſenſum expoſuerat: „De utroque illo vix eſſe quod ego conquererer; ſi duplici textui, diverſo penitus at„que diſtincto, duplex etiam verſio reſponderet; etſi enim optime ſciam inutilem eſſe „penitus ac ſuperfluam illam Samaritani Pentateuchi editionem, quod nullam unqnam „habuerit in Eccleſia auctoritatem, nihilominus tamen vel hoc ſolo laudandum eſſe „Morini conatum exiſtimo, quod priſca illa rei litterariae monimenta typis elegantiſ„ſimis ab oblivione perpetua vindicaverit.„

Quamvis modeſte magis hic loquatur Flavignius, tamen in errorem impingit; inutilis quidem omnino ac ſuperflua Samariticae verſionis, utpote textui ſuo mordicus adhaerentis, Latina translatio Morino viſa eſt: at idem dici de utriusque Pentateuchi Samaritanorum recenti editione nullatenus poteſt, praeſertim eo quod nullam in Eccleſia auctoritatem unquam illa ſibi comparaverit; fruſtra ſane ac intemperanter haec affirmantur; ſiquidem in alias etiam orientales ſacrorum librorum interpretationes aeque merito regeri poſſent. Textus inſuper Hebraeus antiquis verſionibus ut plurimum elucidatur atque confirmatur; deſumenda eſt autem verſionum orien-

 talium

Digitized by Google

Bibl. polygl. Pariſienſ. talium utilitas tam ex fida interpretatione, quam ex abſoluta cum textu Hebraeo conformitate atque conſonantia.

Quod ad textus Syriacos et Arabicos attinet, Flavignius, qui Sionitae cauſam ubique tuetur, ac veluti ejus patronum agit, eum tanquam accuratiſſimum horum textuum editorem magnis laudibus effert; ſic enim loquitur p. 11. „Jam quis „non videt foetum illum Arabicum ſimul et Syriacum fuiſſe longe feliciſſimum, ſi, eo „quo coeperat pede, perrexiſſet? is enim eſt Gabriel Sionita, quem omnes eruditi „non ſolum colere ac venerari, ſed etiam ſuſpicere ac mirari debent. — — Luſtra „animo et oculis etiam atque etiam, iterum atque iterum perluſtra illos libros veteris Teſtamenti, quos Arabice ſimul et Syriace in hoc opere Biblico eſſe voluit, et „videbis nihil eſſe cultius, nihil elegantius, nihil elaboratius. Habent enim characteres, ejus ope et induſtria, elegantes et eximios; vocales una cum omnibus punctulis et apicibus ſolerter et accurate ſitas et appoſitas; Latinas etiam verſiones vere „Latinas, et ita fideles et accuratas, ut omnino mirum ſit, et ſeculis omnibus inauditum, tantum ac tam eximium virum, poſt tot ac tantos labores ſtrenue ac generoſe „exantlatos, in grati animi teſtificationem aut honorariam mercedem nihil aliud conſecutum fuiſſe, quam probra, contumelias, dicteria etc.„

An res ita ſe habeant, ex ſupra allegatis judicare eſt: facundus ac vehemens ille Doctor in defendendo Gabriele profecto nimius eſt, et ejus adverſarios acrius perſtringit; quaſi Sionita ab omni prorſus culpa et inſcitia vacuus eſſet et immunis: cum conſtet apud viros doctos, hunc Maronitam in lingua Hebraea vel etiam in Latina fuiſſe mediocriter verſatum. Praeterea Syriacos et Arabicos contextus plurimis ſcatere mendis et lacunis defici, Waltonus Proleg. XII. §. 8. credidit, ubi fuſe exponit ſe in ſua editione ſuppleviſſe ope codicum mſc. quae in Pariſienſi deſiderabantur. Item Richardus Simon cap. 27. Exercit. de variis Bibliorum editionibus, aſſerit notum eſſe omnibus illos ipſos contextus innumeris abundare erroribus.

Addit Flavignius pag. 14. Epiſt. 1. nimio redarguendi ſtudio: „Jayanum opus „incompletum omnino in lucem perveniſſe: nimirum praeter duas illas inſignes lacunas in textu Arabico libri II. Eſdrae, deſunt libri integri Eſther, Tobiae, Judith, et „Machabaeorum alter Syriace et primus Arabice. In libro Job etſi duplex ſit textus, „unica tamen verſio conſpicitur, eaque ſolo textui Arabico correſpondens. — — „Porro libello Ruth obſtetricatus eſt Abrahamus Ecchellenſis, ſed ſatis infeliciter. Ibi „enim peccatum eſt toties ac tam enormiter in apponendis vocalibus et apiculis, ut „quod tibi primum inter legendum occurrerit, ſummam ſapere videatur tironis alicujus oſcitantiam.„ *Et pag. 392. Epiſt. 2. idem Abrahamo exprobrat:* „Tuo libello „Ruth Syriace et Arabice edito nihil eſt incultius, nihil ineptius.„ Eidem conſonat Sionita, cum p. 12. commonitorii ſui dicit: „Inſueras impudenter operi meo Biblico „(ſola nocendi libidine) libellum Ruth.„

Etſi autem remanſerunt in textu Arabico Eſdrae binae lacunae, id tamen Ecchellenſi non eſt vitio vertendum; atque ſi una tantum ſit ex Syro Arabicoque contextu libri Job Latina converſio. Textus Eſdrae qui initio tomi octavi legitur jam excuſus erat, priusquam ille Lutetiam appuliſſet; unica vero Latina verſio Jobi uni Sionitae debetur; qui ſolam hanc condidit. Quod ad libros, qui in Pariſienſi editione deſunt, tam Syros quam Arabicos, hos omnes, ut diximus, clariſſimo Jayo Ecchellenſis

ſuppe-

Digitized by Google

ſuppeditaverat, cur his ſuum opus Heptaglotton non ornaverit, ſi alium Maronitam audias, id ex ejus inſcitia factum intellexeris. „Si quid illae verſiones latinae (inquit Gabriel pag. 44. Commonit.) „valuiſſent, tuus ille Michael le Jay, coeteroquin cau„tus et verſutus, editionem ſuam tot membris mutilam non paſſus eſſet.„ Cum autem libellus Ruth ab Ecchellenſi publicatus anſam Sionitae illum calumniandi praebuerit; non mirum eſt, quod et ipſe Gabriel et ejus Patronus Flavignius tam irreverenter ac perfracte de illo locutus fuerit. Bibl. polygl. Pariſienſ.

„Sed quid opus erat„ (pergit tandem idem Doctor pag. 16. Epiſt. 1.) „novos illos et Europaeis incognitos textus ſine praeviis quibusdam praefationibus evulgare?„ *Et pag. 8. Epiſt. 2. ſubdit:* „Paraverat a multis annis clariſſ. noſter Sionita praefationem quandam luculentiſſimam, ut eam tanto apparatui, ſicuti par erat, praefigeret, in qua *de antiquitate linguarum Syriacarum et Arabicarum, quibus in regionibus vigent, et apud quas gentes, nec non de antiquitate translationum Syriacarum et Arabicarum, unde et a quibus manaverint, cujus uſus ſint in Eccleſia Occidentali, et quam authoritatem habeant in Eccleſia Orientali; quidve conferant ad ſidem propagandam et ad haereticos confutandos; cur ſuſcepta ſit earum editio, et ex quibus et quam antiquis manuſcriptis; quos textus ſecuti ſint Syri, quos Arabes, et quot etiam habeant verſiones; quis ordo ſervatus ſit in libris et capitulis Bibliorum Syrorum et Arabum; quae etiam oeconomiae, et an ab Hebraeis et Graecis diſſideant — — cur loca ab Haereticis controverſa, quaeque reperiuntur in Pentateucho Arabico ac Novo Teſtamento Leidae a Thoma Erpenio editis, cum nova hac editione non conveniant; qua ratione et quomodo adhibita ſint puncta et vocales ambabus illis translationibus; ad quid inſerviant majora minoraque puncta, quae in contextu Syriaco conſpiciuntur; et cur una eademque dictio Arabica habeat diverſos accentus, et diverſas vocales; qua fide verſae ſint iſtae translationes; an de verbo ad verbum, an aliter; ſi mutatum ſit quidpiam aut detractum, et quam ob cauſam. Denique an ſint aliqui alii in Bibliis Syrorum et Arabum libri, quidve cauſae eſſe potuerit, ut in hac editione longe luculentiſſima minime prodierint?* Hanc, inquam praefationem ampliſſimam, et quae tanto apparatui omnino neceſſaria erat, paraverat clariſſimus noſter Sionita; ſed Propalator ingentis iſtius Bibliorum operis, neſcio quo coeco ductus impetu aemulationis aut invidiae, hoc tandem obtinuit ſuis artibus, ut eximius ille foetus minime prodierit.„

Si rem accurate et veraciter exponit Flavignius, ingentem hujus tam eruditae, tamque reconditiori literatura refertae praefationis jacturam docti homines numquam ſatis poſſunt deflere, illamque Jayo, modo hac labe laboret, aegre condonabunt; cum illius notitia vix poſſit aliunde reſarciri ac ſuppleri; etiamſi id eſſet vehementiſſime exoptandum, ut horumce peritiſſimus quiſpiam idem etiam argumentum retractaret. Aequiſſima ſane adverſus clariſſimum Jayum nec non graviſſima expoſtulatio, quod in ſuo opere Polyglotto nulla praefixa ſint Prolegomena, quodque in prolixa ſua praefatione tam pauca reperiantur, quae hujus editionis hiſtoriam doceant aut elucidant.

XV. *Cardinalis Richelii circa id opus ambitio et repulſa.*

Ex quo a Cardinale Richelio Sionitam in carcerem trudendi licentiam Jayus obtinuit; ſummus ille vir, Cardinalis Ximenii veſtigia ſectans, Biblia Polyglotta ſuo

 inſigni-

Digitized by Google

Bibl. polygl. Pariſienſ. inſigniri nomine magnopere percupivit. Id quidem ſignificare voluit Ecchellenſis pag. 143. Epiſt. 2. Apolog. cum dixit *tam eminens opus Eminentiſſimo Richeliano nomine dignum eſſe habendum.* Ut id aſſequeretur Richelius, varios, quique ipſi videbantur efficaciores, modos adhibuit. Centenorum millenorum ſummam coronatorum, ope Domini de Noyers clariſſimo Jayo ſpopondiſſe fertur, ut ab ingenti pecuniae vi et copia, quam in illo opere conficiendo erogaverat, quasque non erat ſolvendo, liber prorſus eſſet ac immunis. Inſuper et Jayanae familiae curam a ſe ſuſcipiendam fore pollicitus eſt, modo Magna Biblia Pariſienſia Richeliano nomine decorata vulgarentur.

At vani effecti ſunt (ut quidam nuperus auctor ſcribit) ac plane inanes potentiſſimi Cardinalis conatus, obveniente morte anno 1642. die 4 Decembris. Vero quidem ſimile videtur, haec ideo Richelium fruſtra tentaſſe, quia, quae Jayo proponi juſſit, ea ipſi non fuerint grata atque accepta. Inſolita graviter perculſus repulſa Cardinalis Richelius, illico totum ſe convertit, ut opus nondum conſummatum penitus diſturbaret atque aboleret; ſuadere idcirco Simeoni de Muis, celebri tunc temporis linguae Sanctae Regio Profeſſori, ut hoc opus ſeveriſſima cenſura caſtigaret. Tum Muiſius morem gerens inſigniores mendas diligentiſſime obſervare, atque in unum ſtudioſe colligere; quae quidem collectio centenis quinquies foliis conſtans in Muſaeo Illuſtriſſimi Renaldini Conſiſtoriani Comitis, et in magno Regis Conſilio Cognitoris Catholici (ut ait Gabriel Sionita pag. 53. Commonitorii) jam reconditur; unde quam citò in publicum emitteretur, Flavignius etiam pag. 77. prioris Epiſt. plurimum peroptabat; huc usque tamen irritis votis, cum cenſura iſthaec nondum fuerit in lucem emiſſa.

Quid ſi Jayus immenſo Richelii deſiderio feciſſet ſatis; quod et quanta ſibi ſuisque commoda comparaſſet, quibus ſe difficultatibus expediſſet! At ſive vilem ac multo imparem ſummam pecuniae ipſi oblatam ad ſolvendas omnes impenſas, quibus obnoxius erat, ſive opes prope immenſas eſſe congeſturum, brevi tempore facta operis ſui divenditione, arbitratus eſt, ſive tandem novi foetus amore captus, gloriae apud poſteros adipiſcendae libidine incenſus laudem ad alios transferri inique paſſus fuerit; propoſitiones Richelianas omnino reſpuit.

Ingenti lucri deſiderio allectus, ſi fides eſt Sionitae in allato ſupra ſupplici libello, Jayus perſuaſum habebat, quod ſummam ad numerum quatuor centenarum millenarum librarum Heptaglotta ſua ab aliis pretio acquirenda brevi tempore ſuo auctori ſuppeditarent; ſed vana ſpe laetatus eſt, ſi unquam affectus ſit hujusmodi ſtudio. Tantum abeſt, ut res ſuas familiares opere divendito vel minimum auxerit ac amplificaverit, quin et graviſſimos paſſae ſunt defectus et jacturas. Plurima ſiquidem hujus exemplaria iis qui et labore et conſiliis et auctoritate ſua opus promoverant atque abſolverant, muneris inſtar ac veluti grati animi teſtimonio tradenda eſſe ipſi viſum eſt; quo quidem gravi onere fuiſſet ſublevatus, ſi ſub alieno nomine opus ſuum prodire conſenſiſſet.

XVI. *Unde viluerit adeo haec editio.*

Ducenti primum pro eo emendo nummi numerabantur. Tunc Angli pactum cum Jayo inire propoſuerunt, ut, ſi pro dimidio pretio concederetur opus Polyglot-

Digitized by Google

lyglotton, ſexcenta ſaltem exemplaria illo pretio redimerent. Sed in contrarium abeunte Jayo novam hujuſce operis editionem a ſe concinnare, de qua infra, publicique juris facere ſtatuerunt. Quo fatali tandem eventu ita imminutum fuit Editionis Pariſinae pretium, ut multa exemplaria ſolo chartae appenſae valore comparata fuerint; ſicque ſuſcepto ultra ſuas vires fortunasque opere, neglectaque praeſenti ac utili expenſorum redimendorum occaſione, ſuis obrutus conatibus ac diſpendiis, quae nunquam Jayus perſolvere valuit, laborem ſeptendecim annorum ſpacio in hac editione conficienda exantlatum, incaſſum ipſe reddidit, fortunasque tam ſuas quam alienas fruſtra diſſipavit. Bibl. polygl. Pariſienſ.

Magnam ſane pecuniae vim et copiam in hoc opere perficiendo Jayus conſumpſit; ſed immortalem omniumque doctiſſimorum hominum memoria dignam ſibi gloriam merito conciliavit. Hoc autem opus licet voluminum mole graviſſimum, proindeque ad uſum minus idoneum, quippe cum in conferendis ſacris textibus inter ſe duplicem ſimul tomum inſpicere neceſſe ſit; in ditiſſimis tamen Bibliothecis veluti ſuperbum rei literariae monumentum praecipuam ſedem ſemper promerebitur.

Cum ad calcem primae partis hujus Bibliothecae ſingulos Bibliorum editores recenſeamus, majorem Pariſienſium notitiam hic dare ſuperſedebimus.

§. V.

Biblia Polygl. Alexandrina.

Bibl. polygl. Alexandr.

Non omittenda eſt hic Librariorum quorundam in ſupponendis novis Bibliorum Editionibus mala fides. „Ex Libris editis (Bibliothecae Chigianae) praeclara ſunt Biblia Polyglotta Pariſienſibus typis ante annos quadraginta, expenſis Jaianis impreſſa, et pretioſo operta corio, quibus Alexandro VII. fucum facere tentarunt Hollandici Typographi tres, Joannes Janſſonius a Waesberge, Joannes Jacobi Chipper, et Eliſaeus Weirſtraet. Hi cum anno MDCLXVI. Romam librorum venalium cauſa adventaſſent, primum horum librorum folium, quod titulum operis continet, cum anno et loco impreſſionis, novis typis recudi curarunt, adjecta epiſtola nuncupatoria ad Alexandrum VII. in cujus gratiam hanc editionem primo factam fuiſſe videri voluerunt. Specimen ita habet:

Biblia Alexandrina heptaglotta, auſpiciis S. D. Alexandri VII. anno Seſſionis ejus XII. feliciter inchoato. Lutetiae Pariſiorum proſtant apud Joannem Janſſonium a Waesberge, Johannem Jacobi Chipper, Elizaeum Weirſtraet. MDCLXVI.

Sic titulus; Praefatio ſeu Epiſtola hoc modo exordium habet: Alexandro VII. divina providentia Pontifici maximo felicitatem et longaevitatem. Ab ultimis Belgarum, Urbem Dominam, Sedem veſtram, Romam divinarum litterarum ſarcina inſtructi magis quam onuſti — animis paſſibusque ſubintramus — dona quae ſeptemplex ſacrae Scripturae facies facit deferimus. etc. *f*)

Aa a 3 §. VI.

f) Haec ex Johannis Mabillonii Itinerario Italico p. 95. tom. 1. Muſaei italici habet *Le Long* p. 40. col. 2. A. [Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 350. *Carpzovius* p. 400. *Walchius* p. 171.

Bibl. polygl. Anglicana.

§. VI.

Biblia Polygl. Anglicana.

* Biblia Sacra Polyglotta, (1) complectentia Textus Originales, Hebraicum, (2. 3. 14) cum Pentateucho Samaritano, (4) Chaldaicum, (9) Graecum, (16) verſionumque antiquarum Samaritanae, (4) Graecae LXXII. interp. (5. 6. 7) Chaldaicae, (9. 10. 20) Syriacae, (13) Arabicae, (15) Aethiopicae, (11) Perſicae, (12) Vulg. Lat. (8) quicquid comparari poterat. Cum Textuum et verſionum Orientalium Tranſlationibus Latinis. Ex vetuſtiſſimis MSS. undique conquiſitis, optimisque exemplaribus impreſſis, ſumma fide collatis. Quae in prioribus editionibus deerant, ſuppleta; multa antehac inedita, de novo adjecta; (21) omnia eo ordine diſpoſita, ut Textus cum verſionibus uno intuitu conferri poſſit. Cum apparatu, (18) Appendicibus, Tabulis, Variis Lectionibus, Annotationibus, Indicibus cet. (17.) Opus totum in ſex Tomos (22) tributum. Edidit Brianus Waltonus S. T. D. Rationes quibus hoc opus ſuſceptum; Quorum Auſpiciis et munificentia promotum; Quorum collatis ſtudiis et laboribus perfectum; Quidque in hac editione prae reliquis praeſtitum, ſequens Praefatio indicabit. Londini, imprimebat Thomas Roycraft. MDCLVII. Volum. VI. Fol. maj.

1) Ne credas in hac editione ſacros omnes libros eſſe novem expreſſos idiomatibus, ſc. Hebraeo, Chald. Samar. Graeco, Syriaco, Arabico, Aethiopico, Perſico et Latino; Pentateuchus enim eſt Octaglottus; Pſalterium Heptaglottum; Libri Joſuae, Judicum, Ruth, IV. Regum, item IV. Evangelia Hexaglotta; Liber Eſther et reliqui Novi Teſtamenti Pentaglotti; coeteri veteris Teſtamenti, qui non reperiuntur in Canone, ſc. liber Tobiae, Sapientia, Eccleſiaſticus, Baruch et fragmenta Danielis Tetraglotta; libri Judith, primus et ſecundus Maccabaeorum, Triglottus, et Fragmenta libri Eſtheris Diglotta. Sed ut haec cum titulo congruant, ſat eſt, octo linguis, quibus exaratus eſt Pentateuchus, adjiciatur lingua Aethiopica, in qua conſcriptum eſt tam Pſalterium quam Novum Teſtamentum.

Ex praefatione Waltoni: „Textus cum verſionibus ſic ordinavimus, ad morem Origenis Hexaplan, ut lector omnes ſimul et inter ſe conferre poſſit, ſine plurium voluminum inſpectione. — —

2) In Vet. Teſtam. Textum hebraicum, verſionum fontem, primo loco ſubſternimus cum punctatione uſitata, quam appoſuerunt Maſorethae. — — Exemplar interlineare in Bibliis Regiis ſecuti ſumus, ſecundum quod Keri et Ketib notavimus. — —

3) Latinam verſionem, quae Hebraeum ad verbum exprimit, ſc. Pagnini a Ben. Aria Montano et aliis ad verbum expenſam et alicubi mutatam, ut cum Hebraeo exacte conveniret, alio tamen charactere notatam inſeruimus. — —

4) Poſt Textum Hebraicum, proximum ſibi locum vendicat Pentateuchus Samaritanus, qui inter textus primaevi exemplaria vetuſtiſſima numerari poſſe videtur, charactere Hebraeo antiquo, quem retinuerunt Samaritani. Hunc Pentateuchum e

tenebris

Digitized by Google

tenebris eruit D. Joh. Morinus, primusque publicavit in Heptaplis Pariſianis, una eum antiqua verſione Samaritica, quam ita exacte cum Textu Samaritano convenire exiſtimat, ut una eademque latina verſio utrisque inſervire poſſit. Cum vero verſionem illam Samariticam a Textu ſaepius diſſentire deprehenderimus, et illam D. Morini Latinam interdum ab utroque diſcedere, et potius Vulgatam Latinam exprimere; ideo loca in quibus Verſio Samaritana a Textu differt, ad finem eujusque columnae apponi fecimus.„ Bibl. polygl. Anglicana.

„In edendo Pentateucho Samaritano ejusque verſione Chaldaeo-Samaritana exemplar Pariſienſe ſecuti ſumus, quod quidem religioſius obſervantes, (cum non niſi in mendis evidentiſſimis typographicis, neque id tamen in omnibus, ab eo diſcedere conſtitutum fuerit) in cauſa hoc erat, cur in vocibus Aſteriſco notatis, quae non raro erant erratorum indices, nil mutaverimus, nec plura in illo etiam quae nobis correctione egere videbantur, emendaverimus. g) „

5) Verſionem Graecam LXXII. Interpr. celeberrimam et omnium antiquiſſimam Editionis Romanae, ſecundum Exemplar Vaticanum exhibemus. — —

6) Cum exemplari Romano etiam ſimul exhibemus MS. noſtrum codicem Alexandrinum celeberrimum, diu multumque a doctis deſideratum, quem ab Alexandria ſecum attulit Cyrillus Lucaris etc. — Hunc qui cum Romano de antiquitate contendere videtur, non totum excudimus, ſed ubi a Romano diſcrepat, in qualibet pagina notavimus. — —

7) Vetus etiam Vulgata Latina ex Graeca τῶν ό expreſſa, cum prorſus periiſſe videretur, per mille annos intermortua, hic rediviva ſiſtitur ex antiquorum latinorum ſcriptis, ſummo labore Flam. Nobilii compilata — —

8) Vulgatam Latinam, quae per mille annos fere ſola per Occidentem in uſu fuit, ſecundum Sixti V. et Clementis VIII. editiones emendatas et correctas, et a multis errorum millibus per Lucam Brugenſem et alios enumeratis repurgatas, reliquis adjecimus. —

9) Chaldaicas etiam Paraphraſes damus, ſecundum editionem Baſileenſem, magno labore ac ſtudio viri ſummi D. Joh. Buxtorfii P. elaboratam, cum verſione latina Alphonſi de Zamora ab Aria Montano recognita, h) mutatis illis quae exemplarium diverſitas mutari exquirebat, ac diverſo plerumque charactere notatis.

10) Targum Pentateuchi triplex, quod in prioribus editionibus non conſpicitur, appendicis loco ad Vetus Teſtamentum adjecimus, quod fere dimidium facit Tomi quarti. 1. Targum ſeu Paraphraſin Hieroſolymitanam cum Verſione latina Cevalerii ipſius manuſcripta — in multis tamen vitioſa, ut in ea repurganda et emendanda multum operae inſumendum eſſet. 2. Targum Jonathani adſcriptum cum verſione Latina ejusdem Cevalerii, ita tamen defoedata, ut reviſionem neceſſario poſtularit. 3. Perſicam Paraphraſin Jacobi Tuſenſis, quem Tawoſum appellant, juxta editionem Conſtantinopolitanam hic characteribus Perſicis deſcriptam, et Latina interpretatione donatam a Thoma Hyde cum coeteris imprimendam duximus.

11) His

g) Edm. Caſtellus in praefat. Animadv. Samarit. Tom. V. horum Polyglott. Clericus in obſervat. ad variantes lection. Chald. Tom. VI. horum Polygl.

h) „Et textui noſtra adaptata„ inquit S.

Digitized by Google

Bibl. polygl. Anglicana. 11) His addidimus Pſalterium Aethiopicum, exemplaribus Coloniae et Romae impreſſis cum MS. Pocockiano collatis, Latina interpretatione, ubi a Graeca LXX. Interpr. vel a Vulg. Lat. diſcrepat, annexa. Item Canticum Canticorum totumque Novum Teſtamentum Aethiop. variis collatis exemplaribus, cum verſione Latina Edmundi Caſtelli nunc primum edita.

12) Evangelia quatuor Perſica (facta ex Syro, interprete Simone F. Joſeph al Tabrizi, juxta Thomam Hyde) nunquam antehac edita, ſecundum exemplar Pockianum inter alias Novi Teſtamenti verſiones collocavimus cum nova verſione latina Samuelis Clerici. [i]) „

13) Syriacam verſionem antiquiſſimam Vet. Teſtamenti, quae in Bibliis Pariſianis (cum translatione latina Gabrielis Sionitae) primo lucem vidit, mutila tamen, integritati ſuae ex variis MSS. antiquiſſimis reſtituimus. Libros enim quosdam integros, qui in editione Pariſina deerant, cum eorum verſionibus Latinis nunc primum in lucem protulimus, viz: Librum Eſtherae, tam Canonic. quam Apocr. Judith, Tobiam, Epiſt. Jeremiae, Baruchi alteram, Suzannae hiſtoriam duplicem, quarum altera eſt ex editione Heracleenſi, partem Cantici III. puerorum, lib. 2. et 3. Machabaeorum, praeter loca innumera in reliquis libris, ubi vel verba quaedam vel verſiculi plures deficiebant in Pariſ. quae ex iisdem MSS. ſupplevimus.

14) Librum Tobiae Hebr. tam ſecundum editionem P. Fagii, quam Seb. Munſteri, cum utriusque verſionibus latinis adjecimus.

15) Arabicam verſionem Aegyptiacam ſive Alexandrinam, quae in Bibliis Pariſianis lacunoſa et lacera extat, (eum traductione latina Gabr. Sionitae) locis plurimis ex aliis MSS. ſupplevimus, praecipue in Pſalmis et Prophetis. — Verſio haec Prophetarum Textum Hebraeum plerumque exprimit, ex qua multos verſiculos, imo integra Capitula deſumpſimus ad ſupplenda quae in Pariſienſi deerant. [k])

16) Novum Teſtamentum Graecum edimus juxta Roberti Stephani editionem accuratiſſimam, quam ſumma cura et diligentia collatis 16. exemplaribus publicavit. — — Adjecimus etiam canones concordantiarum Evangeliorum Euſebianos.

17) Praeter haec quae Textus et Verſiones reſpiciunt, varios tractatus ad apparatum neceſſarios tomo primo praefiximus, juſtumque volumen adjunximus, quod ultimo loco poſuimus, conſtans ex variis annotationibus, obſervationibus, collationibus variorum exemplarium antiquorum Hebr. Graec. Lat. Samarit. Chald. Syriac. Arab. Aethiop. Perſ. ſummo labore et ſtudio elaboratis, tabulis, indicibus, aliisque hujusmodi.

18) In apparatu exhibemus 1. Chronologiam ſacram ab Orbe condito ad templi ſecundi everſionem ex ſcriptura ſola depromptam a Ludov. Capello. 2. Deſcriptionem brevem terrae ſanctae cum tabula ejus chorographica ex diverſis auctoribus expreſſa, in qua etiam brevis veteris Syriae delineatio. 3. Tabulam etiam exſculpi fecimus Hieroſolymae veteris ſecundum Villalpandi exemplar. 4. Libellum etiam elegantiſſi-

i) Hanc Simonis Tabricenſis verſionem, ejusdemque interpretem latinum S. Clericum ac coeteros editores contra cavillationes Angeli a S. Joſeph, Carmelitae, defendit *Th. Hyde* in caſtigat. quae cum Abr. Peritſol Coſmographia prodiit Oxon. 1691.

k) In hac editione deſiderantur libri Tobiae, Judith, Eſther, primus et ſecundus Machabaeorum, qui ſub nomine ſecundi editus ipſa eſt verſio Pſevdo-Gorionidis. Deeſt liber primus Machabaeorum.

gantiſſimum Lud. Capelli antehac non editum, imprimendum curavi, *Triſagion* nuncupatum, in quo triplex Templi Hieroſolymitani delineatio. 5. His annectimus variorum auctorum tractatus utiliſſimos, Eduardi Breerewood, Jacobi Tirini etc. de veterum nummis, Hebraeis, Graecis et Latinis, et de ponderibus et menſuris, de idiotiſmis etiam praecipuis et proprietatibus ſcripturae peculiaribus. 6. Praeter haec, Prolegomena XVI. quae inter negotia innumera horis ſuccifivis confeci. *l*) „ Bibl.polygl. Anglicana.

Et poſt unam et alteram paginam haec addit Waltonus: „Etſi vero multi ſunt, quos ad hoc onus ſuſtinendum me multo paratiores eſſe fateor, cum tamen a nemine tentatum viderem, omnes cogitationes defixas habui, ut in eo aliquid praeſtarem; quae vero in me defuerunt doctrinae et ingenii adminicula, labore improbo ſtudiisque indefeſſis compenſare decrevi. Editiones itaque Bibliorum celeberrimas antiquas et recentiores pervolvi, verſiones veteres variarum linguarum inſpexi, Bibliothecas perluſtravi, exemplaria optima impreſſa cum MSS. editionesque tum inter ſe,

l) [Non eodem, quo hic recenſentur ordine, tractatus ipſi in opere ſunt typis exſcripti. *Capelli* chronologiam, Pariſiis 1655, 4. primo editam, excipit 2) *Edw. Brerewoodi* liber de Ponderibus et pretiis veterum nummorum, Londini 1614. 4. cum ſupplementis Waltonianis. Sequitur 3) Tractatus de antiquis Ponderibus, Monetis et Menſuris, ex variis auctoribus. 4) Explicatio Idiotiſmorum linguae hebraicae et graecae. 5) *Chriſt. Adrichomii* terrae ſanctae deſcriptio, cum *Jacobi Bonfrerii* annotationibus, et tabulis chorographicis cum *Joh. Lightfootii* animadverſionibus. 6) Τρισάγιον, ſeu Templi Hieroſolymitani triplex delineatio, juxta mentem *Villalpandi*, *Joſephi*, et ſecundum tractatum Talmudicum *Tamid*: qui a *Lud. Capello* elucubratus tractatus hoc loco prima vice prodiit. Accedunt hiſce XVI. Tractatus ab ipſo *Waltono* elaborati, 1) de linguarum natura, origine, diviſione, numero, mutationibus et uſu. 2) De literis ſive characteribus, ipſarum uſu mirabili, origine et inventione prima, et diverſitate in linguis praecipuis. 3) De lingua hebraica, ejus antiquitate, conſervatione, mutatione, praeſtantia et uſu. Item de antiquis eius characteribus et punctis vocalibus. 4) De Bibliorum editionibus praecipuis. 5) De Bibliorum verſionibus. 6) De variis in ſcriptura lectionibus. 7) De Textuum originariorum integritate et auctoritate. 8) De Maſora, Keri, Ketib, lectionibus variis Orientalium et Occidentalium, Ben Aſcher et Ben Naphtali, et de Cabala. 9) De Verſionibus graecis, praecipue LXXII. Seniorum. 10) De Vulgata Latina verſione. 11) De Samaritanis et eorum Pentateucho, ejusque Verſionibus. 12) De lingua Chaldaica et Targumim ſive Paraphraſibus in hac lingua ſcriptis. 13) De lingua Syriaca et ſcripturae verſionibus Syriacis. 14) De lingua Arabica et Scripturae verſionibus Arabicis. 15) De lingua Aethiopica et ſcripturae verſione Aethiopica. 16) De lingua Perſica et Scripturae verſionibus Perſicis. De hiſce tractatibus judicium hocce apud *Le Long* expreſſum legitur: „Multa ſane ac erudite „Waltonus in Prolegomenis ſuis congeſſit; „ſed ex varietate opinionum, quas refert, „cum verba facit tam de Textu Hebraeo, „quam de verſione Graeca 70. Interpretum, „collatorem potius alienarum ſententiarum, „quam ipſarum auctorem ſe prodit. Re„vera ab Edm. Caſtello annotationes in „Textum Hebraeum, et a Johanne Pearſo„no notas in 70 Interpretes acceperat, (ut „me monuit vir harum rerum notitia inſtru„ctus), quas omnes et tanquam veras, li„cet ſibimet et aliquando ipſi contrarias, „absque diligenti cura ut plurimum ample„xus eſt.„ Dignus interim omnino Apparatus fuit, qui ſeorſim, eorum in gratiam, qui ab ipſo opere Polyglotto prohibentur, iterum exprimeretur. Prodiit itaque: Briani Waltoni, Angli, Biblicus Apparatus Chronologico - Topographico - Philologicus — — Adjiciuntur Johannis Druſii de Proverbiis ſacris Claſſes duae. Tiguri ex Typographeo Bodmeriano. MDCLXXIII. Fol.

Digitized by Google

Bibl. polygl. Anglicana. ſe, tum cum nuperrima Pariſiana contuli, quid in ſingulis praeſtitum ſit, quid in omnibus deficiat animadverti. — — Dum de pecuniis, quae operis totius nervus, ſine quibus omnes conatus irriti, multum deliberarem, tandem hunc modum excogitavi, ut qui nummos ſuppeditarent, pleraque exemplaria imprimenda inter ſe partirentur, unde aſſiduis meipſius aliorumque laboribus, pecunias quae ad ſumptus perferendos ſufficerent, (ſi omnes fidem liberaſſent,) et a variis ſub chirographo promiſſas procuravi. „ — —

19) Sub finem ita ſcribit: „Viros etiam doctiſſimos conquiſivi, qui prelorum correctioni et exemplarium quorundam collationi etc. invigilantes mecum continuo adeſſent: *Edmundum Caſtellum*, qui in Samaritanis, Syriacis, Arabicis et Aethiopicis nullam non adhibuit diligentiam, Cantici Canticorum Aethiopici verſionem latinam procudit, nec non annotationes doctiſſimas in earundem linguarum verſiones elaboravit. *Alexandrum Huiſſum*, qui in verſione Graeca LXX Interpr. Textu Graeco Novi Teſtamenti et Vulgata Latina operam impendit, nec non antiquiſſimum noſtrum exemplar MS. Alexandrinum cum Romana Teſt. Vet. et Rob. Stephani Teſt. novi editione contulit, variantesque Lectiones, quae ſingulis paginis apponuntur, diligenter collegit. *Samuelem Clericum*, qui in textu Hebraeo, Chaldaica Paraphraſi, nec non Evangeliis Perſicis, quorum verſionem latinam dedit, nullum non laborem obiit. Nec praetereundus *Thomas Hyde*, ſummae ſpei juvenis, qui in linguis orientalibus ſupra aetatem magnos progreſſus fecit, quorum ſpecimina dedit tum in Arabicis, Syriacis, Perſicis etc. corrigendis, tum in Pentateucho Perſico characteribus perſicis deſcribendo, qui antea ſolis Hebraeis extitit, ejusque verſionem latinam concinnando. Novum Teſtamentum Aethiopicum latine vertit *Dudleius Loftuſius* J. V. D. Dublinenſis, qui ſchedas ſuas ex Hibernia mihi miſit, quas cum ipſe prelo abeſſet, D. Caſtellus revidit ultimamque manum eis impoſuit. „

20) Ex prolegomeno XII. §. 20. „Cum reliquis accuratior ſit Baſileenſis editio Chaldaearum Paraphraſeon, opera Cl. Buxtorfii, tum in punctatione, tum quod quae in aliis editionibus reſecantur, hic ex MSS. antiquis reſtituuntur, illam prae caeteris ſecuti ſumus: verſionem vero latinam, quae in Regiis primo, poſtea in Pariſienſi excuſa, cum non exacte Chaldaeo reſpondeat, in multis ad Chaldaeum aptius exprimendum emendavimus, maxime vero poſt Pentateuchum, cum diſcrepantia illa verſionis Latinae a Chaldaeo in Regiis non niſi poſt impreſſum Pentateuchum a nobis obſervata ſit. Ubi tamen Regia et Baſileenſia exemplaria variant, verſionem latinam alio charactere diſtinctam notavimus. „

21) Ex his jam allatis patet concinnatum fuiſſe pene totam hanc editionem ex variis praecedentibus, quibus nova adjuncta ſunt. Quaenam illae ſint, paucis exponendum eſt. Textus Hebraeus cum verſione interlineari Latina tam hujus textus, quam Graeci Novi Teſtamenti, ex Bibliis Regiis deſumptus eſt. Paraphraſes Chaldaicae ex editione Baſil. anni 1619. praeter Pſevdo-Jonathanem qui ex edit. anni 1591. vel 1614. vel 1640. Pariſienſis editio textum Arabicum totius ſacrae ſcripturae, Syriacum Veteris Teſtam. cui additi ſunt quidam libri, et utrumque Pentateuchum Samaritanum ſuppeditavit, Novum autem Teſtamentum Syriacum ex editione Tremelliana cum ejus latina verſione exſcriptum eſt, adjectis 4 Epiſtolis Canonicis et Apocalypſi ex codicibus editis Pocockii et Lud. de Dieu cum eorumdem interpretat. latina. Verſio

Verſio Graeca LXX Interpretum et eorum Latina tranſlatio cum Vulgata latina juxta exemplaria Romana an. 1587, 1588, et 1592 excuſa ſunt. Sed Novum Teſtamentum Graecum, ex editione Rob. Stephani, Pſalterium, Canticum Canticorum, et Novum Teſtamentum Aethiopicum ad Romanos codices anni 1513. et 1549. Liber Tobiae Hebraeus ex editione Fagiana et Munſteriana an. 1542. Pentateuchus denique Perſicus ad exemplar Conſtantinopolitanum anni 1546. editus eſt. Igitur hae tantum verſiones fuerunt hac in editione primum typis exaratae, ſc. Syriaca librorum Tobiae, Judith, Eſther, Baruch, primi Machabaeorum, hiſtoriae mulieris adulterae, Arabica quarumdam Laeunarum in Prophetia Hieremiae, et Perſica quatuor Evangeliorum cum latinis earumdem interpretationibus. Bibl.polygl. Anglicana.

22) Tomus I. editus anno 1654. complectitur Pentateuchum Hebr. Judaeo-Samaritanum, et Chaldaeo-Samaritanum, Graecum, Lat. Syr. et Arabicum cum verſionibus latinis. Praemittuntur quidam Tractatus ſupra notati, in primis Waltoni prolegomena ſexdecim. Tomus II. qui anno 1655 abſolutus eſt, et III. qui anno 1656. coeteros Canonis Hebraici libros, Hebr. Chald. Graec. Lat. et Arabice. Tomus IV. qui excuſus eſt anno 1657. Libros Devterocanonicos Syr. Arab. Graec. et latine et triplicem Targum in Pentateuchum Pſevdo-Jonathanis, Hieroſolymitanum, et Perſicum Jacobi Tawſenſis. Tomus V. Novum Teſtamentum Gr. Syr. Arab. Aethiop. et latine cum quatuor Evangeliis Perſice. Tomus VI. appendicem, in qua tractatus, annotationes, obſervationes, variae lectiones et indices. Edi coepta, ut legitur in infima parte effigiei Waltoni, Bibliis ſuis praemiſſae, anno 1653. et abſoluta 1657.

Carolo II. ad Regium ſolium revocato Epiſtolam nuncupatoriam ſcripſit Waltonus, quam his praefixit Bibliis: ob hanc rem fuit a Carolo Epiſcopus Ceſtrienſis deſignatus.

Haec editio Pariſienſi accuratior, multis locupletior acceſſionibus, textus et verſionum diſpoſitione ad uſum maxime accommodata. Variantes tamen Lectiones Novi Teſtamenti in his Polyglottis mendoſe admodum ac negligenter recenſitas eſſe monet Joannes Saubertus m).

„Ad ora invidorum obſtruenda libet (*inquit Waltonus* n)) paucis catalogum eorum, quae in hac editione ſupra Pariſienſem, vel jam praeſtita, vel auxilio divino praeſtanda expectari poſſunt, hic contexere:

I. Textus et verſiones, qui in diverſis voluminibus habentur in Pariſiana editione, hic ſimul per varias columnas in ſingulis paginis lectori objiciuntur, ita ut omnes uno intuitu aſpicere, collationemque inſtituere poſſit ſine aliorum librorum evolutione.

II. Editio noſtra, quanquam ſtudioſorum uſibus magis accommodata, vix quarta parte pretii Pariſianae conſtabit.

III. Multa etiam exhibebit, quae in Pariſiana non habentur, qualia ſunt, quae ſequuntur.

1) Verſio interlinearis textus, Pagnini et Ariae Montani.

2) Verſio LXX. Editionis Romanae ad exemplar Vaticanum, omnium quae hodie extant, maxime genuinum.

 3) Ve-

m) In Prolegomenis ad varias lectiones in Matthaeum.

n) p. 92. praefationis Introductionis ad lectionem linguarum Orientalium, anno 1655. vice ſecunda excuſae.

Digitized by Google

Bibl. polygl. Anglicana. 3) Vetus etiam Vulgata Latina τῶν ὁ ex Patribus Latinis per Nobilium compilata.

4) Mſc. Alexandrinum το verſionis e Bibliotheca Regia (Londinenſi) deſumptum, quatenus a Romano differt, ad finem cujusque columnae annexum.

5) Verſionis Samaritanae, ubi a textu Samaritano differt, translatio latina.

6) Pentateuchus Perſicus Jac. Tuſii, charactere Perſico cum verſione latina.

7) Chaldaica Jonathanis (quae dicitur) Paraphraſis in Legem eum verſione latina.

8) Targum ſeu Paraphraſis Hieroſolymitana eum verſione latina.

9) Pſalmi Aethiopici, Canticum Cantic. et Novum Teſtamentum Aethiopicum cum verſione latina.

10) Quatuor Evangelia Perſico-latina.

11) Libri Eſther, Tobit, Judith et Machabaeorum primus Syriaco-latini.

12) Prolegomena ſeu Apparatus, in quibus quaeſtiones, quae de Textu Hebr. et Graeco. (et quae ſupra n. 18. indicavimus.)

13) Variae lectiones textus Hebr. ubi de Keri et Ketib.

14) Differentiae Textus Hebr. a Textu Samaritano, cum variis lectionibus ex codicum ſamaritanorum collatione, (facta ab ipſo Waltono et Joanne Lightfoot) cum notis et obſervationibus viri doctiſſimi Edm. Caſtelli opera collectis.

15) Flaminii Nobilii in Roman. 70. notae et lectiones variae longe doctiſſimae cum fragmentis veterum tranſlationum per Druſium et alios collectis.

16) Patricii Junii annotationes ad MS. Alexandrinum cum aliis aliorum virorum ex mſſ. et antiquis ſcriptoribus a Nobilio et Junio praetermiſſis.

17) Syriacae verſionis et Arabicae cum mſſ. variis Syriacis et Arabicis collatae variantes lectiones cum notis et obſervationibus opera virorum doctorum collectae *o*).

18) Variae lectiones Chaldaicae Paraphraſeos ex variis exemplaribus cum notis et obſervationibus ſtudio viri doctiſſimi Samuelis Clerici collectae.

19) Indices varii rerum et verborum.

IV. Praeter praedicta omnia, quae in Pariſienſibus non habentur, verſiones etiam, quas habent Pariſienſes, ex melioribus exemplaribus et mſſ. exhibemus.

1) Samaritanam, Syriacam et Arabicam collatione variorum mſſ. antiquiſſimorum, in plurimis locis obſcuris vel male redditis, Typographi vel exemplarium vitio, emendatas;

2) Chaldaicam Paraphraſim exhibemus editionis Baſileenſis ab infinitis in punctatione erroribus, quae erant in Veneta, Complut. Regia et Pariſ. ad analogiam Eſdrae et Danielis immenſis Buxtorfii laboribus reſtitutam.

3) Vulgatam Latinam juxta exemplaria emendatam et recognitam, et a diverſis mendarum millibus repurgatam cum correctionibus Romanis Lucae Brugenſis.„ *Hactenus Waltonus.*

„Samuelis Clerici opera (inquit Edm. Caſtellus *p*)) ac ſtudiis laudatiſſimis in parato eſt apud Oxonienſes ſeptimum Bibliorum Polyglottorum volumen cum verſionibus

o) Sc. Syriacae veteris Teſt. ab Herberto Thorndicio, Arabicae V. T ab Eduardo Pocockio; quibus adduntur Perſica a Thoma Graevio, Aethiopica ab Edm. Caſtello.

p) In praefat. Lexici Polyglotti. [Opus illud rariſſimum annumeratur haud raro appendicis loco Bibliis Polyglottis. Proſtat ſub rubro:

ſionibus antiquiſſimis, nec adhuc unquam editis, non Chaldaica tantum librorum Paraleipomenων, ſed Syriacis inſuper, Aethiopicis, Copticis, Arabicis, Perſicis contextum.„ Bibl. polygl. Anglicana.

Rem clarius explicat idem Caſtellus q): „Ut prela (quae excudendis Bibliis occupata fuerunt,) habeant, quod cum orbe, praeter hoc deſignatum Lexicon (ſc. Heptaglotton) communicent, varii Tractatus, huic Biblico operi homogenei, a variis noſtris commendantur; videlicet Manuſcriptum Buxtorfii ſenioris propria manu exaratum de variis Chaldaicorum Paraphraſtarum lectionibus, a filio ejus nobis pridem transmiſſum. *Chriſtianus Arabicus Pentateuchus* in Oxonienſi Bibliotheca (qui enim hactenus extant, Auctores habent Judaeos, ſeu Mahumedanos, ſive, ut alii volunt, Samaritanos) cum prolixa praefatione de Origenis Hexaplis. etc. *Manuſcriptum Pſalmorum Arabicum*, ab eo, quod jam extat, longius recedens, et Hebraico magis accedens; *Arabicum* MS. *Prophetarum* (olim Seldeni, nunc in Bibl Oxonienſi) ex quo, quae in editione Pariſienſi hic illic deficiunt, in noſtris Bibliis ſupplevimus. *Fragmenta quaedam apocryphorum Arabice. Secundum Targum in librum Eſther. S. Matthaei Evangelium Hebraicum* editionis optimae, et *Epiſtolae ad Hebraeos. Quatuor Evangelia Syriace*, ab alio translata, et *quartus Liber Machabaeorum.* Omnes *Hymni ſcripturae* Aethiopice, quorum exemplar MS. commodato nobis dedit D. Pocockius. *Pſalmi Perſici. Hieronymi verſio Pſalterii.* De his omnibus tuum judicium et ſententiam humillime petimus; inſuper an ſcias aliquas ſcripturae partes alicubi deliteſcere in lingua Armeniaca (penes Doctorem Walton quatuor Evangelia in illa lingua ſunt) aut Aethiopica, aut Coptica, et quibus illae mediis poſſint obtineri.„

Idem Caſtellus r): „Annus (*ſcilicet* 1669) jam agitur decimus ſeptimus, ex quo (*hoc eſt anno* 1652) relicto rure paterno, immanibus hiſce atque tremendis auſis (talia fuerunt certe) non ſine M. T. conſenſu, quum primum ſpecimen hujus operis ſub ejus initium ob oculos fuit poſitum, me ſubmiſi invitus admodum, animoque multum horreſcente. — —. Mihi vero, in molendino hoc per tot annorum luſtra indefinenter occupato, dies ille tanquam feſtus et otioſus viſus eſt, in quo tam Bibliis Polyglottis quam Lexicis hiſce provehendis ſexdecim aut octodecim horas dietim non inſudavi. Mitto privata quae corpori in curriculo hujus operis contigerunt mala, membrorum confractiones, luxationes, contuſiones, quodque prae omnibus hiſce graviſſime dolet, oculorum lumen perpetuis atque indefeſſis vigiliis tantum non ademptum. etc.„ s)

[Satis accurate ſingula, quae ad hiſtoriam ut et oeconomiam Bibliorum Polyglottorum Anglicanorum ſeu Londinenſium ſpectant, ipſius fere *Waltoni* verbis recenſuit auctor; ut perpauca ſint, quae addenda videantur. Quomodo Angli, ut de nova Polyglottorum editione, Pariſiana cum recenti tempore evulgata ſit, ſerio cogi-

 tarent,

rubro: Lexicon heptaglotton, Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Samaritanum, Aethiopicum, Arabicum, conjunctim, et perſicum ſeparatim. – – Authore Edmundo Caſtello — — Londini imprimebat Thomas Roycroft CIↃ DC. LXIX fol.

q) in annexo ad epiſtolam ſuam Joanni Lightfoot ſcriptam et inter Lightfooti opera poſthuma relatam Epiſt. 16

r) In epiſtola Carolo II. Magnae Britanniae Regi nuncupata et praefixa Lexico Heptaglotto.

s) *Le Long* p. 35. col. 2. B. – pag. 4. col. 1. E.

Bibl. polygl. Anglicana.

tarent, per repulſas a *Jayo* Pariſienſium editore acceptas, excitati ſint, jam §. pr. n. 16. expoſitum eſt. Bellum tunc temporis exortum civile *Briano Waltono*, viro linguarum orientalium peritiſſimo, opportunum fecit otium, ut ſe operi procurando accingere potuerit; qui eum Oxonium ſe conferre coactus ſit, ibidem tum amicos, qui ipſi quovis modo adeſſent, tum permulta ſubſidia, quibus felici ſucceſſu et in publicam utilitatem uti poſſet, nactus eſt. In amicorum, qui et codices expreſſos ac manuſcriptos, et conſilia, quin et annotationes benevole ſubminiſtrarunt, numero fuere *Jacobus Uſſerus* Armachanus, *Guill. Fullerus*, *Gilb. Sheldonius*, *Brun. Ryveſius*, *Rob. Saunderſonius*, *Henr. Hammondus*, *Henr. Fearneius*, *Herb. Thorndicius*, *Joh. Johnſonius*, *Rich. Drakius*, *Abr. Wheeloeus*, *Edw. Pocockius*, *Joh. Greavius* et *Thom. Smithius*, viri in re litteraria magni nominis et famae. Acceſſerunt, qui et aere auxilio adeſſe voluerunt, non ſolum ii, qui datis Syngraphis ſeſe ad ſolvendum certum pretium obſtrinxerant, ſed et alii, qui numerato aere impenſa graviſſima ſublevarunt, ut Elector Palatinus, *Carolus Ludovicus*, aliique ex Anglorum gente. In Prolegomenis praeivit *Waltonus*, *Morini*, *Capelli* aliorumque veſtigiis inhaerens, hodiernis criticis in diſputationibus de litteris ſamaritanis, antiquitate punctorum hebraicorum, quorum inventionem, per ſcribendi errorem, ad ſeculum poſt Chriſtum natum *quingenteſimum* vel *ſexcenteſimum* refert, et de integritate Textus ſacri. Maximae omnino *Waltono* pro tot exantlatis laboribus referendae ſunt grates, qui Polyglotta emiſit Biblia, quae ad hunc diem adhuc omnium ſunt locupletiſſima et optima. Sed illas apud Pariſinos non invenit, qui furti eum accuſantes, operi quantum potuerunt, detraxerunt. Sed ab illa criminatione omnino liberandus eſt. Nam quamvis quidem editionem Pariſianam recuſam dederit, ſingula tamen recognovit, meliori ordine diſpoſuit, acceſſionibus permultis locupletavit. Hinc Londinenſis editio, quoad formam externam Pariſiana inferior, illam, ſi oeconomiam, recognitionem et emendationem ſpectas, longo poſt ſe relinquit intervallo [r]).

§. VII.

Bibl. Polygl. Lipſienſia.

Bibl. polygl. Lipſienſia.

Biblia ſacra quadrilingua Veteris Teſtamenti Hebraici, cum Verſionibus, e regione poſitis, utpote verſione Graeca LXX Interpretum ex Codice MSto Alexandrino, a Jo. Erneſto Grabio primum evulgata, et origenianis aſteriſcis et obeliſcis, quoad fieri potuit, in[illegible]cta et paſſim emendata; item verſione Latina Sebaſt. Schmidii, noviter reviſa et textui Hebraeo adcuratius accommodata, et Germanica beati Lutheri, ex ultima beati viri reviſione et editione MDXLIV — XLV. expreſſa, adjectis textui Hebraeo notis maſorethicis et graecae verſioni lectionibus Codicis Vaticani, editionis Romanae et praecipuis aliarum editionum et

r) Conf. *Wolfii* Bibl. hebr. Vol. 2. p. 351. *Carpzovius* l. c. p. 400. *Rich. Simon hiſt. crit. du V. T.* p. 481. et 520. *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* Vol. 8. p. 329. *Knochii* Nachrichten p. 22. *Dornii* biblioth. l. c. p. 622. *Buddei* iſagog. p. 1475. *Walchius* l. c. p. 171. *Hottingeri* biblioth. quadrip. p. 56. Index Bibl. Wernigerod. p. 4. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 4. Biblioth. Solgeriana Tom. 2. p. 1. *Hagemanni* Nachrichten p. 184. *J. M. Goezii Verzeichnis ſeiner Bibelſaml.* p. 5.

et interpretum ſubjectis, notisque philologicis et exegeticis aliis, ut et ſummariis Capitum ac Locis parallelis locupletiſſimis ornata, accurante M. Chriſt. Reineccio, Conſiliario Saxon. et Gymnaſ. Weiſſenfelſ. Rectore. Acceſſit Praefatio Salomonis Deylingii. Lipſiae ſumtibus Haered. Lankiſianorum. MDCCL. fol. III. Vol. Bibl polygl. Lipſienſis.

Recentiſſima Bibliorum Polyglottorum editio, ante complures annos promiſſa, per plures annos tanquam opus affectum retenta, nunc denique in lucem emiſſa. Jam anno hujus ſeculi decimo tertio cura ejusdem *Reineccii* prodiit Novum Teſtamentum ſub titulo: „Biblia ſacra Quadrilinguia Novi Teſtamenti Graeci, cum Verſionibus Syriacis, Graeca Vulgari, Latina et Germanica, univerſa ad optimas quasque Editiones recognita, adjectis Variantibus lectionibus, tum Graecis ex Editione Novi Teſt. Johannis Millii S. T. P. praecipue excerptis, tum Syriacis ex Polyglottis Anglicanis et Edit. Schaafii petitis, tum etiam Germanicis nonnullis e diverſis B. Lutheri editionibus annotatis, nec non Locis Parallelis et annotationibus Philologicis et Exegeticis: accurante Chriſtiano Reineccio SS. Theol. Baccul. Lipſiae ſumptibus Haeredum Lanckiſianorum. MDCCXIII. „ fol. Eodem quoque tempore initium imprimendi Veteris Teſtamenti factum eſt; hinc opus hocce *Jacobo Le Long* *) innoteſcere potuit. Varia vero eaque haud levia impedimenta, quo minus opus ad finem perduceretur, tunc temporis prohibuerunt. Latuerunt itaque plagulae jam typis exſcriptae usque ad annum 1747. quo ſumptibus ab iisdem Haeredibus ſuppeditatis coeptum opus continuatum et denique abſolutum eſt. Prodiit prior Veteris Teſtamenti Tomus cum praefatione *Sal. Deylingii*, qui Pentateuchum et libros hiſtoricos continet; ſucceſſit poſterior cum praefatione *Chriſt. Frid. Boerneri* anno 1751. in quo reliqui V. T. libri una cum Apocryphis continentur. Novi vero Teſtamenti Volumini jam 1713. exſcripto novum adjectum eſt folium, in quo titulus cum nota anni 1747. eſt expreſſus. Veteris Teſtamenti textui hebraico, punctis et accentibus inſtructo et ſumma cura emendato jungitur ad latus Verſio LXX Interpretum ex editione *Grabii*, una cum variantibus lectionibus Codicis Vaticani. Accedit verſio latina *Sebaſtiani Schmidii* ab editore multis in locis ad textum Hebraeum revocata, et verſio germanica *Lutheri*, ex editione anni 1544. et 45. cum notis marginalibus, locis parallelis ac nonnullis annotationibus. Libri Apocryphi graece editi ſunt ex eadem *Grabii* editione, cum variantibus Codicis Vaticani, et verſione tum latina *Schmidii*, tum germanica *Lutheri*. Libris Judith et Tobiae addita eſt latina vulgata. Tertius Esdrae liber graece eſt expreſſus cum verſione latina Vulgata et germanica *Dan. Crameri*, quartus vero latine et germanice eſt exſcriptus. Tertius denique Machabaeorum liber iterum graece latine et germanice exhibetur. Novum Teſtamentum eſt quidem itidem quadrilingue; ſed quatuor accedunt textui ſacro verſiones. Graecus textus ſatis accurate ad *Millii*, *Küſterique* editionem, collectis ex eadem Variis Lectionibus, exſcriptus, mediam occupat columnam. Ad latus habet verſionem Syriacam, et verſionem Neograecam, ex editione Halae Saxonum 1710. procurata deſcriptam. In altera pagina additur verſio latina Sebaſtiani *Schmidii*, et *Lutheri* germanica, cum locis parallelis et

u) p. 49. col. 2. E. Hauſit ſua ex recenſione N. T. in Actis Erudit. Lipſ ſed ita de integro loquitur codice, ac ſi ille jam tum temporis publici juris factus ſit Hinc illa, quae exſcripſit, iterum hic exſcribere, ſuperfluum judicamus.

Bibl. polygl. Lipſienſia. et gloſſis marginalibus, aliisque annotationibus. Praemittuntur Lutheri Praefationes, et ad calcem accedit appendix, continens variantes Lectiones verſionis Syriacae e Polyglottis Anglicanis, et editionibus *Gutbierii* et *Caroli Schaafii* collectas, *Coleti* obſervationes in verſionem neo-graecam, *Oſiandri* harmoniam Evangeliſtarum, et Editoris quaedam annotata. Opus nitide et accurate exſcriptum, quod quamvis majoribus Bibliis Polyglottis, Antwerpienſibus, Pariſianis et Anglicanis haud aequiparari poſſit, minoribus tamen Polyglottorum editionibus longe praeferendum eſt. x)

§. VIII.

Bibl. polygl. Bertrami.

Biblia Polyglotta Bertrami.

[I.] * Sacra Biblia Hebraice, Graece et Latine. Cum annotationibus Franciſci Vatabli Hebraicae linguae quondam Profeſſoris Regii Lutetiae. Latina interpretatio duplex eſt; altera vetus, altera nova. Omnia cum editione Complutenſi diligenter collata; additis in margine, quos Vatablus in ſuis annotationibus nonnunquam omiſerat, idiotiſmis, verborumque difficiliorum radicibus. Ex officina Sanctandreana. MDLXXXVI. fol. 3 Vol.

[II.] * Sacra Biblia Hebraice, Graece et Latine. Cum Annotationibus — — difficiliorum radicibus. Editio poſtrema, multo quam antehac emendatior: cui etiam nunc acceſſit, ne quid in ea deſiderari poſſet, Novum Teſtamentum Graeco-Latinum Ben. Ariae Montani Hiſpalenſis. Ex officina Commeliniana MDXCIX. fol. 3 Vol.

[III.] * Sacra Biblia Hebraice, Graece et Latine. Cum Annotationibus — — difficiliorum radicibus. Editio poſtrema — — — Novum Teſtamentum Graeco-latinum Ben. Ariae Montani Hiſpalenſis. Ex officina Commeliniana. MDCXVI. fol. 3 Vol.

Collatis inter ſe tribus horum annorum ſcilicet 1586. 1599. et 1616. exemplaribus, unam eandemque editionem eſſe cognovi, idque certo certius adſeritur, quod libri ex officina Sanctandreana, Hieronymi Commelini, qui ob uſum Bibliothecae Palatinae Heidelbergam adierat, ibique anno 1596. diem ultimum obiit, typis excuſi prodierunt. Haec autem editio unica facta eſt ſecundum textum Hebraicum et Graecum editionis Complutenſis, cui adjecta eſt Genevenſis Bibliorum Latinorum editio anno 1557. a Rob. Stephano concinnata.

Haec Biblia, quae ſub nomine Vatabli ob ejus annotationes his aſſutas vulgo circumferuntur, Corn. Bonav. Bertrami nomine inſigniri profecto merentur. Is enim linguam hebraicam Genevae ab anno 1566. quo comparationem hujus linguae cum Aramaea publicavit, usque ad annum 1584. publice docuit; per id tempus varia

x) Conf. *Wolfius* Vol. 4. p. 101. *Carpzovius* p. 408. *Walchius*, p. 174. Acta Erudit. Lipſienſ. 1714. p. 50. A. 1750. p. 433. Acta hiſtorico-eccleſiaſt. Vol. 12. p. 193. Vol. 16. p. 287. *Unſchuld. Nachrichten* 1713. p. 946. *Ammonii* Auszug Tom. 2. p. 237. *Bieleri* Theol. Schatzkammer Tom. 2. p. 29. *F. W. Kraftii* Theolog. Biblioth. Vol. 5. p. 218. Vol. 7. p. 260. *Knochii* Nachrichten p. 56. *Hagemanni* Nachrichten p. 191. Index Biblioth. Wernigerod. p. 45. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 4. *Calmetii* bibliſche Biblioth. p. 131. 132.

Digitized by Google

varia identidem opera emiſit in lucem, et praeſertim Theſaurum Linguae ſanctae a Pagnino concinnatum, auctum vero a Joanne Mercero, et ab Ant. Rod. Cevalerio cum ſuis obſervationibus: at abſoluta Genevenſium Bibliorum Gallicorum recognitione, anno 1584. relicta Geneva, ut ipſe ſcribit in praefatione lucubrationum ſuarum Francktallenſium Spirae anno 1588. excuſarum, propter ſummas civitatis et Eccleſiae Genevenſis anguſtias, Francktallum ſe recepit, ubi per annum integrum ſacro verbi Dei miniſterio navavit operam. Addit poſtea ſe non ita pridem in Germania peregrinatum fuiſſe. Ex his ſane conficitur conjectura probabilitate ſua non inani, Bertramum horum Bibliorum Trilinguium Heidelbergae anno 1586. vulgatorum eſſe parentem. Nam his in regionibus morabatur vir ille Hebraicarum et Graecarum literarum peritia inſignis, qui in hac editione textui Hebraeo, Graeco et Latino ex Complutenſibus exemplaribus exſcripto latinam Pagnini verſionem cum notis Vatabli jam anno 1557. Genevae excuſam duntaxat adjunxit. Comelino quidem ipſi, in cujus officina haec Biblia exarata ſunt, non denegaretur hic labor, ſi linguae ſanctae cognitio ab aliquo ſcriptore conceſſa illi fuiſſet. Itaque uni Bertramo tribuenda videtur haec praeſens editio. y)

Bibl. polygl. Bertrami.

[Quae ad meliorem operis hujus rarioris, attamen inter eruditos aliquantulum neglecti, cognitionem faciunt, ſequentia ſunt. 1) In ipſo libri titulo nomen *Pagnini* minime expreſſum eſt; ſed nullus verſionis novae determinatur auctor. Adjecerat nomen *Pagnini*, *Le Long*, poſt verba: *altera nova;* typoque tanquam additamentum diſtinxerat: quo auctore *Walchius* et Cl. *Goezius* inducti ſunt, ut idem nomen ac in titulo expreſſum exhibeant. 2) Salutantur haec Biblia plerumque a nomine *Vatabli;* ſed *Vatablo* minime editio tribuenda eſt. Haud bene itaque ſibi proſpexit *Calmetus*, ſcribens, Biblia haecce invito et inſcio *Vatablo* typis mandata eſſe, dum *Vatablus* jam anno 1547. inter vivos eſſe deſierat. *Robertus Stephanus*, ut dicamus, quod res eſt, anno 1545. annotationes aliquas Bibliis latinis adjunxerat, easdemque auctiores anno 1557. recudi curaverat. Has ſub *Vatabli* nomine publice expoſuit, quia ex ejus praelectionibus hauſtae dicebantur. Hinc, quia eaedem annotationes Bibliis hiſce polyglottis additae ſunt, nomen *Vatabli*, ut auctoris annotationum, in titulo eſt expreſſum. 3) In quatuor columnas quodvis folium diſtinctum eſt, quarum prima textum hebraeum ex editione Complutenſi, ſecunda novam, tertia veterem verſionem, quarta denique verſionem graecam ſeptuagintaviralem ex eadem editione exhibet. Accedunt libri Apocryphi graece, et latine ex *Claudii Bodwelli* verſione. 4) Verſionis novae quod attinet auctorem, in duas abeunt eruditi et magni nominis Viri ſententias, dum ad antiquiorem *Roberti Stephani* ab utraque parte provocant editionem. Verum quidem eſt, Editorem hujus operis verſionem novam et Vatabli annotationes ex editione aliqua *Roberti Stephani* deſcripſiſſe. Sed quaenam illa ſit, omnino diſputatum eſt. Duae ſunt et a ſe invicem maxime diverſae editiones *Rob. Stephani*, quae *Vatabli* habent annotationes. Anno 1545. edidit Biblia latina ex verſione Tigurina *Leonis Judae*, eique *Vatabli* annotationes adjunxit. Deinde vero Anno 1557. emiſit Biblia Latina, iterum cum annotationibus *Vatabli* aliquantulum locupletioribus, et quidem V. T. ex verſione *Santis Pagnini*, N. T. vero ex verſio-

y) *Le Long.*

Bibl. polygl. Bertrami.

verſione *Theodori Bezae* cum ejusdem annotationibus. Quamnam vero ex hiſce duabus Editor operis Commeliniani ſequutus ſit editionem, diſputatum eſt. Verſionem Tigurinam *Leonis Judae* ex editione anni 1545. hauſtam hic exhiberi contendit *J. G. Carpzovius*, qui titulum quidem *Pagnini* nomen proferre, rem ipſam vero, eſſe verſionem Tigurinam, loqui ſcribit. Sequutus eſt eum *J. G. Walchius*, *J. G. Hagemannus* et denique Cl. *J. M. Goezius*, qui omnes ſibi ſine jure perſvaſerunt, nomen *Pagnini* in titulo eſſe expreſſum. *J. C. Wolfius* in recenſione hujus operis fluctuat, et indiſtincte de verſione et annotationibus diſſerit. *Waltonus* nullam praemiſſam eſſe praefationem, nec ex toto opere conſtare poſſe, quisnam editionem procuraverit, vel verſionis novae auctor fuerit, conqueritur. *J. C. Dornius* nodum gordium tranſcindit, et verſionem *Leonis Judae* et verſionem *Pagnini* unam eandemque eſſe ſtatuit. Contrarium ſtatuunt *Calmetus* et *Clementus*, qui verſionem novam *Pagnino* tribuunt. Quomodo lites hae dirimi poſſint, judicent lectores ex unico quod omnino ſatis eſt exemplo. Job. XIX. 25.

Verſio Tigurina.	*Verſio e Bibl. Polygl.*
Novi et ego, quod vindex meus vivit et noviſſimo (tempore) adhibebit ſuam vim pulveri. Poſtquam vero circumdederint hoc mea cute, ſpectabo Deum e carne mea. Quem ego mihi contemplabor et oculi mei videbunt, et non alius, quod unicum meum eſt deſiderium.	Ego quoque novi redemptorem meum eſſe viventem et noviſſimum, qui ſuper terram ſurget. Ac poſt pellem meam contriverunt iſtud, et ex carne mea videbo Deum, quem ego viſurus ſum mihi et oculi mei conſpecturi ſunt et non alienus. Defecerunt renes mei in ſinu meo.

Jam vero ſi *Roberti Stephani* duae editiones conferuntur, poſterior anni 1557. accurate cum Bibliis Polyglottis conſentit; hinc *Pagnini* verſionem hic exhiberi, et operis editorem Verſionem veterem et novam una cum annotationibus e poſteriori *Stephani* editione transſcripſiſſe, res ipſa loquitur. 5) Editor operis omnino ignotus eſt: *Bertramum* eum fuiſſe non ſine veri ſpecie conjicitur. *Robertus Stephanus* certe non fuit, uti adfirmare videtur *Dornius*, neque *Henricus Stephanus*, uti ſibi perſvadet *Hagemannus*, eumque, qui *Genevae* vixit, *Pariſios* transmittit. 6) Prodiit anno 1586. tantummodo Vetus Teſtamentum, cum libris Apocryphis. Addiderunt vero Commelini haeredes anno 1599. Novum Teſtamentum graecum cum Verſione latina *Ariae Montani* interlineari; et novum ut videretur opus, ſecundum praefixerunt titulum. Cum vero emptores deeſſent, de novo operi tertium praefixerunt rubrum: ut adeo unica ſub triplici anni nota exſtet editio. z)

§. IX.

z) Conf. *Walchii* bibl. exeget. p. 167. *J. G. Carpzovii* crit. ſacr. p. 417. *Calmetii* bibliſche Biblioth. p. 128. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 4. *D. Clement* Biblioth. crit. Tom. 4. p. 148. *Waltoni* prolegom. p. 265. *Dornii* Biblioth. theol. p. 622. *Hagemanni Nachrichten von den Ueberſetz. der h. Schrift* p. 137. qui auctor tam multos in unum cumulavit errores, quos hic recenſere, cum libellus multorum in manibus ſit, non ſuperfluum erit; docet enim nos, 1) *Henricum Stephanum*, *Roberti* Filium, Biblia haec typis exſcripſiſſe; 2) eum *Pariſiis* officinam habuiſſe; 3) Officinam Sanct - Andreanam eſſe Pariſienſem; 4) exhiberi hic verſionem Tigurinam; 5) Novum Teſtamentum adjunctas habere *Theod. Bezae* notas; 6) Editionem anni 1599. eſſe editionem iteratam, a priori diverſam; 7) eam quoque Pariſiis eſſe exſcriptam; 8) Officinam Commelinianam eſſe

§. IX.

Bibl. Polygl. Wolderi. Bibl. polygl. Wolderi.

• Opus Quadripartitum ſacrae ſcripturae, continens S. Biblia ſive Libros Veteris et Novi Teſtamenti omnes, quadruplici lingua, hebraica, graeca, latina et germanica. Hamburgi (MDXCVI.) Fol.

Cum Lucius utramque Bibliorum editionem, ſcilicet Ebraicam Eliae Hutteri anno 1587. et trilinguem Wolderi anno 1596. abſolviſſet; forte ut priori, quae nullius fere utilitatis erat, emptores conciliaret, utramque ſimul inſtar Tetraglottorum Bibliorum judicavit eſſe publicandam, licet unaquaeque ſeorſim typis exſcripta fuiſſet. In his igitur exemplaribus, quorum tituli diverſi leguntur, eadem prorſus et unica eſt illorum editio. a)

[Diverſos exemplarium titulos exhibet quidem *Le Long*, ſed ordine haud concinno; hinc univerſalem editionis Titulum hic ſubſtituere, melius nobis viſum eſt. In duas commode integrum opus diſtingui poteſt partes. Prima pars continet Vetus Teſtamentum hebraicum, anno 1587. typis Hutterianis plane ſingularibus expreſſum: cui rubrum datum eſt: „Bibliorum quadrilinguium tomus primus, in quo textus hebraicus continetur — — nunc primum emendate editus Hamburgi MDXCVI.„ Fumum ultimis verbis omnino vendit editor, ſeu ſi *Davidem Wolderum* excuſare mavis, typographus *Jacobus Lucius*. Integer enim codex ille eſt, quem ſupra Cap. 1. Sect. 1. §. XVII. accurate delineavimus. Alteram partem curae et ſtudio *Davidis Wolderi* debemus. Proſtat ſub rubro: „Sacr. Bibliorum quadrilinguium Tomus ſecundus, trilinguis, librorum Veteris et Novi Teſtamenti verſionem continens: graecam, ſeptuaginta Interpretum; latinam duplicem, unam veterem et vulgatam, alteram Xantis Pagnini, cum notis hebraicam veritatem indicantibus; et germanicam Martini Lutheri. Hamburgi excudebat Jacobus Lucius MDXCVI.„ Praemittitur operi ſumma totius ſacrae ſcripturae, librorum videlicet Veteris et Novi Teſtamenti, collecta per Joannem Brentium. Tomus hic in partes iterum eſt diſtinctus. Prima pars Pentateuchum, ſecunda libros hiſtoricos, tertia libros Jobi, Pſalterium et Salomonis ſcripta: quarta ſcripta Prophetarum, quinta libros Apocryphos, ſexta et ſeptima Novi Teſtamenti libros continet. Singula folia in quatuor columnas ſunt diviſa, ut verſiones duabus foliorum paginis inſcriptae ſibi invicem ſemper reſpondeant, exceptis libris tertio et quarto Eſdrae et Machabaeorum tertio, qui ſolummodo

 latine

eſſe Pariſienſem. Haec ſunt *Hagemanni*, qui a *Carpzovio* meliora edoctus, infelici ſidere *Dornium* ſibi hodegum elegit. Jungimus hiſce *Waltoni* errorem, qui duas fingit operis editiones, et utramque *Roberto Stephano* adſcribit: *Roberti Stephani Biblia, quae vulgo Franciſci Vatabli — eſſe dicuntur, complectentia textum hebraeum cum verſione graeca ex editione Complutenſi, Latinam Vulgatam, cum latina altera nova. Prodierunt primo in amplo quarto tribus voluminibus, adjuncto Novo Teſtamento. Poſtea in fol. tribus Vol.* 1586. *ex officina Santandreana cum annotationibus, quae ab quibusdam Vatablo adſcribuntur. — Nulla praefigitur praefatio bis editionibus, nec ex toto opere conſtare poteſt, quisnam eas procuravit, vel Verſionis novae autor fuit.* Fallitur enim *Waltonus*, dum editionem in forma quarta textum hebraeum cum verſionibus continere, et N. T. adjunctum habere ſcribit. Delineavimus iſtam editionem hebraicam Cap. 1. Sect. 1. §. XI Novum Teſtamentum vero non priori editioni, ſed huic operi polyglotto acceſſit demum A. 1599, v. Cap. II. Sect. II. § VI.

a) *Le Long* p. 18. col. 2. C.

Bibl. polygl. Wolderi. latine et germanice exhibentur. Eaedem jam recenſitae ſex partes veniunt etiam ſub titulo: „Biblia ſacra, graece, latine et germanice; opera Davidis Wolderi: in uſum eccleſiarum germanicarum, praeſertim earum, quae ſunt in ditionibus Illuſtriſſimorum Ducum Holſatiae. Hamburgi, anno Domini M. D. XCVI. Jacobus Lucius iuni. excudebat.„ Graecum textum ex Polyglottis Antwerpienſibus deſcribi curavit; latinam vulgatam vero, ut et *Pagnini* verſionem V. T. ex editione Francofurtenſi a. 1591. quae exacte reſpondet editioni Tigurinae anni 1579. et antiquiori anni 1564; quae iteratae ſunt editiones exemplaris a *Rob. Stephano* a. 1557. fol. editi, et adjunctam habent Novi Teſtamenti verſionem latinam a *Theodoro Beza* elaboratam. Ignoravit *Wolderus* verum verſionis novae auctorem, eujus nomen in editione Francofurtana ſtudioſe celatur. Hinc *Bezae* verſionem operi ſuo inſeruit et cum verſione *Lutheri* germanica ex editione anni 1545. conjunxit, id quod Editori haud leves paravit et lites et cenſuras. [b])

§. X.

Bibl. Polygl. Joh. Draconitis.

Bibl. polygl. Joh. Draconitis. [I.]

* Geneſeos Patriarchae Sex, Adam, Noah, Abram, Iſaac, Jacob, Joſeph, cum translationibus fontis hebraici, Chaldaica, Graeca, Latina, Germanica, ac explicatione grammatica linguae et ſcripturae ſanctae et indice Chriſti Salvatoris mundi. Doctor Johannes Draconites. Vitebergae excudebat Joannes Crato. MDLXIII. fol.

[Ad Biblia Polyglotta tentata quidem, ſed minime abſoluta, temporis ratione ducti, omnium primo opellas, quas *Johannes Draconites* [c]) diverſis evulgavit annis, referimus. Redux ille e Boruſſia Witebergam Conſilium de edendis Bibliis pentaglottis cepit. Varias hine edidit ſacri codicis partes, majores, minoresve, quas hic ordine recenſebimus. A Geneſeos libro coeptum eſt, quem in ſex partes diviſit editor ſecundum ſex Patriarcharum nomina, Adamoque ſex priora capita adſignat. Sed ne haec pars integra quidem typis exſcripta eſt; quinto enim capite operarius jam deſiit: ut adeo conjectura *Jac. Le Long* omnino vero ſit conſentanea: „Forſan quinque ejusdem libri priora duntaxat capita typis excuſa fuerunt. [d]) „ Textus hebraicus cum punctis vocalibus ita per lineas eſt expreſſus, ut verſiones, Chaldaica Onkeloſi, Graeca LXX interpretum, Latina, et Germanica *Lutheri* per totidem lineas ipſi ſubjiciantur. Singula capita in ſectiones diviſit, eisque adnotationes adjecit, maximam partem grammaticas, et interdum dogmaticas et morales. Quoties nomen Dei tetragrammaton in Chaldaica Paraphraſi occurrit, per triplex *Jod* hebraicum eſt expreſſum. [e])

* Pſal-

b) Conf. *Wolfius* l. c. Vol. 2. p. 344. *Carpzovius* l. c. p. 406. *Buddeus* l. c. p. 1554. *Dornius* p. 677. *Walchius* l. c. p. 174. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 306. *Knochii* Nachrichten p. 32. *Widekindi* Verzeichnis p. 607. *Jac. Fr. Reimmanni* Catal. p. 199. Index Biblioth. Wernigerod. p. 2. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 3. Bibliotheca Solgeriana Tom. 1. p. 2. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 4. et 16.

c) De vita Auctoris Conf. *Samlung von A. u. N.* 1730. p. 1059. *Melch. Adami* vitae Theolog. german. p. 405. *Freheri* Theatr. p. 210. *Teiſſier* Tom. 1. p. 300.

d) p. 41. col. 2. E.

e) Conf. *Wolfius* Vol. 4. p. 103. *Knochii* Nachrichten p. 46. *Calmetus* p. 133. *Hagemannus* p. 190. *Vogtii* Catal. p. 244. Catal. Biblioth. Bunav. Vol. 1. p. 4.

Digitized by Google

* Pſalterium cum translatione fontis Hebraici, Chaldaica, Graeca, Latina, Germanica, ac explicatione grammatica linguae ac ſcripturae ſacrae, et indice regni Chriſti. Doctor Johannes Draconites. Vitebergae excudebat Johannes Crato. MDLXIII. fol. [II.]

[Meminit editionis quidem *Le Long* f) ſed minus recte annum 1565 conſtituit. Oeconomia editionis eadem eſt ac in Geneſi: ſed primus et ſecundus Pſalmus tantummodo typis exſcriptus eſt, ut itaque titulus operi minime reſpondeat. g)

Jeſaias Propheta cum translatione fontis hebraici Chaldaica, Graeca, latina, germanica, ac explicatione grammatica linguae et Prophetiae, nec non indice regni Chriſti. Doctor Johannes Draconites. Lipſiae excud. Joh. Rhamba. MDLXIII. Fol. [III.]

Non niſi ſeptem priora Prophetiae capita hic et quidem colore rubro exprimuntur. Silentio hoc fragmentum polyglotton praetermiſit *Le Long*. h)

* Proverbia Salomonis. Cum translationibus fontis ebraici, Chaldaica, graeca, latina, germanica, ac explicatione vulgari linguae et ſcripturae, et indice regni Chriſti. Doctor Johannes Draconites. Vitebergae Johannes Crato excudebat. Anno MDLXIIII. fol. i) [IV.]

[Praecedentibus prorſus quoad oeconomiam et diſpoſitionem textus et verſionum ſimilis. Verſio vero latina a *Philippo Melanchthone* eſt confecta. Capite octavo et capite trigeſimo varia commata colore rubro ſunt expreſſa. k)

* Malachias Propheta. Cum translationibus — —, ac explicatione grammatica linguae et Prophetiae, et indice margineo regni Chriſti. Doctor Johannes Draconites. Lipſiae Johannes Rhamba excudebat. Anno M. D. LXIIII. fol. l) [V.]

[Lipſiae tunc temporis redux e Boruſſia fuit *Draconites*, ubi et praefationem ſubſcripſit. *Le Long* editionem ad annum ſequentem refert. m)

* Joel Propheta. Cum translationibus — — ac explicatione Prophetiae et indice regni Chriſti. Doctor Johannes Draconites. Vitebergae excudebat Johannes Crato. Anno MDLXV. fol. n) [VI.]

[Inſcripſit librum *Auguſto* Saxoniae Electori, qui benevole editori impenſas edendis reliquis libris ſacris requiſitas ſubminiſtravit. Verſionem latinam ipſe editor elaboravit, germanicam vero *Lutheri* ita immutavit, ut ſingulis textus hebraici verbis ſubjici queat. o)

 * Mi-

f) p. 43. col. 2. B.

g) *Wolfius* Vol. 4. p. 105. *Knochius* p. 46.

h) *Wolfius* Vol. 4. p. 103. *Knochius* et *Vogtius* ll. cc.

i) p. 44. col. 1. B.

k) *Wolfius* Vol. 4. p. 107. *Knochius* p. 46. *Vogtius* l. c. *Baumgartenii* Naehrichten Vol. 1. p. 321. *Reimmanni* catal. p. 197. Index Bibl. Wernigerod. p. 1. Biblioth. Solgeriana part. 1. p. 20.

l) p. 42. col. 2. A.

m) *Wolfius* Vol. 4. p. 104. *Baumgartenii* Naehrichten Vol. 1. p. 325. *Knochius* p. 47. Index Bibl. Wernigerod. p. 1. *Vogtius* l. c.

n) p. 42. col. 2. B.

o) *Wolfius* et *Vogtius* ll. cc. *Baumgartenius* l. c. p. 323. *Reimmanni* Catal. p. 197. Index Bibl. Wernigerod. p. 1.

Digitized by Google

[VII.] * Micheas Propheta. Cum translationibus — ac explicatione Prophetiae et indice Regni Chriſti. Doctor Johannes Draconites. Vitebergae excudebat Johannes Crato. MDLXV. fol. p)

[VIII.] * Zacharias Propheta. Cum translationibus — regni Chriſti. Doctor Johannes Draconites. Vitebergae excudebat Johannes Crato. MDLXV. fol. q)

[Praemittitur Epiſtola *Johannis Spangenbergii* jam 1530 ſcripta, ex qua, editorem jam per triginta annos, propoſitum de edendis Bibliis polyglottis animo volviſſe, apparet. Ultimum eſt Bibliorum quod edidit ſpecimen, ſiquidem anno ſequenti 18 Apr. 1566. pie placideque defunctus eſt. Id denique monendum eſt, *Jacobum Le Long* quatuor Prophetias ita recenſere, ac ſi uno volumine contineantur. r)

§. XI.

Polyglotta Hutteri.

Polyglotta Hutteri.

[I.] * Biblia Sacra Ebraice, Chaldaice, Graece, Latine, Germanice, Sclavonice. Studio et labore Eliae Hutteri Germani. Noribergae cum Sacrae Caeſar. Maieſt. Quindecim annorum Privilegiis. M. D. XCIX. fol.

* Biblia — — Germanice, Italice. — — M. DXCIX. Fol.

* Biblia — — Germanice, Saxonice. — — MDXCIX. Fol.

* Biblia — — Germanice, Gallice. — — MDXCIX. Fol.

Haec quadruplex editio, quae unica eſt excepta ultima columna, ultra Librum Judicum et Ruth non progreditur. Ex praefatione: „Harmoniam Biblicam ſex linguarum columnarumque ordine per omnes Veteris et Novi Teſtamenti libros, pio et bono conſilio ita diſpoſui, ut primum ſex idiomata, Ebraeum, Chaldaicum, Graecum, Latinum, Germanicum et Sclavonicum apte invicem e regione verſibus diſtinctis convenirent; denique loco Sclavonici, modo Gallicum, modo Italicum, modo Saxonicum, aliarumque gentium et nationum idiomata minimo ſumptu vel imprimendo vel adſcribendo ſubſtitui poſſent.„ s)

[*Elias Hutterus*, poſtquam Biblia hebraica, quae ſupra Cap. I. Sect. I. §. XVII. deſcripſimus, Hamburgi publici juris fecerat, Norimbergam Typographiam ſuam transtulit: ibidemque, Polyglotta edere Biblia tentavit. Utrum vero *Hutterus* primo Biblia V. Teſtamenti, an vero Novum Teſtamentum Dodecaglotton prelo ſubmiſerit, incertum eſt. Prius contendit D. *Clement.* Singulae paginae in tres columnas ſunt diſtinctae, quarum prima eaque minor chaldaicam verſionem, ſecunda eaque major textum hebraicum, tertia minor verſionem graecam, et in altera pagina, prima minor verſionem latinam, ſecunda major germanicam, et tertia minor verſionem vel ſclavonicam, vel gallicam, vel italicam vel ſaxonicam, in dialecto Saxoniae inferioris concinnatam continet. Textus hebraicus typis Hutterianis, quibus radicales a ſervilibus diſtinguuntur, eſt exſcriptus. Singulis libris peculiaris praemiſ-

ſus

p) p. 42. col. 2. B. Add. *Wolfius*, *Vogtius*, *Baumgartenius*, et *Reimmannus* ll. cc.

q) p. 42. col. 2. B.

r) *Wolfius*, *Baumgartenius*, *Knochius*, *Vogtius* ll. cc. Index Bibl. Wernigerod. p. 1. Biblioth. Solgerian. Part. 1. p. 20.

s) p. 19. col. 1. A.

Digitized by Google

ſus eſt Titulus. Exſpectari iubet Tituluus integrum veteris teſtamenti eodicem, ſed non ultra librum Ruth progreſſus eſt editor, qui plures, quam invenit, ſibi emptores promiſit. Confunditur hoe opus haud raro cum Polyglottis *Wolderi*, §. IX. a quibus omnino diſtinguendum eſt. Rarioribus annumeratus libris, et exemplaria, quibus verſio ſclavonica adiecta eſt, maioris ſunt raritatis. [t]) Polyglotta Hutteri.

* Geneſis Ebraice, Graece, Latine et Germanice. Studio Eliae Hutteri. Norimbergae 1601. 8. [II.]

[Ita quidem *Le Long* et *Wolfius*. Verum utrum haec opella integrum Geneſeos librum contineat; an vero tantummodo ſit *Specimen quatuor Linguarum in Geneſin*, Norimbergae 8. emiſſum, definire non poſſum. [u])

* Eſaias, Hebraice, Graece et Latine, ſtudio Eliae Hutteri. Norimbergae 1601. 4. [x]) [III.]

Malachias duodecim Verſionum, ſtudio Eliae Hutteri. Norimbergae 1600. 4. [y]) [IV.]

* Malachias, Hebraice, Chaldaice, Graece, Latine et Germanice. Studio Eliae Hutteri. Norimbergae 1601. 4. [V.]

[*Le Long* in recenſione tantum tres nominat linguas, reliquas vero addit Wolfius [z]).

* Pſalterium harmonicum, Ebraice, Graece, Latine et Germanice; pro verbi Dei et linguarum ſtudioſis, editum ſtudio et labore Eliae Hutteri, Germani. Norimbergae MDCII. 8. [a]) [VI.]

[In quatuor columnis diſpoſitus eſt textus et verſiones, accedit quinta columna eaque minor, quae textum hebraeum latinis typis expreſſum continet. [b])

* Pſalterium Harmonicum — Hutteri Germani. Amſtelodami 1615. 8. [c]) [VII.]
Eadem prorſus editio cum novo Titulo.

Specimen quatuor linguarum harmonicum in Pſalterium, ſtudio Eliae Hutteri. Norimbergae 1602. 8. [d]) [VIII.]

* Nouum Teſtamentum Dni. Nri. Jeſu Chriſti, ſyriace, italice, ebraice, hiſpanice, graece, gallice, latine, anglice, germanice, danice, bohemice, polonice. Studio et labore Eliae Hutteri, Germani, cum gratia et privilegio Sac. Caeſ. Mtis ad quindecim annos. MDXCIX. fol. II Vol. [IX.]

Novum

t) Conf. *Wolfius* Vol. 2. p. 345. *Carpzovius* p. 406. *Buddeus* iſagog. p. 1475. *Walchius* p. 175. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 312. *Knoebii* Nachrichten p. 28. *Hottingeri* Biblioth. p. 141. 142. *Hagemannus* p. 190. *Görzii* Merkwürdigkeiten Vol. 1. p. 206. *D. Clement* Tom. 4. p. 184. *Widekindi* Verzeichnis p. 606. *Vogtii* Catal. p. 93. *P. Koblii* introd. in hiſt. lit. Sclav. p. 163. Index Bibl. Wernigerod. p. 2. Catal. Biblioth. Bunav. T. 1. p. 3.

u) *Le Long* p. 41. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 355. *Unſchuld. Nachrichten* 1716. p. 398. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 4.

x) *Le Long* p. 42. col. 1. D. *Wolfius* Vol. 2. p. 357.

y) Unſchuld. Nachrichten 1716. p. 397.

z) *Le Long* p. 42. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 2. p. 357. *Unſchuld. Nachrichten* 1716. p. 398.

a) *Le Long* p. 43. col. 2. C.

b) *Wolfius* Vol. 2. p. 359. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 5. p. 97.

c) *Le Long* et *Wolfius* l. c.

d) Unſchuld. Nachrichten 1716. p. 398.

Digitized by Google

Polyglotta Hutteri. Novum Teſtamentum, *Syriace*, ſecundum editionem Tremellianam anni 1569. cui adjecit autor ex ſua verſione quaedam quae in illa deerant. *Ebraice*, ex ipſa verſione Eliae Hutteri, *latine* ex Vulgata editione, *Germanice* ex interpretatione Lutheri, *Bohemice*, ex editione 1593. *Italice* ex verſione Genevenſi anni 1562. *Hiſpanice*, ex Caſſiodori Reyna tralatione anno 1569 excuſa; *Gallice* ex recognitione Genevenſi anni 1588; *Anglice* ex editione 1562. vel aliqua ſimili; *Danice* ex editione 1589. et *Polonice* ex editione 1596. Iſthoc Bibliorum Polyglottorum opus pluribus conſtat linguis, quam quodcunque aliud huc uſque publicatum; enim vero exceptis textu Graeco, Latina et Syriaca verſione, omnes caeterae vulgaribus linguis expreſſae tralationes recentiſſimae ſunt, et ſeculo decimo ſexto concinnatae. Hutterus communem in illis recenſendis ordinem non ſectatus eſt, ſiquidem binae in ſingulis columnis conjunctae ſunt, et in ſex columnis diſtributae, ita ut prima earumdem linea Syrum, Hebraeum et Graecum exhibeat in adverſa pagina; ſecunda vero Italicam verſionem, Hiſpanam et Gallicam: at in recto folio priorem lineam occupant editiones Latina, Germanica et Bohemica; poſteriorem Anglica, Danica et Polonica. Idem ubique ordo in ſequentibus ſervatus eſt. *e*)

[Duobus abſolvitur opus hodie rariſſimum voluminibus, quorum prius IV Evangelia et Acta Apoſtolorum, poſterius vero XV Epiſtolas Pauli, et reliquos N. T. libros continet. Singulis libris Titulus adſcriptus eſt. Epiſtolam Pauli ad Coloſſenſes ſequitur in volumine ſecundo: „S. Pauli ad Laodicenſes Epiſtola ſyriace — — polonice ex Diſpoſitione et adornatione Eliae Hutteri Germani.„ De qua in praefatione ad Candidum Lectorem: „nec eandem (epiſtolam) in ullo vel Graeco vel Syriaco vel latino Codice, niſi in Jacobi Fabri Stapulenſis Latino Commentario ſuper Novum Teſtamentum, nec non in Germanico Johannis Dietenbergii Coloniae impreſſo, atque Bohemico Pragenſi, invenerim; propemodum a nobis neglecta fuiſſet. Quia tamen inſignes et ſolatii plenas in ſe doctrinas continet, operae pretium eſſe judicavi, ut eandem et in reliquas linguas converterem, prout divina mihi conceſſum eſt gratia. Verſiones in opere cumulatae revera ſunt ſubleſtae fidei, ſiquidem editor ſe illas immutaſſe, aut emendaſſe profitetur. Promittit ad calcem praefationis voluminis poſterioris „Novum Teſtamentum in aliis 12 linguis, Arabica, Aethiopica, Moſchovitica, Ungarica etc. harmonice et ſymmetrice huic Operi reſpondentibus, typis elegantiſſimis, — — ſicque A et Ω, numero viginti quaternario abſoluto et perfecto tantum claudatur negotium.„ Hebraicam verſionem N. T. typis Elianis exſcribi curavit. *f*)

[X.] * Novum Teſtamentum idem. 4 Vol. ibidem 1599-1600.

Iſtae editiones ſunt ſola verſionum multiplicitate ſpectabiles. Ex praefatione Epiſtolis S. Pauli praefixa: „Integrum Novum Teſtamentum in linguam ſanctam convertendum ſuſcepi, converti, correxi, et annuo temporis ſpatio abſolvi.„ Quatuor quoque Epiſtolas canonicas, Apocalypſin, et Hiſtoriam mulieris adulterae, ipſe in Syriacum convertit ſermonem. *g*)

[Eodem

e) *Le Long* p. 45. col. 2. A.
f) *Wolfius* Vol. 2. p. 361. Vol. 4. p. 107. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 316. *Götzii* Merkwürdigkeiten Vol. 1. p. 206. *Clement* Vol. 4. p. 185. *Walchius* p. 175. *Unſchuld. Nachrichten* 1716. p. 395.
g) p. 45. col. 2. C.

[Eodem tempore, quo major editio in vulgus exiit, et hanc minorem in forma quarta majori exſcribi curavit *Hutterus*. Recenſet editionem *Le Long* ita, ac ſi certo conſtaret, integrum Novum Teſtamentum hac forma eſſe expreſſum. Verum excerpta illa ex praefatione in majori editione leguntur: et nullus unquam teſtis eſt, qui ex oculari inſpectione iſtam editionem recenſere potuerit. Hinc mihi veroſimillimum eſt, *Hutterum*, poſtquam duos Evangeliſtas Matthaeum et Marcum exſcripſerit, a propoſito, ut impenſorum rationem ſatis ſibi neceſſariam haberet, abſtinuiſſe. Exſtant nimirum tantummodo: Polyglotta Hutteri.

Sanctus Matthaeus, Syriace, italice, Ebraice, Hiſpanice, graece, gallice, Latine, anglice, Germanice, Danice, bohemice, polonice, ex diſpoſitione et adornatione Eliae Hutteri, Germani. Noribergae MDXCIX. 4. [XI.]

Sanctus Marcus, ſyriace — polonice ex diſpoſitione et adornatione Eliae Hutteri Germani. Noribergae. MDC. 4. b) [XII.]

* Novum Teſtamentum harmonicum Ebraice, Graece, latine et germanice: Pro verbi Dei et Linguarum cultoribus editum ab Elia Huttero, Germano. Noribergae cum Sac. Caeſ. Majeſtatis: etc. nec non Regis Galliarum et Navarrae etc. Privilegiis Anno MDCII. 4. i) [XIII.]

[Abſque illa praefatione prodiit opus, cujus volumen ſecundum anni 1603. notam habet. Verſiones tres, ut et textum, ex editione majori duodecim linguarum iterum exſcripſit, inſerta et hic ad Laodicenſes epiſtola. Verſio vero hebraica non typis ab *Huttero* inventis, ſed conſvetis expreſſa exſtat k)

* Novum Teſtamentum harmonicum — — Huttero. Amſtelodami, apud Joan. Walſchaert. 1615. 4. [XIV.]

Eadem eſt editio ac anni 1602. l)

Specimen trium linguarum harmonicum in Nouum Teſtamentum, ſtudio Eliae Hutteri. Noribergae 1602. 8. m) [XV.]

§. XII.

Pentat. polygl. Pentat. polygl.

* Pentateuchus Hebraeo-Chaldaeo-Perſico-Arabicus. fol. (Conſtantinopoli a. 306. i. e. 1546.) [I.]

Pentateuchus in tres deſcriptus columnas, in media textus Hebraicus, litera majori, reliqua litera minori, in laeva Paraphraſis Chaldaica Onkeloſi, in dextra verſio Perſica R. Jacob F. Joſeph טאווס Tavos ſive Tuſenſis, in ſuperiori parte paraphra-

b) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 315. 316. *Clement.* Vol. 4. p. 187. *Unſchuld. Nachrichten* 1716. p. 397.

i) pag. 45. col. 2. D.

k) *Wolffius* p. 361. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 5. p. 98. *Beyträge zur Geſchichte merkw. Bücher* p. 249. Index Bibl. Wernigerod. p. 3. *Unſchuld. Nachrichten* 1716. p. 399.

l) p. 45. col. 2. E. Conf. *Wolffius* l. c.

m) Unſchuld. Nachrichten 1716. p. 398. Polyglottis Hutterianis annumerari quoque poſſunt evangelia anniverſaria: de quibus tamen infra nobis dicendum erit.

Pentat. polygl. paraphraſis Arabica R. Saadiae Gaonis, et in inferiori Commentarius Raſi. Omnia charactere quadrato Hebraico cum punctis. In fine Geneſeos legitur: „Abſolutus eſt liber Geneſeos in domo Eliezeris Berab Gerſon Soncinatis;„ et in fine Deuteronomii: „Completum eſt hoc opus, opus coelorum, die 16. Menſis Scheveth, anno ושה „5306. creationis.„ qui eſt Chriſti 1546. Conſtantinopoli editum eſſe conſtat ex ſequenti editione; itemque ex R. Schabbatai Siphte Jeſchinim, ubi hoc opus Conſtantinopoli impreſſum commemoratur litt. ח num. 53. Theſſalonicae factam fuiſſe hanc editionem non recte aſſerit Joannes Morinus n): „R. Saadias apud Judaeos celeberrimus ante ſexcentos et quinquaginta annos (hoc eſt anno D. 983. haec enim ſcribebat Morinus anno 1633.) Legem κατὰ λέξιν tranſtulit, quae Theſſalonicae ab ipſis Judaeis charactere Hebraeo excuſa ſunt. cujus exemplar penes nos eſt.„

Haec Verſio Arabica litteris hebraicis exarata, juxta Pocockium, o) paſſim mendis ſcatet, exemplaris aliquando forſan quod ſecuti ſunt vitio, alias eorum qui vocales appoſuerunt Grammaticae Arabicae Linguaeque proprietati minus conſonas, ſive imperitia ſive negligentia.„

Scripſit vero Euſeb. Renaudot ad Le Long: „Ea futiliter dicuntur; puncta namque Arabum vocalia characteribus Hebraicis non potuerunt exprimi: hujus autem exemplaris punctatio, habita pronuntiationis ratione, accurata eſt. Eodem quoque modo egerunt Judaei in ſuis Perſicis tranſlationibus tam excuſis quam manu exaratis. p)„

[Mentionem codicis rariſſimi, qui Pariſiis in Bibliotheca Regia et in Oratoriana, nec non in Bibliotheca Bodlejana inter codices MSS. Huntingtonianos adſervatur, faciunt *Joh. Heur. Hottingerus* et *Waltonus*, qui eum ad annum 1551. referunt, quia calculum Judaicum pro numero 311. acceperunt. q)]

[II.] **Exodus Hebraeo - Chaldaeo - Perſico - Arabicus cum notis Raſchii, Conſtantinopoli 5305. (1545.) fol.**

Recenſet codicem *Wolffius*, eumque partem Pentateuchi praecedentis, aut ſpeciminis loco Exodi librum anno praecedenti emiſſum eſſe judicat. Prius vero veritati magis conſentaneum videtur. Nam ad Geneſin in praecedenti editione nulla anni nota eſt expreſſa, ad calcem vero Deuteronomii expreſſus eſt annus 306. Per biennium opus ſub prelo fuit, et libri priores anno 305. poſteriores anno 306. exſcripti ſunt. r)

§. XIII.

Pentat. polygl.

*** Pentateuchus Hebraicus, Chaldaicus, Hiſpanicus et Barbaro - Graecus. (Conſtantinopoli 5307. 1547.) fol.**

Triplici diſtinctus columna. In medio textus hebraicus, ad latus dextrum verſio hiſpanica vetus Judaeorum Hiſpanorum, ad ſiniſtrum verſio Barbaro - graeca, utraque ex Hebraeo; ſupra Targum Onkeloſi, infra Commentarius Raſi. omnia litteris

n) In Epiſt. ad Th. Crombertum p. 203. Antiq. Eccl. Orient.

o) V. ejus praefatio in variantes Lectiones Arabicas tomo VI. Biblior. Polygl. Angl. p. 2.

p) *Le Long* p. 41. col. 1. D.

q) *Wolffius* Vol. 2. p. 354. *Hottingeri* Biblioth. quadripart. p. 133. *Waltoni* proleg. XIV. p. 407. *Carpzovii* Crit. ſacr. p. 408.

r) *Wolffius* Vol. 4. p. 102.

Digitized by Google

ſitteris hebraicis. Ad calcem legitur: „Initium libri hujus in principio menſis Thamus, anno השז. 5307. creationis, (qui eſt Chriſti 1547.) Conſtantinopoli in domo Eliezeris Berab Gerſon Soncinatis.„ Sabtai [s]) notat hunc Pentateuchum fuiſſe editum anno שיב 312. (Chriſti 1552.) Si ה ſumatur pro 5. השז ſignificabit annum 312. Utriusque (praecedentis nimirum et hujus) exemplar, quod non eſt vulgare, reperitur in Bibliotheca Regia et in Oratoriana. „In his verſionibus [t]) ſermonem Graecum vulgarem et Hiſpanicum agnoſcere difficile eſt, adeo frequentes occurrunt in illis Hebraiſmi.„ Pentat. polygl.

Licet Hebraiſmis referta ſit haec interpretatio [u]) utpote ad verbum confecta, (id enim omnibus Judaeorum verſionibus Biblicis congruit) nihilominus tamen Hiſpanicum ſermonem repraeſentat. [x])„

[Verſio hiſpanica, ſi pauca exceperis, eadem eſt, quae poſtea Ferrarae 1583. prodiit. Recenſet *Wolfius* aliam Pentateuchi polyglotti editionem; qui in Catalogo Bibliothecae Schultingianae ita annunciatur: „Pentateuchus cum Verſione Chaldaea, Hiſpanica et nova graeca, litteris Ebraeis et punctatis expreſſus, una cum notis Raſchii, edente R. Joſepho, ſacerdote, fil. R. Iſaaci, ſacerdotis, Abigdor, fil. R. Elieſeris Aſchkenaſi, i. e. Germani. Venetiis A. M. 5257. C. 1497. fol.„ Verum ex iis quae *Wolfium* docuit *Hermannus van de Wall* V. D. Miniſter inter Reformatos Amſtelodamenſis, quin et ex iis, quae de Typographiis Judaeorum Venetiis ipſe addidit, ſatis liquet, hunc Codicem non alium, quam illum eſſe Conſtantinopolitanum. [y])

§. XIV.

Geneſ. polygl.

Geneſ. polygl.

[I.] Geneſeos capita V. priora cum aliis dictis Biblicis hebraice, chaldaice, ſyriace, arabice, aethiopice et perſice, per Joh. Fridericum Krebſium. Jenae 1692. [z])

[II.] * Palaeſtra Linguarum Orientalium, hoc eſt: Quatuor priorum Capitum Geneſeos I. Textus originalis tam ex Judaeorum, quam Samaritanorum traditionibus, II. Targumim ſeu Paraphraſes Chaldaicae et orientales praecipuae, nempe Chaldaicae Onkeloſi, Jonathanis et Hieroſolymitana, Syriaca, Samaritana, Arabica, Aethiopica et Perſica: Omnia cum verſione latina ex Bibliis Polyglottis Anglicanis, cura Georgii Othonis, cum ejus Praefatione. Francofurti ad Moen. typis Martini Jaqueti. 1702. 4.

Omnia ex Bibliis Anglicanis, praeter Paraphraſin Aethiopicam, quam cum verſione latina ex editione Cl. Dn. Burcklini mutuatus eſt editor, ut ait in praefatione. [a])

 Gene-

s) In Bibliotheca Rabbinica p. 85.

t) Rich. Simon in diſquiſit. criticis de variis Bibliorum editionibus cap. 14 p. 17.

u) Ita ad auctorem ſcripſit eruditiſſimus Euſeb Renaudot.

x) *Le Long* p. 41. col. 2. C.

y) *Wolfius* Vol. 2. p. 355. et 447. Vol. 4. p. 101. *Carpzovius* p. 408.

z) *Wolfius* Vol. 2. p. 355.

a) *Le Long* p. 41. col. 2. E. *Wolfius* Vol. 2. p. 356.

[III.] Geneſeos tria capita priora, Hebraice, Graece et Latine, cum Scholiis marginalibus et annotationibus ſeorſim poſt Textum per Petrum Artopoeum. Baſileae 1545. 8.

Non diſſimili modo Artopoeus ſeu Becker Pſalterium excudi curavit, de quo in ſequentibus agendum erit. b)

§. XV.

Decalogus polygl.

Decalogus polygl.

[I.] Decalogus germanice, latine, graece et hebraice. Studio Johan. Claji. Wittebergae excudebat Johannes Crato. Anno MDLXXII. 8.

[II.] Decalogus — — Claji. Witebergae excudebant Haeredes Joannis Cratonis. Anno MDLXXXVII. 8.

[III.] Decalogus — — Claji. Witebergae MDXCIV. 8.

[IV.] Decalogus — — Claji. Witebergae MDXCVII. 8.

Exſtat in Catechiſmo Minori *Lutheri*, quem *Clajus* Hertzbergenſis, germanice, latine, graece et hebraice annis ſupra notatis edidit. c)

[V.] Decalogus Hebraice, Graece, Germanice et Latine. Magdeburgi 1689. 4.

Exhibet illum *Henr. Ammerbachius* in Novo Alphabetario ad linguas illas quatuor diſcendas accommodato; una cum lectione hebraici et graeci textus latinis litteris expreſſa. d)

[VI] Decalogus et Pſalmi VII. poenitentiales Hebraice, Graece et Latine. Pariſiis apud Jacobum Gazellum, ſub inſigni Invidiae. 1544. 16.

Praemittuntur aliquot precationes celebriores e ſacris Bibliis deſumptae; additur Calendarium; omnia in enchiridii formam redacta. e)

[VII.] Decalogus tetraglottos. Jenae 1692. v. §. XL. n. 10.

§. XVI.

Cantic. polygl.

Cantic. polygl.

[I.] Canticum Canticorum cum Targum et verſione hiſpanica. Venetiis apud Hieronymum Bragadinum. 1655. 8. f)

[II.] Canticum Canticorum cum ſubjecta verſione hiſpanica ipſius contextus et paraphraſeos chaldaicae. Amſtelodami apud Salom. Proops. 472. (1712.) 8.

Jam quinta eſt editio. Textus exhibetur punctatus. g)

[III.] Canticum Canticorum Salomonis, Paraphraſi tum ligata Hebraea et Danica, tum proſa latina adornatum a Laurentio Petraeo, Eccleſiaſte Nycopienſi. Hafniae typis Melchioris Martzan. Anno 1640. 12.

Statim

b) *Wolfius* Vol. 2. p. 356.

c) *Walchii* praefat. ad Tom. X. opp. Lutheri p. 18. 19. *Wolfii* Bibl. hebr. Vol. 3. p. 361.

d) *Wolfius* Vol. 2. p. 360.

e) *Wolfius* Vol. 4. p. 107. *Maittaire* anal. Tom. 3. Part. 1. p. 358.

f) *Wolfius* Vol. 2. p. 410.

g) *Wolfius* Vol. 4. p. 151.

Digitized by Google

Statim in limine, textum Hebraicum in rhythmos tinnientes, quamquam Cantic. po-
alicubi ſatis horridos, redactum exhibet, ita tamen ut plus centies voces transponat, lygl.
verſuumque per Soph Păſuk diſtinctionem inſuper omnino habeat; porro eadem et
metri et Muſicorum modulorum ſtructura, hebraicis juxta ac Danicis hymnis paraphraſin adornat, notis non ineruditis, latino ſermone illuſtratam. Similem Metaphraſin Pſalmorum et cap. 53 Eſaiae ineditam reliquit. h)

§. XVII.

Ruth polygl. Ruth po-

* Ruth. Libellus hiſtoricus: Ebraice Graeceque, Latine ac Germanice, lygl.
tam cum artificio diſpoſitionis logicae, et elocutionis rhetoricae alicubi, quam cum grammatica explicatione vocum difficiliorum, praeſertim hebraicarum; in margine additis ſemper radicibus et notionibus ad textum, et interdum memorabilibus ad ſcholia. Auctore M. Conrado Neandro Bergenſi. Vitebergae, excudebat Johannes Crato. 1592. 8. i)

[Diſtinguendus eſt hic *Conradus* (non *Cornelius*) *Neander* a *Michaele Neandro* Soravienſi, cui Graecae linguae Erotemata Baſileae 1565. 8. edita debemus. Utrique in Philologia et Linguis ſacris fuere exercitatiſſimi. *Conradus*, Nordhuſii ab officio ſacro dimiſſus, Pericopas Epiſtolicas hebraice, et *Lutheri* Catechiſmum minorem in quatuor linguis iterum edidit. k)

§. XVIII.

Threni polygl. Threni polygl.

* Threni Hieremiae hebraice, graece et latine ex duplici verſione S. Hieronymi et Sebaſtiani Munſteri. Baſileae 1552. 8. l) [I.]

Threni hebraice cum nova verſione latina, Paraphraſi chaldaica, Maſora utraque et commentariis rabbinicis ex Bibliis Buxtorfianis, per Franciſcum Taylerum. Londini 1651. 4. [II.]

Annotationes marginales erroribus Paraphraſeos chaldaicae, Maſorae et commentariorum rabbinicorum, ut et typothetarum mendis in Bibliis Regiis, Venetis et Buxtorfianis obviis, medelam parant. m)

§. XIX.

Joſua polygl. Joſ. polygl.

* Joſuae Imperatoris hiſtoria illuſtrata atque explicata ab Andrea Maſio. Quae hoc opere continentur, proxima pagina oſtendet. Antwerpiae, ex officina Chriſtophori Plantini Architypographi regii. MDLXXIIII. fol. n)

 [Pluri-

h) *Wolfius* Vol. 2. p. 360. *Carpzovii* introd. in lib. Can. V. T. Tom. 3. p. 17.

i) *Le Long* p. 44. col. 1. C.

k) *Wolfius* Vol. 2. p. 360. Index Biblior. *Wernigerod.* p. 2.

l) *Le Long* p. 44. col. 2. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 360.

m) *Wolfius* Vol. 4. p. 107. et 153.

n) *Le Long* p. 42. col. 1. B.

Joſ. polygl.

[Pluribus verbis exprimunt *Le Long* et ex eo *Wolfius* titulum libri, quem hic genuinum ſubſtituimus. Duabus abſolvitur liber partibus. In priori ſiſtitur textus hebraeus, et verſio ejusdem latina in pagina prima; et in ſecunda pagina verſio graeca, cum eius interpretatione latina; et denique in inferiori utriusque paginae parte verſio latina S. Hieronymi, ſeu Vulgata. Accedit *Maſii* praefatio in graecam editionem Joſnae, in qua de hac editione: „Haec ſeptuaginta duorum Interpretum quidem eſt, ſed admiſtione verborum Theodotionis ſuppleta atque aſteriſcis, obeliſcisque et limniſcis, ut olim ab Adamantio, ubique diſtincta, illuſtrataque, et ab incredibiliter multis mendis repurgata.„ Sequuntur Annotationes, quibus editionis graecae, hiſtoriae Joſuae ratio modusque omnis per capita et verſus explicatur. Pars ſecunda continet *Maſii* in librum Joſuae commentarium. Singula, excepto textu polyglotto, et annotationibus, quibus editionis graecae etc. Criticis Anglicanis inſerta leguntur. o)]

§. XX.

Eſaias polygl.

Eſaias polygl.

* Iſaias Propheta, hebraice, graece, et latine. Addita eſt autem duplex latina interpretatio Hieronymi et Münſteri. Acceſſit et ſuccincta difficiliorum hebraicorum vocabulorum expoſitio, collecta per Sebaſtianum Munſterum ex Davidis Kimhi commentario. Baſileae per Henrichum Petrum. 4. p)

[Absque ulla temporis nota. Prima pagina exhibet textum Hebraeum punctatum, et verſionem graecam ſeptuagintaviralem, pagina ſecunda vero duplicem latinam, quas adjunxit, ut, ſi una diſpliceat, altera ſaltem placeret. Annotationes ſunt hebraicae, ex *Kimchio* collectae, et typis puncta adjecta ſunt. q)]

§. XXI.

Hoſeas polygl.

Hoſeas polygl.

* Hoſeas hebraice et chaldaice, cum duplici verſione latina commentariis Ebraicis trium doctiſſimorum Judaeorum, Maſora item parua, ejusque et commentariorum latina quoque verſione. Accedunt in fine ſuccinctae ſed neceſſariae annotationes Guilielmi Coddaei. Lugduni Batavorum, typis Raphelengianis. Proſtant apud Joannem Maire. 1621. 4. r)

[Verſio altera eſt *Pagnini* ex hebraeo, altera vero ex Chaldaica paraphraſi *Alphonſi de Zamora*, e Polyglottis Antwerpienſibus petita. Commentaria vero Rabbinica Raſchi, Aben Eſrae et Kimchii a *Johanne Mercero* latine reddita ſunt. s)]

§. XXII.

o) *Wolfius* Vol. 2. p. 356. *Vogtii* catal. p. 446. *Freytagii* analect. p. 573. *Nachrichten v. e. Hall. Bibl.* Vol. 7. p. 294. Recenſetur editio commentariorum *Maſii* in hiſtoriam Joſuae. Antwerpiae apud Gunmarum Sulcenium, 1609. in Indice Expurgatorio Sotomajoris. Madriti 1667. fol. p. 46. adjecto ſatis amplo expurgandorum catalogo: quae editio eadem illa eſt Plantiniana, aut accurate ad illam expreſſa. Antiquior vero Antwerpienſis editio in Indice Gaſparis Quirogae edit. Hanovienſis 1611. p. 256. libris expurgandis annumeratur. Interim praeclare de *Maſio* ſentiunt e Pontificiis *Rich. Simon hiſt. crit. du V. T.* lib. 3. c. 15. p. 444. *Hadr. Baillet* Jugement des ſcavans. Vol. 4. p. 422. *Teiſſier* Eloges Tom. 1. p. 431. Tom. 2. p. 414.

p) *Le Long* p. 42. col. 1. D.

q) *Wolfius* Vol. 2. p. 356. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 5. p. 100.

r) *Le Long* p. 42. col. 1. D.

s) *Wolfius* Vol. 2. p. 357. *Baueri* Biblioth. libr rar. Vol. 2. p. 145. *J. M. Goezius* p. 7.

Digitized by Google

§. XXII.

Joel polygl.

Joel polygl.

* Joel explicatus, in quo textus hebraeus Prophetae Joel variis modis explicatur, ſcilicet per Paraphraſin Chaldaicam, Maſoram magnam et parvam, et per trium praeſtantiſſimorum Rabbinorum commentaria rabbinica. Adjunctus eſt Obadias, eodem fere modo illuſtratus, authore Joanne Leusden. Trajecti ad Rhenum apud Joh. a Waesberge. 1657. 8. t)

Rabbini ſunt iidem, quos Prophetae Jonae § praec. adjunxit editor. Accedit textus hebraei verſio latina. u)

§. XXIII.

Obadias polygl.

Obadias polygl.

* Obadias h. ch. et latine. Trajecti ad Rhen. 1657. 8. §. XXII. [I.]

* Obadias Hebraice, Chaldaice, Syriace, Arabice, et Latine. Bremae 1673. 4. x) [II.]

[Exſtat in *Lud. Mich. Crocii* Specimine philologico. Verſiones iſtae ſibi invicem per verſus ſingulos ſubjiciuntur. Accedunt ſingulis commatibus Commentaria Raſchii, Kimchii et Aben-Eſrae cum interpretatione latina, et notae editoris. y)

§. XXIV.

Jonas polygl.

Jonas polygl.

* Jonas Propheta in quatuor orbis principalioris linguis, Graeca, Latina, Hebraea atque Chaldaica, pulchre ſibi correſpondentibus columnellis. Porro latina examuſſim quadrat cum Graeca. (Baſileae in officina Frobeniana. 1524.) 8. z) [I.]

[*Sebaſtiano Munſtero* debemus hanc editionem. Edidit ille Inſtitutiones grammaticas in hebraeam linguam, quibus ad calcem Jonae Prophetiam quadrilinguem adjecit, ne ſtudioſi ſanctarum linguarum poſthac inopia laborarent, et ſcopum haberent exercitamenti. a)

Jonas Propheta et Pſ. I. trilinguis, una cum Scholiis Petri Artopaei. Baſileae apud Henricum Petrum, 1543. 8. [II.]

Ad calcem grammatices trium linguarum, ibidem prima vice editae. b)

Jonas Propheta et Pſalmi XV. trium linguarum, hebraice, graece et latine per Petrum Artopaeum. Baſileae 1545. 8. [III.]

Cum ejusdem *Artopaei* grammatica trium illarum Linguarum, ſecunda vice emiſſa. c)

Jonas

t) *Le Long* p. 42. col. 2. A.

u) *Wolffius* Vol. 2. p. 357. *Walchius* p. 574. Index Bibl. Wernigerod. p. 37. Biblioth. Solgerian. Tom. 3. p. 28.

x) *Le Long* p. 42. col. 2. A.

y) *Wolffius* Vol. 2. p. 357. *Walchius* p. 579.

z) *Le Long* p. 42. col. 1. E.

a) *Wolffius* Vol. 4. p. 103. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 5. p. 102. Index Bibl. Wernigerod. p. 1.

b) *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 1. p. 355.

c) *Wolffius* Vol. 2. p. 357.

Digitized by Google

[IV.] Jonas Propheta, Hebraice, Graece, Latine et Germanice. Helmſtadii apud Jac. Lucium 1580. 8.

Ad calcem exſtat *Elchanan Pauli* Pragenſis ὀνομαςήριον rhythmicum ad *Joh. Olearium*. Atque illum *Elchanan* pro editore habendum eredit *Wolfius*. [d])

[V.] * Jonas Propheta, Hebraice, Graece, Latine et Germanice. Magdeburgi, 1607. 8. [e])

Eadem videtur eſſe editio ac praecedens: aut ſaltem editio iterata.

[VI.] * Jonas illuſtratus per Paraphraſin Chaldaicam, Maſoram magnam et parvam, et per trium Rabbinorum, Schelomonis Jarchi, Abr. Aben-Ezrae, Davidis Kimchi, textum rabbinicum punctatum, nec non per varias notas philologicas, authore Joanne Leusden. Trajecti ad Rhenum, typis Gilberti a Zül. 1656. 8. [f])

[Polyglottis annumerandus, quia textui hebraeo et Paraphraſi chaldaicae accedit latina textus interpretatio. Prolegomena ſatis ampla et erudita praemiſſa ſunt. [g])

[VII.] * Jonas illuſtratus — — Trajecti ad Rhenum — — 1692. 8. [h])

Editio iterata, nonnullis praecedentis editionis omiſſis.

§. XXV.

Pſalt. octapl. Juſtin.

Pſ. octapl. Juſtin.

* Pſalterium Hebraeum, Graecum, Arabicum et Chaldaicum, cum tribus latinis interpretationibus et gloſſis. (Genuae 1516.) Fol.

Ad calcem haec leguntur: „Impreſſit miro ingenio Petrus Paulus Porrus, genuae in aedibus Nicolai Juſtiniani Pauli, praeſidente reipubl. genuenſi pro Sereniſſimo Francorum Rege, praeſtanti viro Octaviano Fulgoſo, anno Chriſtianae ſalutis milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, menſe VIIIIbri.„ Hic liber columnarum numero Octaplus, linguarum vero Pentaglottus dicendus eſt, cujus 1. columella habet Hebraeam editionem, 2. Latinam Auguſtini Juſtiniani interpretationem reſpondentem Hebraeae de verbo ad verbum, 3. Latinam communem, 4. Graecam, 5. Arabicam, 6. Paraphraſin ſermone quidem chaldaeo ſed literis hebraicis conſcriptam, 7. Latinam Juſtiniani reſpondentem Chaldaeae, ultima hoc eſt octava continet ejusdem ſcholia, id eſt annotationes ſparſas et intercifas. Praemittitur Auguſtini Juſtiniani praedicatorii ordinis Epiſcopi Nebienſis in octaplum Pſalterii ad Leonem X. pontificem maximum epiſtola ſeu praefatio.

Ex praefatione: „Acceſſerunt (qui fuit praecipuus labor) novae ex Hebraeo et Chaldaeo interpretationes, ſed et ſcholia quaedam in maxime neceſſariis locis addidimus; quibus omnibus ſi lepor et elegantia verborum deſiderabitur, cogitet quilibet aequus

d) Vol. 2. p. 357.

e) *Le Long* p. 42. col. 1. E. *Wolfius* l. c.

f) *Le Long* p. 42. col. 1. E.

g) *Wolfius* Vol. 2. p. 357. *Walchius* p. 582. *Lilienthalii* exeget Biblioth. p. 957.

h) *Le Long* p. 42. col. 2. A. *Wolfius* l. c. Biblioth. Sulger. Tom. 3. p. 28.

Digitized by Google

aequus rei arbiter, contendiſſe nos non tam ut eleganter, quam ut ex fide verba reſponderent verbis, ſenſaque ſenſibus.„ Pſalt. octapl. Juſtin.

„Primus poſtremis hiſce temporibus [i]) nomen ſuum duplici ſacrorum librorum interpretatione, altera ex Hebraeis, ex Chaldaeis altera celebrauit Auguſtinus Juſtinianus, verba verbis totidem, iisque ſelectis, nec impuris in utraque retulit, fidemque ſuam ac diligentiam doctis omnibus probavit.[k]) „

[Jam ab anno hujus ſeculi ſexto, uti ex adjecta *Jacobi Antiquarii* epiſtola Mediolani VIII. Kal. Aprilis MDVI. data conjici poteſt, *Juſtinianus* in eo occupatus fuit, ut non ſolum Pſalterium, ſed integrum Vetus et Novum Teſtamentum eodem modo diſpoſitum ad prelum pararet: de quo ipſe in praefatione ad Leonem X: „An vero noſter hic labor fructum aliquem ſit pariturus in catholica matre, cui ipſe digne praeſides, libuit periculum facere hoc davidico Pſalterio, quem ex toto opere nunc quaſi delibamus tuo dicatum nomini. Quod ſi tu, cujus authoritate nihil inter humana ſublimius, rem ipſam probaveris, et dignam editione duxeris, in promptu erit nobis univerſo operi manum extremam imponere et tam novum quam vetus inſtrumentum, iisdem diſtinctum linguis, eademque ſerie et ſtructura tradere impreſſoribus formandum.„ Multas ſibi ex editione promiſit editor divitias; ſed cum ſpem fallere experientia edoctus eſſet, integrum eodem modo et propria manu deſcriptum Novum Teſtamentum Reipublicae Genuenſi dono dedit. [l])

§. XXVI.

Pſalt. tetragl. Pſ. tetragl.

*** Pſalterium in quatuor linguis hebraea, graeca, chaldaea, latina. Impreſſum Coloniae MDXVIII. fol.**

Ad calcem ſubjicitur epiſtola Joannis Potken, cujus ſtudio et opera facta eſt haec editio. Ex hac epiſtola: „Cumque maximam Indiae majoris, quae et Aethiopia ſub Aegypto eſt, regis (quem vulgo Presbyterum Johannem appellamus,) a puero audiſſem eſſe potentiam, — — — linguam ipſam ab eis (*Monachis*) ad tantam ſufficientiam didici, ut mihi perſvaderem, me poſſe Pſalterium David arte impreſſoria edere, ut et quinquennio vix exacto Romae edidi (ſc. 1513.). Sed cum homo Germanus, in patriam poſt multa luſtra reverſus, patriae me fatear debitorem, Pſalterium ipſum, non modo in hac Chaldaca, per me in Europam importari coepta, ſed et Hebraea et Graeca ac Latina linguis imprimi curavi. — — retegens etiam quod Graeca, Latina et Chaldaea translationes ex ſeptuaginta Interpretibus, non ex Hebraea veritate, deſcenderunt. Adjutorem in his habui Johannem Soter alias Heyl, affinem mei chariſſimum, harum quatuor linguarum ſtudioſum. [m]),„

[Quatuor duarum paginarum Columnae ſibi invicem reſpondent, eo quidem ordine, ut prima verſionem latinam vulgatam, ſecunda verſionem, quam chaldaeam vocat,

i) Inquit Huetius de claris interpr. §. 13.
k) *Le Long* p. 42. col. 2. B.
l) *Wolffius* Vol. 2. p. 358. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 7. p. 377. *J. F. Hirtii* oriental. Biblioth. Vol. 1. p. 23. *Götzii* Merckwürdigkeiten Vol. 1. p. 201. *Maittaire* annal. Tom. 2. Part. 1. p. 276. Biblioth. Solger. Part. 1. p. 19. *Baueri* Biblioth. univerſ. Tom. 3. p. 262.
m) *Le Long* p. 43. col. 1. A.

Pſ. tetragl. vocat, revera vero Aethiopica eſt, tertia verſionem graecam ſeptuagintaviralem, et quarta denique textum hebraeum contineat, in quo ſecundum Judaeorum ſuperſtitionem in nominibus divinis Jehova et Elohim, loco *He* littera *Daleth* expreſſa eſt. A monachis ex Aethiopia Romam venientibus didicerat *Potkenius* linguam aethiopicam, atque Romae Pſalterium aethiopicum jam anno 1513. prelo ſubjecerat. Redux in Germaniam et Praepoſitus Eccleſiae Collegiatae S. Georgii Colonienſis renunciatus Pſalterium tetraglotton edidit, quod Coloniae Agrippinae tertio Idus Jun. 1518. abſolutum eſt. Acceſſit deinde, et quidem uti ex clauſula finali apparet, Alphabetum Aethiopicum cum epiſtola Joh. Soteri, et *Pater Noſter* ut et *Ave Maria* aethiopice et latine, anno 1522. menſe Majo. n)

§. XXVII.

Pſ. triglott. *Pſalt. triglott.*

[I.] * Pſalterium Hebraice, Graece et Latine tam ex verſione S. Hieronymi ſecundum hebraicam veritatem, quam ex vulgata Latina, cura et ſtudio Deſid. Eraſmi et Conr. Pellicani. Baſileae typis Amerbachii 1518. fol.

Vide S. Hieronymi opera. Ex praefatione Amerbachii: „Veteri probataeque Theologiae plurimum lucis acceſſurum ex hac caſtiſſima Hieronymianorum operum editione, quam inprimis Eraſmo, non nihil etiam nobis ſtudioſi ferre debent acceptam. — — Nos huic octavo tomo corollarii vice quadruplex Pſalterium adjecimus, videlicet et Hebraicum, et huic appoſitam D. Hieronymi verſionem, quam vulgo Hebraeam veritatem appellant, Graecum item, cui reſpondet e regione tralatio, quae paſſim legitur, *ἄδηλος*, hoc eſt, incerto auctore. — — et in Hebraicis praecipue curavimus, ut quam minimum ab archetypis et his antiquiſſimis diſcederemus. — — Porro fatemur ingenue hoc negotii *οὐκ ἀνευθηνεέως* quod ajunt, nos confeciſſe, ſed adjutos opera doctiſſimi pariter et humaniſſimi Patris Conradi Pellicani, Rubeaquenſis, ex familia D. Franciſci, cujus auſpicio potiſſimum haec res peracta eſt. o) „

[*Deſiderii Eraſmi Roterodami* ſtudio et cura prodiere Opera *S. Hieronymi* Stridonenſis ab a. 1516. ad a. 1518. Baſileae typis Amerbachii; quibus tomo octavo Pſalterium adjunctum eſt. Textum hebraicum exſcribi juſſit *Pellicanus* e Bibliis hebraicis Piſarienſibus (Cap. 1. Sect. 1. §. VI.) adeoque accurate conſpirat cum editione minori ab eodem jam 1516. procurata, (ib. §. LXXXVII.). Cum editiones Operum S. Hieronymi triplicis ſint generis, notandum venit, Pſalterium hocce non omnibus editionibus, ſed tantummodo plerisque eorum quae ad hanc primam effigiatae ſunt, inſertum legi. p)

[II.] * Pſalterium Hebraicum et Graecum cum duplici latina verſione. Baſileae apud Frobenium. 1531. Fol. q)

In editione operum Hieronymi, a. 1526. coepta et 1531. abſoluta. Reliquis Baſileenſium editionibus annorum 1553. et 1565. Pſalterium additum eſſe, relatum non inveni.

* Pſalte-

n) *Wolffius* Vol. 2. p. 358. Vol. 4. p. 105. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 5. p. 95. *Knochii* Nachrichten p. 40. *Götzii* Merckwürd. Vol. 1. p. 22. *Freytagii* analecta p. 717. *Calmetii* Bibliſche Biblioth. p. 131.

o) *Le Long* p. 43. col. 1. C.

p) *Wolffius* Vol. 2. p. 358. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 4. *Mylii* memorab. Bibl. Jeneuſ. p. 40. n. 18.

q) *Le Long* p. 43. col. 2. A. *Wolffius* Vol. 2. p. 358.

Digitized by Google

* Pſalterium — — Pariſiis apud Cephallon. 1533. Fol. [III.]

[In appendice Tom. VII. Opp. S. Hieronymi. *Le Long* ut et *Wolffius* referunt hanc editionem ad Hebraeo-latinas; verum ſibi haud ipſis conſtant circa editionem ſequentem, quam bis recenſent. Recuſam dedit *Cephallon* primam Eraſmianam operum S. *Hieronymi* editionem, hinc et quadruplex Pſalterium hic exſtare, mihi perſvadeo. r)

* Pſalterium — Pariſiis typis Carolae Guillard. 1545. Fol. [IV.]

[Itidem in appendice Tomi ſeptimi Operum Hieronymi. Ad polyglotta referunt *Le Long* et *Wolffius* hanc editionem; et deinde eandem inter editiones hebraeo-latinas recenſent. s)

* Pſalterium ſextuplex. Hebraeum cum tribus latinis, videlicet Divi Hieronymi, R. P. Sanctis Pagnini et Felicis Pratenſis. Graecum, ſeptuaginta interpretum, cum latina vulgata. Seb. Gryphius excudebat. Luguduni. Ann. 1530. 8. t) [V.]

[Praecedentibus jungimus ſummo jure Pſalterium hocce ſextuplex quidem, attamen triglotton. Evulgarat eodem anno *Gryphius* opera *Hieronymi*, ad normam primae editionis Eraſmianae; ſed ſine appendice VII. Tomi. Eius itaque loco hocce ſubſtituit Pſalterium, in quo iis, quae in operibus Hieronymianis jam exſtant, verſiones latinas *Santis Pagnini* et *Felicis Pratenſis* adjecit. *Pagnini* verſio V. T. prodiit *Lugduni* per *Antonium de Ry* 1527. fol. min. vel 4. quamvis annus 1528. in titulo notetur. *Felicis* vero *Pratenſis* Pſalterii verſionem, *Bombergus*, *Venetiis*, 1515. publici juris fecit. u)

Pſalterium hebraicum graecum et latinum. Lipſiae 1533. 8. [VI.]

Recenſet editionem aliis ſcriptoribus ignotam *Wolffius*. Prodiit eodem anno Lipſiae Pſalterium hebraicum *Antonii Margaritae* Exjudaei (Cap. 1. Sect. 1. §. XCVI.); hinc mihi hocce Pſalterium triglotton incertae fidei eſſe videtur. x)

* Pſalterium Davidis Trilingue. Additis aliquot doctiſſimorum virorum correctionibus, juxta hebraicam veritatem per Petrum Artopoeum. Baſileae per Henrichum Petri. (1545.) 8. [VII.]

[Recenſet quidem *Le Long* hanc editionem, ſed ita, ut, quae ex confuſo duarum diverſarum editionum titulo orta ſunt, emendatione egeant. Titulum ſequitur *Petri Artopoei*, ſive *Beckeri*, V. D. Miniſtri apud Sedinenſes, epiſtola nuncupatoria, Principibus *Barnimo* et *Philippo* Ducibus Pomeraniae, Stettini 1. Martii 1544. inſcripta: et praefatio D. *M. Lutheri* in Pſalmos. Duae ſibi oppoſitae paginae in quatuor diſtinctae ſunt columnas, quarum prima textum hebraeum punctatum, ſecunda verſionem graecam, tertia latinam vulgatam, quarta vero annotationes ſeu Vulgatae corre-

r) *Le Long* p. 76. col. 2. D. *Wolffius* Vol. 4. p. 144.

s) *Le Long* p. 43. col. 2. A. et p. 76. col. 2. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 358. et Vol. 2. p. 403. Vol. 4. p. 145.

t) *Le Long* p. 43. col. 1. E.

u) *Wolffius* Vol. 2. p. 358. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 385. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 4. Biblioth. Salthenii p. 497. Index Bibl. Wernigerod. p. 134.

x) *Wolffius* Vol. 4. p. 105.

Digitized by Google

Pſ. triglott. correctiones et loca parallela exhibet. Rariores ſunt, et Columna maxima ex parte vacua relicta eſt; id quod Poſſeſſori exemplaris, quod ſervo, a Pſ. 1. ad 22. verſionem *Lutheri* adſcribendi anſam dedit. Ad calcem legitur: Baſileae apud Henrichum Petrum, Menſe Martio. Anno M. D. XLV. Textus Hebraeus multis in locis a lectione hodierna recedit, et accurate ſequitur editionem primam *Sebaſtiani Münſteri* (Cap. 1. Sect. III. §. 2.). Hinc Pſ. XL. 18. vel 19. legitur יהוה, et Pſ. XLI, 3. ab initio commatis nomen יהוה omiſſum eſt. Reperiuntur hujus editionis exemplaria aliquantulum locupletiora, quibus poſt Praefationem *Lutheri* inſertus eſt novus Titulus: „Pſalmorum liber Prophetae David, Hebraice, Graece et Latine; ad veterum orthodoxorumque exemplarium fidelem lectionem, per Petrum Artopaeum emendatus, et explicatus collatis celebrium interpretum locis. Erit igitur pio, Dominumque quaerenti et timenti expeditiſſima Pſalterii lectio. Baſileae per Henrichum Petrum.„ Accedit porro: Pſalmorum omnium ſecundum ordinem incipientium index; et denique: Index argumenta ſingulorum Pſalmorum complectens: Reliqua ſunt ejusdem editionis. Ex hoc vero addito Titulo ſua confinxit, quae *Le Long* de hac editione retulit. *y*)

[VIII.] • Pſalterium Prophetae Davidis. Hebraeum, Graecum et latinum Jam denuo ad probatiſſimorum codicum fidem, collatis veterum orthodoxorum interpretum translationibus, emendatum: et in omnibus difficilioribus locis annotationibus explicatum. Petro Artopaeo autore. Baſileae, apud Henrichum Petri Anno M. D. XLVIII. 8. *z*)

[Editio ſecunda, eaque ultima. Recenſentur quidem a *Jacobo Le Long* et *Wolfio* editiones duae aliae, altera Baſileae 8. absque anno, quae illa prior eſt, in qua in titulo nulla anni nota exprimitur; altera Baſileae 1569. 8. quae non ad Polyglottas, ſed ad hebraeo-latinas referenda eſt. *a*)

[IX.] • Pſalterium hebraicum, graecum et latinum, Jacobi Gordoni. Pariſ. 1632. fol. *b*)

Vide quae de Bibliis *Gordoni* Cap. 1. Sect. III. §. LV. notata ſunt.

§. XXVIII.

Pſ. hexagl. *Pſ. hexagl.*

[I.] Pſalterii Davidici hexaglotti et decaſtyli Decas prima, cum hexaglottarum et ogdoſtylarum concordantiarum Centuriis quinque. Quam, ſancta illa

y) *Le Long* p. 43. col. 2. A: „Pſalterium hebraice graece et latine ad veterum exemplarium fidem per Petrum Artopaeum emendatum et explicatum, cum Felicis Pratenſis interpretatione et Johannis Campenſis paraphraſi additis doctiſſimorum virorum correctionibus.„ Eadem exſcripſit *Wolfius* Vol. 2. p. 358. Idem addit, hanc editionem jam antea Lugduni apud *Gryphium* 1530. 8. in lucem productam fuiſſe: ſed et ipſe errorem emendavit Vol 4 p. 105. quocirca tamen obſervandum eſt; quamvis verba *Wolfii* in priori loco ad editionem *Gryphii* ſint referenda, nomen *Johannis Campenſis* tamen eſſe removendum. In illa enim, quam *Gryphio* debemus, editione ſupra commemorata non exſtat *Johannis Campenſis* paraphraſis, ſed *Gryphius* illam ſeorſim anno 1540. prelo ſubjecit, quae deinde a. 1544. cum aliis verſionibus Argentorati ex officina Knoblochiana iterum emiſſa eſt.

z) *Le Long* p. 43. col. 2. B.

a) *Wolfius* Vol. 2. p. 359. coll. Vol 4. p. 145. *Baumgartens* Nachrichten Vol. 7. p. 380. *J. M. Goezii* Verzeichnis etc. p. 9.

b) *Le Long* p. 43. col. 2. C.

Digitized by Google

illa authentica in medio a reliquis ancillaribus intercepta, ſex linguis et decem columnis comprehenſam, et lectionibus publicis et privatis in Academia Gryphiswaldenſi propoſitam, Sereniſſimis — Duci Friderico — et Duci Johanni, Epiſcopo Lubecenſi et Oytinenſi — — humillimo ſtudio et calidiſſimo pro Sereniſſima domo Holſatiae voto inſcribit, dedicat offert Jacobus Laurentii F. Michaelis N. Gerſchovius. — — Gryphiswaldiae Typis Jacobi Jegeri expreſſa Anno M, DC, XL. fol. Pſ. hexagl.

Praemittitur ſtemma Principum Holſatiae, et epiſtola nuncupatoria. Sequitur Praefatio, quae incipit: „Vides, lector benevole, conſilium meum, de linguis inter ſe compendioſe conferendis, atque exinde facilius addiſcendis. Exhibeo quidem illas *ἑξαγλώττως* columnis decem, cum *ὀγδωγλώττως* columnis viginti maluiſſem. Et Pſalterium certe totum hac praeſenti forma dudum Deo volente abſolviſſem, niſi ab iis fuiſſem impeditus, a quibus in re Eccleſiae — — tam utili, merito debuiſſem adjuvari.„ Decem Pſalmi priores ita exſcripti ſunt, ut ſingulis textus hebraei vocibus in eadem linea reſpondeant verſiones ejus vocis ſequenti ordine: latina, arabica, graeca, hebraea, graeca, chaldaea, latina, et denique ſyriaca. Singulis vocibus Pſalmi, linea deſtinata eſt. Accedit concordantiarum ſpecimen e Pſalmis continens voces ab אבב ad vocem איש, hebraice, graece, arabice, chaldaice et ſyriace, cum interpretatione latina, et notatis in margine Pſalmorum et commatum numeris. Edidit non niſi decadem primam anno 1640. Editionem vero Pſalterii Ebr. Ch. Syr. Arab. graec. et latin. Jacobi Gerſchovii, quam *Le Long* ad annum 1643. Roſtochii emiſſam, recenſet, non exſtare ſatis liquet. [c])

Pſalmus VI octoglottos, et quidem gallice, arabice, graece, hebraice, latine, chaldaice, anglice, et ſyriace Gryphiswaldiae 1636. 4. pl. 1. [II.]

Programmatis loco edidit Pſalmum *Jacobus Gerſchovius* modo laudatus.

§. XXIX.

Pſ. pentagl. Pſ. pentagl.

Pſalmus XCI. Hebraice, Chald. Graece, Latine et germanice. Vitembergae 1599. 8. [d]) [I.]

* Pſalmus CXIX. hebraice, chaldaice, Syriace, et Arabice, cum commentariis hebraicis R. Sal. Jarchii, et Aben Eſrae, cum verſionibus textuum et notarum Maſorethicarum. Cura Balth. Scheidii. Argentorati 1700. 4. [e]) [II.]

§. XXX.

Pſ. tetragl. Pſ. tetragl.

* Dyodecas aureorum Pſalmorum Davidicorum, eorum qui ſunt praecipue prophetici, De Jeſu Chriſto humani generis Redemptore unico, nempe 2. 8. 16. 22. 40. 45. 68. 69. 72. 97. 110. 118. Hebraice, Chaldaice, cum Latina verſione, et Graece ex LXX interpretibus. Item Epiſtola S. Pau- [I.]

c) *Le Long* p. 43 col. 2 C. *Wolfius* Vol. 2. p. 359. et Vol. 4. p. 105.
d) *Wolfius* Vol. 4. p. 106.
e) *Le Long* p. 44. col. 1. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 360.

Digitized by Google

Pſ. tetragl. S. Pauli ad Galatas Graece, Syriace, Latine et Germanice, ſeorſim nunc edita pro ſtudioſis earum linguarum. Bremae. Ex officina typographica Thomae Villeriani, illuſtris ſcholae Bremenſis typographi. MDCXIV. 8. f)

[Pſalmi in rubro deſignati in uſum tironum in quatuor linguis publici juris facti ſunt, ab editore, qui quidem praefatiunculam praemiſit, attamen nomen ſuum latere voluit. Accedit Epiſtola ad Galatas polyglotta, de qua infra §. XXXVI.

[II.] * Davidis Pſalmi decem, item ſex ſacrae ſcripturae Vet. Teſt. integra capita, priſco Hebraeorum metro reſtituit omnia, et cum tribus interpretationibus apparere voluit Marcus Meibomius. Amſtelodami 1690. Fol. g)

[Pſalmi, quorum textus hic reſtitutus, aut, ſi mavis, adulteratus exhibetur, ſunt Pſ. 23. 25. 47. 48. 61. 65. 72. 95. 148 et 150. quibus verſio graeca, latina et germanica adjecta eſt. Accedunt nonnulla V. T. loca more ſuo emendata, quae anno 1671. et 1678. jam publicarat: ut adeo hic quatuor ſpecimina conjuncta exhibeantur. h)

[III.] * Davidis Pſalmi duodecim, et totidem ſacrae ſcripturae Veteris Teſtamenti integra capita; quae novi ſpeciminis loco biblicarum ſuarum emendationum et interpretationum priſco hebraeo metro reſtituit et cum tribus interpretationibus adparere voluit Marcus Meibomius, qui et multiplices ſuas in plurima ſacri codicis hebraei loca obſervationes et notas interſperſit. Amſtelodami apud Henricum Wetſtenium CIϽIϽCXCVIII. fol. i)

[Haud ſatis accurate *Le Long* et *Wolfſius* hanc editionem eandem cum priori eſſe perhibent. Inſertum quidem et hic legitur tentamen illud portentoſum, quod jam recenſuimus. Sed accedunt in praefatione illuſtrationes duorum Pſalmorum, ut et plurium V. T. locorum, quapropter in rubro duodecim numerantur Pſalmi. Adjunctae ſunt quoque appendices, tanquam ſpecimen ſecundum et pars tertii: quorum prius nonnulla V. T. loca more ſuo illuſtrat, et jam 1671. 4. ad calcem libri de Fabrica triremium, publici juris factum eſt; alterum vero anno 1678. emiſſum loca quaedam Jobi ut et Ezechielis emendat. Promiſit editor integrum ſacrum codicem eodem modo reſtitutum, hebraicum, graecum, latinum et germanicum, ſi praemium dignum ipſi exſpectare liceat, quod ſibi tam ingens imaginatus eſt, ut prope ad ducenta millia Thalerorum accedat. k)

§. XXXI.

Pſ. triglott. *Pſ. triglott.*

[I.] Pſalmi XV. triglotti Petri Artopaei. Baſileae 1545. 8. §. XXII.

* Septem

f) *Le Long* p. 43. col. 2. E. *Wolfſius* Vol. 2. p. 359. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 12.

g) *Le Long* p. 43. col. 2. E.

h) vid. ad edit. ſequ.

i) *Le Long* p. 43. col. 2. E.

k) *Wolfſius* Vol. 2. p. 259. *Reimmanni* Catal. Tom. 2. p. 978. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 1. p. 395. *Knochii* Nachrichten p. 42. Conf. de tentamine portentoſo editoris *J. G. Carpzovii* introduct. in libr. Canon. V. T. Part. 2. p. 20. *Wolfſius* Vol. 2. p. 36-38. Vol. 4. p. 9. *Walchius* p. 511. *J. F. Buddei* iſagog. p. 1432. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 17.

Digitized by Google

* Septem Pſalmi Poenitentiales ex hebraeo ad verbum latine, germaniceque a Joh. Boſchenſtein tranſlati. (Auguſt. Vindelic. 1520.) 4. l) [II.]

[Ad calcem legitur: „Aug. Vind. in officina Sieg. Grimm medici ac Marci Wirſung. MDXX." Textus hebraeus primam, verſio latina ſecundam, germanica tertiam occupat columnam. Accedit Pſalmus 121. itidem trilinguis. m)

Pſalmi VII. poenitentiales hebr. gr. et lat. Pariſiis 1544. 16. §. XV. [III.]

Pſalmi Davidis quos poenitentiales vocant, commentariis illuſtrati et cum textu trilingui hebraico graeco et latino editi, autore Friderico Balduino. — — Wittebergae 1608. 8. [IV.]

Singuli Pſalmi ita exſcripti ſunt, ut textus hebraeus integram pagellam occupet; accedit in pagella bipartita Verſio graeca et latina vulgata: excipit vero textum et verſiones amplus commentarius, cui paraphraſis Pſalmi metrica ſubjungitur.

Pſalmi Davidis quos poenitentiales — autore Friderico Balduino, Editio ſecunda. — Wittebergae Sumptibus Pauli Helwigii, typis Auguſti Boreck. 1621. 8. [V.]

Recenſet quidem *Le Long* editionem antiquiorem Wittebergae 1599. 8. ſed illam ſuppoſititiam eſſe, apparet tum ex praefatione anno 1608. ſcripta, tum quia poſterior expreſſe ſecunda editio in rubro vocatur. n)

Paraphraſis trilinguis metrica Pſalmorum Poenitentialium, hebraice, graece et latine, diverſo carminum genere, per Martinum Mayerum a Schönberg. Francofurti 1624. o) [VI.]

Pſalmi poenitentiales cum officio parvo B. Mariae Virginis, hebraice, graece et latine. Lugduni 1665. 24. [VII.]

Accedit Epitome controverſiarum fidei contra Judaeos et Calvinianos. p)

* Pſalmi 113. verſus 3. „A ſolis ortu usque ad occaſum laudabile nomen Domini." Veluti ſpecimen quoddam variarum tranſlationum ſacrae ſcripturae in linguas 37. Vid Auguſti Pfeifferi ſcriptum germanicum, Wittebergae 1670. 4. et ejus Critica ſacra pag. 346. editionis ſecundae, Dreſdae 1688. 8. q) [VIII.]

§. XXXII.

Chaldaica polygl.

Chaldaic. polygl.

* Capita Chaldaica in Daniele et Eſra occurrentia una cum verſu Jeremiae hebraice translata, et in lucem edita a Joanne Leusden, (partim in calce tract. Talmudici Pirke Avoth, partim etiam alibi) Leidae 1685. 4. r)

[Ita *Le Long:* quae vero non omnimode vero conſentanea ſunt. Adornavit *Leusdenus* verſionem hebraicam textus Chaldaici, eamque in decem diſputationibus ab

l) *Le Long* p. 44. col 1. A.
m) *Wolfſius* Vol. 2. p. 359. *Hirſchii* millenar 3 p. 20.
n) *Le Long* Tom. 2. p. 623. col. 2. C.
o) *Wolfſius* Vol. 4. p. 107.
p) *Wolfſius* Vol. 4. p. 107.
q) *Le Long* p. 44. col. 1. B. *Wolfſius* Vol. 2. p. 360.
r) Conf. *Le Long* p. 80. col. 2. B.

Digitized by Google

Chaldaica polygl. ab anno 1665. die 4. et 8. Martii ad annum 1684, die 24. Junii publice eruditorum examini ſubjecit. Textus chaldaicus in hiſce diſputationibus ubique verſionibus hebraeae et latinae erat additus. Tractatus Talmudicus *Pirke Avoth* hebraice et latine prodiit Ultrajecti 1665. 4. cui addidit *Leusdenus* caput II. et III. Danielis et v. XI. c. X. Jeremiae, itidem triplici lingua. Ultimo denique omnia, quae diſputationibus evulgarat, collegit et uno faſciculo edi curavit, Lugduni Batavorum 1685. 4. Sed ab hac editione abeſt textus chaldaicus, et tantummodo verſio hebraica punctata et latina exhibetur: ſ. t. Translatio hebraica omnium Textuum Chaldaicorum, qui in Daniele, Ezra, et in Jeremia inveniuntur, auctore Johanne Leusden; Lugduni Batavorum apud Jordanum Luchtmans Bibliopolam. Anno CIↃIↃCLXXXV. s)

N. T. hexaglott.

§. XXXIII.

N. T. hexagl.

• Novum Teſtamentum juxta editionem Bibliorum Polyglottorum, in quo textus graecus cum verſione interlineari et vulgata latina, translationes antiquae, Syriacae, Arabicae, Aethiopicae totius Novi Teſtamenti, Perſica Evangeliorum: et ſingularum verſiones latinae. Omnia ex ordine diſpoſita cum variis lectionibus ex mſc. antiquiſſimis undique conquiſitis, optimisque exemplaribus impreſſis. Londini, typis Smith et Walford. 1698. fol.

Haec editio nulla forſan alia eſt, quam quae anno 1657. Londini in lucem emiſſa eſt cum coeteris Bibl. Polyglottorum voluminibus: eadem omnino complectitur. Nec veroſimile eſt, Londini tunc temporis fuiſſe Typographos, qui hujusmodi variis typis aliquid ederent. t)

N. T. triglotton. [1]

§. XXXIV.

N. T. triglotton.

• Ἡ καινὴ διαθήκη. Teſtamentum novum. דיתיקא חדתא Eſt autem interpretatio ſyriaca novi Teſtamenti hebraeis typis deſcripta, plerisque etiam locis emendata. Eadem latino ſermone reddita. Autore Immanuele Tremellio, Theologiae doctore et profeſſore in ſchola Heidelbergenſi, cujus etiam grammatica chaldaica et ſyra calci operis adjecta eſt. Excudebat Henr. Stephanus. Anno MDLXIX. fol.

Ex praefatione Tremellii: „Theodorus Beza novi foederis volumina de Graeco dedit latina, ſed ego, qua neſcio dexteritate, certe qua potui diligentia, de ſermone Syriaco expreſſa offero. — Syriaca noſtra verſio, ſi forte non tota, majori tamen ex parte ex archetypo Graeco fideliſſime expreſſa eſt. — — Venerandam antiquitatem abunde confirmant eum incorrupta ſermonis elegantia, tum defectus Epiſtolae Petri II. Joannis II. et III. B. Judae, Apocalypſeos et accuſationis adulterae apud Johannem cap. 8. — — Haec apud Syros dicuntur extare; ſed in antiquiſſimis harum nationum libris deſunt omnia. — — Illuſtria paſſim edidimus documenta ex longe antiquiſſimo et optimo codice mſc. quem Frederici III. Electoris Palatini Bibliotheca

s) Praefatio *Leusdeni* editioni anni 1685. praemiſſa. *Wolffius* Vol. 2. p. 413. Vol. 4. p. 154.

t) *Le Long* p. 46. col. 1. A.

theca nobis ſuppeditavit. Praeter quem nullum alium habere potuimus, eo duntaxat exceptο, quem Ferdinandus Imperator annis abhinc amplius duodecim (*i. e. anno* 1555.) primus magnis ſumptibus et elegantibus typis ex duobus mſc. codicibus excudi curavit. Rem ipſam (*ſeu editionem N. T. Syriaci*) ante triennium (*anno* 1565.) tandem aggreſſus ſum. Prima nobis cura fuit lectionis, quam ſi diverſam invenimus, id diligenter notavimus, et quod pro noſtra mediocritate optimum judicavimus, id potiſſimum ſecuti ſumus. Deinde Syriacum textum Hebraeorum litteris punctisque vocalibus multo certe ac taedioſo labore deſcripſimus. — — Praeterea ex Syriacis in ſuo genere elegantiſſim[illegible]Latina fortaſſe non optima, ſed tamen tolerabilia effecimus, ut ejusmodi efficacitatem ſyriacam, quantum fieri poteſt, repraeſentent et exprim[illegible] — — Poſtremo, quae jam a longo tempore in locos pleroſque obſcuriores n[illegible]ta habuimus, bona fide communicamus.„ Scripta eſt haec praefatio Heidelbergae anno 1568. N. T. triglotton.

Poſtquam locutus fuiſſet Genebrardus *) de editione Viennenſi Novi Teſtamenti, haec addit: „Hoc tam inſigne opus aliquot annis poſt quidam Tremellius — — Genevae characteribus Hebraicis incredibili perverſitate publicavit. Primo ſuſtulit titulos Epiſtolarum et Evangeliorum. — — Deinde tabulam Evangeliearum et Apoſtolicarum lectionum ſuppreſſit. — — Tertio multas motiones, quas putabat inanes, prae imperitia ſubduxit, in earum locum affixis pro libidine punctis contra analogiam, uſum et phraſim Syrorum. — — Unde ſi ejus editionem Syri legerent, ſe ſyriace illic nihil aut parum legere faterentur. Quarto non modo literas protractionis ſuſtulit — — ſed et conſonantes, praeſertim literam Nun, cujus loco ſolet ſubſtituere Jod, quod neſciret apud Syros literam Nun eſſe ſymbolum tertiarum perſonarum aeque ac primarum pluralium. — — Poſtremo Guidonis Fabricii Boderiani docti et Catholici laborem per plagium ſibi vindicavit, qui illud ante e characteribus Syriacis in Hebraicos tranſcripſerat, et addita latina interpretatione Antwerpiae Plantini typis emiſerat, niſi quod dum praefationes, apparatus et judicia Theologicarum Academiarum et privilegia Regum et Principum tribus aut quatuor annis expectantur, publicatio in annum 1572. rejecta eſt, quam iſte antevertit anno 1569.„ Haec ille. Et quidem ſcribit Boderianus in praefatione ſua, ſe verſionem latinam ex Syriaco ſermone anno 1567. abſolviſſe. „Tremelliana verſio Novi Teſtamenti Syriaci *) primum anno 1569 prodiit typis Henrici Stephani, quam ipſe author Tremellius in praefatione ſe jam anno 1565 adornaſſe ſcribit. Fabriciana anno 1571. ceu Pars operis Regis Hiſpanici excuſa eſt, quam autor Fabricius Boderianus anno 1567. confeciſſe tradit. Unde Tremellium verſionem ſuam ſubtrahere Fabricio non potuiſſe apparet.„ y)

[Epiſtolam nuncupatoriam *Eliſabethae* Anglorum Reginae Heidelbergae d. 1. Martii 1568. datam praemiſit *Tremellius*, unde *Joh. Georg. Hagemannus* ſibi perſuaſit, eodem loco hoc N. T. polyglotton fuiſſe typis expreſſum, etiamſi ſatis notum ſit, *Henricum Stephanum* Genevae artem exercuiſſe typographicam. Textui graeco in prima columna accedit verſio latina ejus a *Theodoro Beza* confecta ex ejus editione

w) lib. 4. Chronol. ad ann. Chr. 1555.
x) Scribit Joannes Diecmannus apud Placcium de ſcript. Pſevdonymis num. 1015.
y) *Le Long* p. 44. col. 1. C. — p. 45. col. 1. A.

Digitized by Google

N. T. tri- editione ſecunda, ſeu recognitione prima anni 1565. (Cap. II. S. II. §. XXXV.) In
glotton. utroque margine adduntur tum loca parallela tum breviores annotationes. In columna tertia exhibetur verſio ſyriaca typis hebraicis, adjectisque punctis vocalibus, quorum multa ipſe *Tremellius* ſecundum analogiam adjecit; ſiquidem in archetypa editione Viennenſi puncta quam ſaepiſſime deſiderantur. In ultima columna traditur verſio latina textus Syriaci de verbo ad verbum, ab ipſo *Tremellio* confecta. Quae in editione Viennenſi deſiderantur, etiam hic fruſtra quaeruntur, nimirum epiſtolae deuterocanonicae, Apocalypſis, hiſtoria Adulterae, et com. 7. Epiſt. pr. Johan.; quae tamen omnia graece et latine expreſſa ſunt. Sequitur quidem in Syriacis editionem iſtam priorem, ſed Mſc. Heidelbergenſe in auxilium vocavit, ut editio evaderet emendatior. z)

[II.] * Novum Teſtamentum graece latine et ſyriace. Lugduni in Bibliopolio Salamandrae. 1571. Fol.

Eadem eſt prorſus ac praecedens editio. a)

[III.] * דיתיקא חדתא. Η καινη διαθηκη. Nouum Jeſu Chriſti D. N. Teſtamentum. Ad Chriſtianiſſ. Galliae et Poloniae Regem Henricum III. Potentiſſ. et Invictiſſ. Principem, Chriſtianae Religionis Vindicem et Aſſertorem unicum. Pariſiis. M. D. LXXXIIII. Apud Joann. Benenatum. 4.

Ad calcem legitur: „Excudebat Steph. Prevoſteau, Joannis Benenati ſumptibus et labore. Pariſiis pridie Calendas Novembris, anno Domini M. D. LXXXIII.„

Ex praefatione: „Jam duodecim anni et amplius (*ſc. anno* 1572.) ex quo praeclarae Bibliorum editioni, una cum Fratre meo Nicolao Fabricio, Antwerpiae adfui. Ea quidem auſpiciis Regis Catholici, praelo autem Chriſtophori Plantini, multoque doctorum virorum labore et induſtria ad umbilicum tandem deducta eſt. In qua praeter coeteros labores mihi cum aliis viris doctis communes, Novum Teſtamentum ex charactere Syro in literas hebraicis tranſcripſi, ac latinae interpretationis facibus collustravi: Bibliorum vero apparatui Lexicon Syrochaldaicum et Rabbinicum adjeci. — — Cum autem anno 1581. — — certior factus ſum, Typographum Benenatum ſecundam editionem ſecundum exſcriptionem meam literis hebraicis ſed absque punctis feliciter inchoaſſe, ut ab inceopto non deſiſteret, vehementer ſum adhortatus; et quidem niſi alia negotia me domum revocaſſent, eum libenter mea qualicumque opera in totius operis editione ſublevaſſem. — — Novi Teſtamenti Syriaci literis hebraicis exſcriptionem, et ejusdem verſionem latinam pridem antea a me abſolutam denuo cenſui recognoſcendam, eamque gratis et lubenter dedi editioni Regiae inſerendam.„ b)

[Ad Polyglotta merito et haec refertur editio, in qua textus graecus cum latina verſione, et verſio ſyriaca cum latina interpretatione exhibetur. In majori columna expreſſa eſt verſio ſyriaca, typis ſeu characteribus hebraicis, absque punctis, ad normam editionis Plantinianae, quam *Boderianus* primam et hanc ſecundam appellat

z) *Nachrichten v. e. Hall. Bibl.* Vol. 6. p. 283. *J. F. Hirtii* oriental. Biblioth. Vol. 1. p. 289. *J. D. Michaelis* Einleitung etc. Vol. 1. p. 140. *Rich. Simon* hiſt. crit des verſ. du N. T. p. 172. Index Bibl. Wernigerod. p. 1. Catal. Biblioth Bunav. Tom. 1. p. 4. *Hagemanni* Nachrichten p. 99. ubi nonnulla emendanda obveniunt. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 746. *Walchius* p. 152. ubi editio fictitia Heidelbergenſis anni 1568. recenſetur. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 3.

a) *Le Long* ibid.

b) *Le Long* p. 43. col. 1. B.

Digitized by Google

lat editionem. Singulis verbis ſyriacis ejus interpretatio interlinearis adjecta eſt. In margine ſeu in columna minori exhibetur verſio latina vulgata: in inferiori vero paginae parte textus graecus ad normam ejusdem operis Regii eſt exſcriptus. Nomen editoris in fronte libri non apparet; quod inde factum eſſe videtur, quia *Benenatus* primo ſtatuerat, ex opere Regio editionem exſcribere. Ex Epiſtola vero Dedicatoria ſatis apparet, eundem *Guidonem Fabricium Boderianum*, qui gallice *Gui le Fevre de la Boderie* dicitur, et edendis Bibliis Antwerpienſibus interfuit, et hujus editionis eſſe procuratorem. Quae ab opere Viennenſi et Tremelliano abſunt Epiſtolae et loca notata, et hic tantummodo graece et latine exhibentur. c) N. T. triglotton.

§. XXXV.

N. T. triglott. N. T. triglott.

Novi Jeſu Chriſti Teſtamenti Graeco-Latino-Germanicae novae editionis pars prima. In qua una cum pietate, et verbis aeternae vitae, tres linguae, vel ſolae, vel inter ſe collatae una opera et propemodum ſimul legi, et addiſci compendioſe a junioribus poſſint, cum praeliminari ad Celſiſſimum Pomeraniae Principem Philippum Epiſtola, in qua Conſilium de latina lingua compendioſe a pueris addiſcenda exponitur ſtudio Eilhardi Lubini. Roſtochii, Typis Joachimi Pedani Typographi Academici. Anno M. DC. XIV. 4. d) [I.]

[Prima haec eſt facies operis rariſſimi, quod propriis ſumptibus editor excudi curavit, quodque variis ſub annorum notis publice expoſitum, poſt mortem editoris, qui A. 1621. ex hac vita emigravit, in tabernas mercatorum tranſiiſſe videtur, adeo ut perpauca, eaque plerumque mutila et manca exemplaria adhuc ſuperſint. Servo ejusmodi exemplar, cui priores ſecundae partis plagulae detractae ſunt. Ad calcem voluminis primi exſtat nota anni: Roſtochii typis Joachimi Pedani Typographi Academici Anno M. DC. XIV. In Epiſtola Praeliminari prioris partis Conſilium ſuum ita folio ultimo exponit: „— Hiſce etiam ut conſulerem, hanc Novi Teſtamenti novam editionem adornare volui, cujus jam priorem partem publici juris facio. Unde nimirum pueri latinam, et mox adoleſcentes graecam Linguam poſſint addiſcere. Ipſa enim linguarum collatio forte viris doctis et Theologis non inutilis erit. Verſionem germanicam Divi Lutheri fideliter retinui, ad *quem* graecum textum interdum cogere coactus ſum, idque eo conſilio, ut pueris haec accommodarem. Qua in re peritiores Graeci ſermonis veniam mihi dabunt, ut etiam in multis aliis, quae in hoc inſtituto meo facile defugere non potui. — — Dabam Roſtochii, 18. Martii. Anni M.DC.XIV.„ Epiſtola ipſa multa praeclara continet conſilia, de emendando Scholarum publicarum corruptiſſimo ſtatu. Continet haec prima pars Quatuor Evangelia et Actus Apoſtolorum. *Volumen ſecundum* inſcribitur: „Novi Jeſu Chriſti Teſtamenti novae editionis Graeco-Latino-Germanicae interlinearis ſive parallelae, qua ad nobiliſſimam linguarum Graecam una cum pietate et verbis aeternae vitae addiſcendam facilis et expedita via ſternitur, et in qua tres linguae vel ſolae vel inter ſe collatae una opera

c) *Nachrichten v. e. Hall. Bibl.* Vol. 8. p. 191. *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 788. *J. F. Hirtii* oriental. Biblioth. Vol. 1. p. 300. *Walchius* p. 152. *Hagemanni* Nachrichten p. 99. *Michaelis* Einleitung Vol. 1. p. 141. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Verſ. du N. T. p. 174.

d) *Le Long* p. 45. col. 2. E.

Digitized by Google

N. T. triglott. opera et propemodum ſimul legi, imbibi et addiſci a junioribus compendioſe poſſint, pars altera continens Apoſtolorum epiſtolas et Apocalypſin, cum adjunctis Symbolis, ad Celſiſſimum Pomeraniae Principem, Philippum Julium, addita ſub finem Novi Teſtamenti Clave. Studio Cura et impenſis E. Lubini. Roſtochii Typis Joachimi Pedani Typographi Academici. Anno M. DC. XVI. Symbola huic volumini adjecta triglotta, ſunt Apoſtolicum, Nicenum, Athanaſianum et Chalcedonenſe. Quod ad oeconomiam operis attinet, recedit editor ab aliis, qui per columnas textum et verſiones diſpoſuerunt. Placuit enim per lineas textum et verſiones jungere, ut in prima linea textus graecus, in ſecunda ſubſtrata verſio latina Vulgata, et in tertia ſubjecta *B. Lutheri* verſio germanica exhibeatur. Verſiculi in linea graeca floſculo trifoliato, et in linea germanica notis numeralibus diſtinguuntur. In margine lemmata latina collocata ſunt. Clavem, cujus in rubro partis alterae mentio fit, edidit auctor eodem anno cum Volumine primo: „Clavis N. T. ſive breve omnium dictionum, quibus illud ab Evangeliſtis et Apoſtolis conſcriptum exſtat, Lexicon; cujus attenta et ſaepius iterata lectione ad illos J. C. aeternae vitae latices ex ſuo fonte graeco hauriendos facilis et expedita via ſternitur, ſtudio et cura Eilhardi Lubini. Roſtochii excud. Joach. Pedanus, Acad. Typogr. Anno M. DC. XIV. e) „ Sequentes editiones, quae hic recenſendae ſunt, non ſunt niſi haec unica, quamvis diverſas anni notas, diverſaque Bibliopolarum nomina oſtendant:

[II.] * Novi Jeſu Chriſti Teſtamenti graeco-latino-germanicae novae editionis pars prima — Studio Eilhardi Lubini. Amſtelodami apud Johannem Janſonium. M. DC. XIV. 4. f)

[Sine dubio editor nonnulla exemplaria Bibliopolae Amſtelodamenſi tranſmiſit, qui nomen ſuum titulo libri inſeribi curavit. Addit *Le Long* editionem Roſtochienſem anni 1615. de qua vero omnes, qui de hac editione egerunt, omnino tacent.

[III.] * Novi Jeſu Chriſti Teſtamenti graeco-latino-germanicae novae editionis pars prima. — Studio Eilhardi Lubini. Proſtat apud Johannem Hallerfordium. M. DC. XVII. 4. g)

[Anno inchoatae a *B. Luthero* reformationis Jubilaeo duo N. T. volumina una cum Clave, in Bibliopolio *Hallerfordii* publice iterum expoſita ſunt. Addit Reimmannus h) aliam editionem anni 1620. ſed ſine dubio nota anni vitio typographico deformata eſt.

[IV.] Novi Jeſu Chriſti Teſtamenti novae editionis graeco-latino-germanicae interlinearis, ſive parallelae, quae ad nobiliſſimam linguarum Graecam una cum pietate et verbis aeternae vitae addiſcendam, facilis et expedita

e) Ad manus eſt recentior hujus Lexidii editio per quam elegans: Clavis graecae linguae, duabus partibus diſtincta: quarum I. Vocabula Latino-Graeca: II. Omnes totius linguae graecae voces primigeniae, in vulgari lexico occurrentes, alphabetice diſponuntur; nec non earundem derivata praecipua ſubjunguntur. Opuſculum apprime utile, et maxime accommodum iis, qui Linguae Graecae ſtudio capiuntur. Authore Eilhardo Lubino. Editio noviſſima, ſuperioribus omnibus multo repurgatior, et ſexcentis in locis locupletior reddita. Opera et cura J. H. Lugduni Batavorum apud Franciſcum Hegerum. 1644. 12.

f) *Le Long* ibid.

g) Id. ibid.

h) Acceſſiones ad Catal. Biblioth. p. 130.

Digitized by Google

dita via ſternitur. Et in qua tres linguae vel ſolae, vel inter ſe collatae una opera et propemodum ſimul legi, imbibi et addiſci a junioribus compendioſe poſſint. Pars prima, continens Evangelia et Acta Apoſtolorum. Cura, ſtudio et labore Eilhardi Lubini SS. Th. D. et Profeſſ. in Academia Roſtochienſi quondam celeberrimi. Roſtochii impenſis Auguſtini Ferberi. Anno M.DC.XXVI. 4. N. T. triglott.

Poſt mortem editoris *Ferberus* nonnulla exemplaria, quorum rubrum novam editionem mentitur, publice expoſuit; attamen haud bene ſibi proſpexit, dum alterum volumen et Clavem, ſervatis iisdem, quos ſupra exſcripſimus, titulis adjecit. i)

§. XXXVI.

N. T. triglotton.

N. T. triglott.

[I.] • Novum Teſtamentum Graece, Latine et Gallice ex duplici verſione Theodori Bezae. Genevae, Joan. de Tournes. 1628. 8. k)

[Verſio gallica non omni ex parte *Theodoro Bezae* adſignanda eſt. Antiqua enim verſio, quam primus *Petrus Robertus Olevitanus* concinnavit, a *Calvino* et *Beza* anno 1560. expolita, iterum circa annum 1590. recognita eſt. Ex hac tertia recognitione a Typographo Genevenſi graeco contextui verſioni *Bezae* latinae juncta eſt haec verſio genevenſis.

[II.] • Le Nouveau Teſtament de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt, traduit en François avec le Grec et le Latin de la Vulgate ajoutez a coté. Nouvelle Edition. à Mons chez Gaſpard Migeot, à l'enſeigne des trois Vertus. MDCLXXIII. 8. l)

[*Rotomagi* in Gallia, non vero, ut titulus habet, in *Montibus*, typis exſcriptum eſſe hoc N. T. triglotton, affirmat *Le Long*, qui bis ejus mentionem facit. Verſio illa gallica Montenſis, de cujus fatis alio loco agendum erit, mediam occupat columnam, Vulgata latina exteriorem, textus vero graecus interiorem. Locus Johanneus de tribus coeli teſtibus 1. Epiſt. V, 7 uncinulis incluſus a reliquo contextu ſeparatur. m)

§. XXXVII.

Partes N. T. polygl.

Partes N. T. polygl.

[I.] • Quatuor Evangelia, Hebraice, Graece, Latine et Germanice. Studio Joannis Claii. Lipſiae 1610. 8. n)

[*Joannes Clajus* Herzbergenſis, primo Scholae Goldbergenſis et poſtea Nordhuſanae Rector, et denique V. D. M. Bendelebenſis, plura ex germanico idiomate in hebraicum tranſtulit, ut Evangelia et Epiſtolas Dominicales, *Lutheri* Catechiſmum minorem, ut et Auguſtanam Confeſſionem. Eidem a *Le Long* et *Wolfio* adſcribuntur

 Qua-

i) Conf. *Knochii* Nachrichten etc. p. 422. Bibliotheca Salthenii p. 209. *Baueri* Biblioth. univerſ. libr. rar. Tom. 4. p. 161. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 7.

k) *Le Long* p. 45. col. 2. E.

l) *Le Long* p. 46. col. 1. A. p. 220. col. 2. C.

m) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 4. p. 106.

n) *Le Long* p. 46. col. 1. C. *Wolfius* Vol. 2. p. 361.

Partes N. T. polygl. Quatuor Evangelia, in quatuor linguis edita, quorum itaque fide hanc editionem aliis ſcriptoribus ignotam hic recenſemus.

[II.] * Evangelium ſecundum Matthaeum octolingue, Hebraice, Graece, Latine, Sclavonice, Italice, Anglice et Belgice. Studio Henrici Kellermanni. Moſcuae 1712. o)

[Editor, natione Ruſſus, Pataviae arti medicae operam dedit; in Ruſſiam revertens Medicus Aulicus Caeſaris Petri I. renunciatus eſt. p)

[III.] * Epiſtola D. Pauli ad Romanos, Graece, Latine, ex verſione Vulgata, et gallice ex verſione Franciſci de Harlay cum ejus obſervationibus. Gallionis 1641. 8. q)

[IV.] * Epiſtola D. Pauli ad Galatas, Graece, Syriace, Latine et Germanice. Bremae typis Thomae Villeriani. 1614. 8. r)

[Non ſeorſim prodiit epiſtola tetraglotta, ſed una cum Duodecade Pſalmorum ſupra §. XXX. recenſita. Accedunt Commata 11-14. Cap. III. Epiſtolae ad Titum, Arabice, ſed typis hebraicis, latine, italice, hiſpanice, gallice, germanice, tum in miſnica tum ſaxonica dialecto, belgice, anglice, bohemice, polonice et hungarice. s)

[V.] * Epiſtolae quatuor, Petri ſecunda, Johannis ſecunda et tertia, et Judae fratris Jacobi una, ex celeberr. Biblioth. Bodlejanae Oxonienſis mſc. exemplari nunc primum depromptae, et charactere hebraeo, verſione latina, notiſque quibusdam inſignitae, opera et ſtudio Edw. Pococke Angli Oxonienſis. Lugd. Batav. ex offic. Bonaventurae Abrah. Elzevir. acad. typogr. an. CIↃIↃCXXX. 4.

Ex praefatione: „Syra, inquit Editor, ad mſc. codicis exemplar fideliter deſcripſi. Eadem Ebraeo, annexis inſuper ubique ſuis vocalibus, charactere expreſſi. —— Latina uti Syriacis ad verbum fere reſponderent, curavi. Verſionem noſtram cum iſtâ, quam olim dedit Etzelius, (fruſtra diu quaeſitam, Serrarii tandem operibus inſertam reperio) contuli, a qua num ſine cauſa longius alicubi diſſentiam, ſi notas conſulere placuerit, aeſtimabis. t)

[Quae per plures annos ab editionibus Novi Teſtamenti Syriaci abfuerunt Epiſtolae ſacrae, tandem publici juris fecit *Edw. Pococke:* textuique ſyriaco tum typis ſyriacis tum hebraicis expreſſo adjunxit verſionem latinam et textum graecum, praemiſſa ad *Gerh. Joh. Voſſium* praefatione et ſubjectis ad calcem annotationibus. Editio, cujus *Le Long* inter editiones ſyriacas meminit, ad Polyglotta omnino referenda. u)

[VI.] * Apocalypſis S. Johannis ex manuſcr. exemplari e biblioth. clariſſ. viri Joſephi Scaligeri deprompto, edita charactere ſyro et hebraeo cum verſione latina et notis, opera et ſtudio Ludov. de Dieu. Lugd. Bat. ex typogr. elzeviriana. CIↃIↃCXXVII. 4.

Ex

o) *Le Long* p. 46. col. 1. D.
p) *Calmeti* bibliſche Biblioth. p. 133.
q) *Le Long* p. 47. col. 1. A. conf. p. 343. col. 2. B.
r) *Le Long* p. 47. col. 1. A.
s) *Wolfius* Vol. 2. p. 359.
t) *Le Long* p. 108. col. 2. E.
u) *Nachrichten v. e. Hall. Bibl.* Vol. 1. p. 96. *J. F. Hirtii* oriental. Biblioth. Vol. 1. p. 309. *Knochii* Nachrichten p. 599. *Reimmanni* catal. p. 219. Index Bibl. Wernigerod. p. 3. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 5. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 9. *Waltoni* prolegom. p. 395.

Digitized by Google

Ex praefatione: „Jam vero ad laborem noſtrum quod attinet, quem celandum minime cenſeo, textum Syriacum charactere faciliori, qui typographo notus eſſet, deſcripſi, eundem literis Hebraicis, additis vocalibus in gratiam tyronum expreſſi; verſionem latinam, ſervata quantum potui phraſi Syra, addidi; atque ut haec cum textu authentico conferri quam facillime poſſent, Graecus quoque ut adeſſet, curavi. Textum Syriacum fideliter deſcripſi, deſcriptum contuli, relictis etiam mendis quae occurrebant, quae tamen, ne lector alicubi offenderet et haereret, hujusmodi ſigno ✝ notavi, et in charactere hebraeo ad idem ſignum, niſi fallor, emendavi. — — ubi verba quaedam ad ſenſum perficiendum deeſſent, id hujusmodi ſigno [ ] ſpatio aliquo vacuo relicto indicavi, et in charactere Hebraeo et Graeco ſupplevi, „ x) Partes N. T. polygl.

[Ad Polyglotta omnino referenda eſt haec prima Apocalypſeos editio, quae poſtea in poſteriores tum Bibliorum Polyglottorum tum N. T. Syriaci editiones translata eſt. y)

* Revelatio quae facta eſt ſuper Johannem Evangeliſtam a Deo, in Pathamun inſula, in quam ejectus fuit a Nerone Caeſare. (Amſtelaedami excudit Gerardus Borſtius Bibliopola CIↃIↃCLXXXXIII.) Fol. z) [VII.]

[Sub hoc rubro adjecta eſt Apocalypſis Syriaca ex editione praecedenti *Ludovici de Dieu* criticae ſacrae, a pag. 763. ad 846. Succedunt denique Animadverſiones quaedam, tum ad textum Syriacum, tum ad punctationem pertinentes, p. 847-861. Columna interior continet textum ſyriacum typis ſyriacis, et infra textum graecum, exterior vero textum ſyriacum typis hebraicis punctatis, et infra verſionem latinam.

§. XXXVIII.

Evangel. Epiſt. anniverſ. polygl. Evang. Ep. anniv. pol.

Evangelia Anniverſaria Dominicorum et Feſtorum Dierum, Germanice, Latine, Graece et Ebraice edita ſtudio et opera Johannis Claii Hertzbergenſis. Lipſiae. Johannes Rhamba excudebat. Anno MDLXXVI. 8. [I.]

Ex praefatione: „Annus hic eſt quartus, cum edidi Catecheſin Lutheri, quam vocant minorem, quadrilinguem. (1572). — — In ejus libelli praefatiuncula pollicitus ſum editurum me paulo poſt Evangeliorum anniverſariorum interpretationem lingua ſancta, quam tunc in manibus habebam. Sed poſt id tempus mutavi conſilium. — Sed dum hac ſum ſententia et verſionem meam ut nullius momenti ſupprimendam cenſeo: Ecce quidam ſummi viri iterum hortantur et pene cogunt etc. „ Prima haec eſt editio, deinde aliquoties recuſa. Evangelia ex Evangelio Matthaei deſumpta, non ex antiquo Evangelio hebraeo deſcripſit, ſed ipſe traduxit. Verſio latina eſt Eraſmica. Subſignavit Praefationem: „ Bendelebii feſto die Paſchae, quod eſt hoc anno mundi quinquies milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo etc. „ qui numerus, niſi erraſſet editor, annum 1588 proderet.

* Evan-

x) *Le Long* p. 108. col. 2. B.

y) *Nachrichten v. e. hall. Biblioth.* Vol. 1. p. 97. *J. F. Hirtii* oriental. Biblioth. Vol. 1. p. 309. *Vogtii* Catal. p. 236. *Petr. Baylii* Lexic. Tom. 2. p. 307. edit. german. Index Biblioth. Wernigerod. p. 3. *J. M. Goezius* l. c. p. 9. *Reimmanni* Catal. p. 239. *Waltoni* proleg. p. 395.

z) *Le Long* l. c.

[II.] * Evangelia anniverſaria — edita ſtudio et opera Joannis Claii Hertzbergenſis. Lipſiae 1578. 8. a)

[Ita *Le Long* et *Wolffius*. Errant itaque auctores *des Gelehrten-Lexicon*, qui hoc anno ſolam Evangeliorum et Epiſtolarum verſionem hebraicam a *Claio* editam eſſe adfirmant.

[III.] * Evangelia anniverſaria Dominicorum et praecipuorum Feſtorum accurato ſtudio correcta, una cum perioche, et ſummaria expoſitione ſingulorum quae huic editioni nunc primum acceſſere. Studio et opera Joannis Claii. Lipſiae 1586. 8. b)

[IV.] Evangelia anniverſaria — edita ſtudio et cura M. Johannis Claji Hertzbergenſis — Lipſiae apud Philippum Fuhrmannum 1665. 8.

[V.] * Lectiones Evangeliorum et Epiſtolarum anniverſariae, Ebraice, cum radice, literis ſervilibus et latina lectione, Graece, Latine, et Germanice. Harmonice et Symmetrice pro verbi Dei et linguarum ſtudioſis editae ab Elia Huttero Germano. Noribergae MDCI. 8. c)

[VI.] Evangelia et Epiſtolae anniverſariae Ebraice — ab Elia Huttero Germano. Lipſiae apud. Schurerianos et Goetzianos. 1663. 8.

Idem liber eademque editio, ſed novo ornatu tituli folio. d)

[VII.] Ευαγγελια τε και επιϛολαι των κυριακων και ἑορταϛικων ἡμερων, ἑλληνιϛι, ῥωμαϊϛι και γερμανιϛι. Evangelia et Epiſtolae Dominicorum ac Feſtorum Dierum, graece, latine et germanice. *Evangelia und Epiſteln, auff die Sonn- und Feſttage, Griechiſch, Lateiniſch und Deutſch.* Una cum diſtichis Graecis et latinis, et tetraſtichis germanicis, ſummam Evangeliorum exhibentibus. Cum Privil. Elector. Saxon. ſpecial. Jenae Sumpt. Joh. Friderici Gleditſchii Bibliop. Lipſienſ. Anno M. DC. LXXXIX. 8.

Ad editionem graecolatinam Wittebergenſem anni 1634. (Cap. II. Sect. II. §. LIII.) acceſſit in hac iterata verſio germanica *Lutheri*. Diſticha graeca et latina ſunt quoque eadem. Tetraſticha germanica de novo addita ſunt. Paginae in tribus columnis ſiſtunt Textum graecum, Verſionem latinam *Eraſmi*, et germanicam Lutheri.

[VIII.] * Epiſtolae anniverſariae, quae Dominicis diebus et feſtis in eccleſia praeleguntur, Hebraice, Graece, Latine et Germanice. (Ebraeae jam recens ex graeco textu et ſyriaca paraphraſi factae a Conrado Neandro) cum brevibus Scholiis. Lipſiae. Typis Deſneri. 1586. 8. e)

§. XXXIX.

Oratio Domin. polygl.

Orat. Dom. polygl.

[I.] * Oratio Dominica in XX linguis cum notis in lingua teutonica impreſſa. Exſtat inter codices Mſc. Biblioth. Bodlejanae cod. 5206. f)

* Oratio

a) *Le Long* p. 46. col. 1. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 361. Allgem. Gelehrten-Lexicon Tom. 1. p. 1927.

b) *Le Long* ibid. *Wolffius* Vol. 3. p. 361.

c) *Le Long* p. 46. col. 1. E. conf. *Wolffius* Vol. 2. p. 361. *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 5. p. 99.

d) *Wolffius* Vol. 4. p. 107.

e) *Le Long* p. 47. col. 1. B. *Wolffius* Vol. 4. p. 107.

f) *Le Long* p. 46. col. 1. E. *Wolffius* Vol. 2. p. 361.

Digitized by Google

* Oratio Dominica XXVI. linguis diverſis. Studio Angeli Rocchae edita. (Romae 1591.) 4. [II.]

Vid. ejus appendix de Bibliothecae Vaticanae dialectis. [g]) [Nimirum appendix ſecunda libri alias rariſſimi: „Bibliotheca Apoſtolica Vaticana a Sixto V. Pont. Max. in ſplendidiorem commodioremque locum translata, et a Fratre Angelo Roccha a Camerino commentario variarum artium ac ſcientiarum materiis curioſis ac difficillimis, ſcituque dignis refertiſſimo illuſtrata. Ad S. D. N. Gregorium XIV. Romae MDXCI. ex typographia Apoſtolica Vaticana. [h])

Oratio Dominica XXVI. linguis diverſis edita ſtudio Angeli Rocchae edita. (Romae 1719. Fol.) [III.]

Tomo ſecundo operum Angeli Rocchae, ſ. t. Opera omnia tempore ejusdem autoris ſcilicet impreſſa, nec non autographa et Romae in angelica Bibliotheca originaliter aſſervata. Romae MDCCXIX. fol. [i])

* Specimen XL. diverſarum atque inter ſe differentium linguarum et dialectorum a Hieronymo Megiſero e diverſis auctoribus collectarum, quibus oratio dominica eſt expreſſa. Francofurti 1592. 8. [k]) [IV.]

* Oratio Dominica L. diverſis atque inter ſe differentibus linguis cura Hieronymi Megiſeri edita. Francofurti 1603. 4. [V.]

V. ejus Theſaurus polyglottus [l]) [vel dictionarium multilingue, ex quadringentis circiter tam veteris quam novi, vel potius antiquis incogniti orbis nationum linguis, dialectis et idiotiſmis conſtans.

* Oratio Dominica L. diverſis linguis ſtudio Hieronymi Megiſeri. Francof. 1603. 8. [VI.]

Exſtat Schediaſma ſub titulo: *Prob einer Verdolmetſchung in funfzig unterſchiedlichen Sprachen, darin das heilige Vater Unſer, der Engliſch Gruſs, die zwölff Artickel des Glaubens, die zehen Geboth, ſamt anderen Sprüchen transferiret und in Druck verfertiget worden durch Hieronymum Megiſerum.* [m])

* Oratio Dominica XL linguarum a Joanne Reutero edita. Rigae 1662. [n]) [VII.]

* Orationis Dominicae verſiones praeter authenticam fere centum linguis, eaeque longe emendatius quam antehac a probatiſſimis authoribus potius quam prioribus collectoribus, jamque ſingulae genuinis ſuae linguae characteribus a Barnimo Hagio (*id eſt, Andrea Müllero*) traditae editaeque a Thoma Ludekenio. Berolini ex officina Rungiana. 1680. 4. [VIII.]

* Orationis Dominicae prope centum verſiones collectae olim et illuſtratae ab Andrea Müllero, nunc editae una cum alphabetis diverſarum linguarum pene ſeptuaginta. Studio Sebaſtiani Gotofredi Starckii. Berolini apud Joh. Liebermannum. 1703. 4. [IX.]

[Ita

g) *Le Long* p. 46. col. 2. A.

h) *Vogtii* catal. p. 584. Theſaurus Bibliothecalis Tom. 1. p. 313.

i) *Freytagii* analecta de libr. rar. p. 788.

k) *Le Long* p. 46. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 4. p. 108.

l) *Le Long* p. 46. col. 2. A. *Wolfius* Vol. 2. p. 361.

m) Biblioth. Solgeriana. Tom. 3. p. 323.

n) *Le Long* p. 46. col. 2. B. *Wolfius* Vol. 4. p. 108.

Orat. Dom. polygl. [Ita recenſet *Le Long* o) collectiones *Mullerianas*, tanquam diverſas, quae tamen non ſunt niſi una eademque editio diverſis titulis emtoribus expoſita. Jam ante annum 1660 evulgavit *Andreas Müllerus* et quidem propriis ſumptibus, Orationis Dominicae verſiones ferme centum, pp. 64. Addidit deinde anno 1660 ſub nomine *Barnimi Hagii*, ab oppido natalitio *Greiſenhagio* deſumto, Verſionum orationis Dominicae auctarium, pp. 9. Duo haec ſchediaſmata conjunctim expoſita ſunt 1680, acſi tunc temporis curante *Ludekenio* in officina Rungiana exſcripta eſſent. Denique cum aliis opellis ejusdem auctoris in unum faſciculum ſunt conjecta, addita praefatione *Starckii*, quae vitam auctoris et hiſtoriam ſcriptorum ejus exponit. p)

[X.] • Oratio Dominica plus centum linguis, verſionibus aut characteribus reddita (*ab eodem Mullero*) et expreſſa, editio noviſſima. Londini Danielis Brown. 1700. 4. q)

[Ita *Le Long*. Quae vero tantum ex parte vera ſunt. Debemus editionem *Davidi Wilkinſio*, qui quidem *Mulleri* collectionem iterum prelo ſubjecit, attamen variis formulis adauxit. r)

[XI.] • Oratio Dominica in diverſas fere omnium linguas verſa, et propriis cujusque linguae characteribus expreſſa, una cum Diſſertationibus nonnullis de linguarum origine variisque ipſarum permutationibus. Editore Joh. Chamberlaynio, Anglo-Britanno. Amſtelodami typis Guil. et Dav. Goerei. 1715. 4.

[Satis mendoſe apud *Le Long* exſcriptum titulum hic reſtituimus. Duabus abſolvitur liber, ſumptibus et impenſis editoris exſcriptus, partibus. Prima continet fere centum et quinquaginta orationis dominicae formulas, et quidem, quantum fieri potuit, propriis cujusvis linguae characteribus expreſſas. Altera pars vero continet ſymbolas litterarias, ſeu diſſertationes rogatu editoris ab eruditis et magni nominis viris ſcriptas, nimirum *Nicholſonii*, *Leibnitzii*, *Surenhuſii*, *Wottoni*, *Wilkinſii*, *Relandi*, *La Crozii*, *Schroederi* et *Jonſii*. *Lacrozii* pereruditа Diſſertatio inter epiſtolas ejus recuſa exſtat. De Collectoribus formularum Orationis Dominicae corolnidis loco ſequentia annotavit auctor noſter: „ Orationis Dominicae verſiones collectas ediderunt Conrad. Geſnerus, Gaſp. Waſerus, ambo in Mithridate ſuo. Hier. deinde Megiſerus et Ge. Piſtorius Maverus, uterque in peculiari libro. Noviſſime Joannes Wilkins in libro Anglico de reali charactere et lingua philoſophica. Poſt hunc ego easdem et plures editurus eram, ita tamen, ut non latinis duntaxat litteris deſcriptas verſiones recenſerem, et varias lectiones ſubnecterem, ſed vel maxime ſingulas verſiones propriis ejus linguae characteribus exprimerem, et bonam partem deficientibus typis,

o) *Le Long* p. 46. col. 2. B. et C.

p) Nachrichten von einer Hall. Biblioth. Vol. 6. p. 360. 363. Titulus collectionis eſt: „ Alphabeta et notae diverſarum linguarum pene ſeptuaginta; tum et verſiones Orationis dominicae prope centum, collecta olim et illuſtrata ab *Andrea Mullero Greifenhagio* — — cum praefatione de vita ejus et praeſertim opuſculorum hiſtoria. Proſtant Berolini apud Johannem Liebermann. (ſine anni nota in titulo.) 4. Viginti tria ſunt opuſcula diverſa, quorum XVIII. et XIX. verſiones Orationis Dominicae exhibent. Nullum vero illorum tunc temporis de novo eſt impreſſum.

q) *Le Long* p. 46. col. 2. C.

r) Conf. *Ubiis* Theſaurus epiſt. Lacrozianus Tom. 2. p. 78. Tom. 3. p. 78.

Digitized by Google

typis, ex aere datem.„ *Haec exſcripſi ex pag. 298. ſed unde deſumta ſunt non indicatur.* Haec *Le Long.* Unde vero haec ſua hauſerit, difficile omnino erit inventu: et vix, multo labore et ſtudio id indagare, foret operae pretium. Id tamen in aprico eſt, haec e libro exſeripta eſſe, qui circa finem ſeculi praeteriti in lucem exiit. Ultimum et noviſſimum enim, quod recenſet, eſt *Wilkenſii* ſcriptum. Interim non abs re fore judicamus, ſi quas nominavit Auctor collectiones, hic recenſeamus, iisque alias, quas omiſit, adnumeremus. De *Hieronymo Megiſero* jam ſupra nonnulla adnotavimus. Orat. Dom. polygl.

[XII.] *Conradi Geſneri* collectio exhibetur in tabula adjuncta libello rariſſimo: Mithridates, ſive de differentiis linguarum tum veterum, tum quae hodie apud diverſas nationes in toto orbe terrarum in uſu ſunt, obſervationes. Tiguri typis Froſchoveri 1555. 8. s)

[XIII.] *Gaſparus Waſerus* collectionem Geſneri multis formulis adauxit in ſecunda editione Mithridatis. Tiguri, Typis Wolphianis. 1610. 8. t)

[XIV.] *Georgii Piſtorii Maueri Pfarr zu Duras* Pater Noſter, *oder das Vater Unſer in viertzig unterſchiedlichen Sprachen. Gedruckt zu Ollmütz*, 1621. 12. u)

[XV.] *Johannes Wilkinſius*, in tentamine, quod anglice edidit: An Eſſay toward a real Character and a philoſophical Language. Londini 1668. fol. parte 2. cap. 2. Orationem Dominicam et Symbolum Apoſtolicum exhibet variis verſionibus expreſſum. x)

Reliquos Collectores vel collectiones Verſionum Orationis Dominicae, quos *Le Long* vel praetermiſit, vel tempore ſunt recentiores, ordine Alphabetico hic recenſebimus; quamvis id lubentes confiteamur, non omnes collectiones ad hanc claſſem Polyglottorum eſſe referendas, ſed alias tantum plures exhibere Orationis Dominicae verſiones ſine textu authentico.

[XVI.] *Pierre D'Avity le monde, ou deſcription de l'univers et ſes quatre parties.* Pariſiis, 1643. fol. y)

[XVII.] *Claudius Duretus* perplures exhibet Orationis Dominicae verſiones *in Threſor de l'hiſtoire des Langues de ceſt univers, continent les origines, beautez, perfections, decadences, mutations, changemens, converſions et ruines des langues hebraique etc. à Cologny, per Matth. Berjon* 1613. 4. et cum novo rubro *à Iverdon de l'imprimerie de la ſocieté Helvetiale Caldoresque.* 1619. 4. z)

[XVIII.] *Bartholomaeus Georgiewitz* ex graviſſima captivitate, quam per tredecim annos expertus eſt inter Turcas, fuga ſe demum liberavit. Romam veniens edidit ibidem

s) *Vogtii* catal. p. 307. *Clement* Tom. 9. p. 166.

t) *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* Vol. 6. p. 354. *Clement* et *Vogtius* ll. cc.

u) v. Catal. Collectorum Verſ. orat. Dom. collectioni Mullerianae praemiſſum.

x) *Nachrichten von einer Hall. Biblioth.* Vol. 6. p. 365.

y) Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 2. p. 203.

z) *Vogtii* catal. p. 251. *Nachrichten v. e. Hall. Bibl.* Vol. 6. p. 352. *Clement* Tom. 7. p. 467.

Orat. Dom. polygl. ibidem anno 1550. varios de rebus Turcarum tractatus, qui conjunctim deinde publice expoſiti ſunt ſub rubro: De Turcarum moribus epitome, Bartholomaeo Georgiewitz peregrino auctore. Romae 1552. 12. Saepius deinde opella recuſa eſt, Lugduni 1555. 12. Wittebergae 1562. 8. Pariſiis 1568. 8. Genevae apud Joan de Tournes 1629. 12. Helmſtadii 1671. 4. item in *Theodori Bibliandri* Machometis Saracenorum Principis ejusque ſucceſſorum vitis ac doctrina ipſoque Alcoran, Baſileae 1543. fol. Nec non denique germanice: *Bartholomaei Georgiewitz Türckenbüchlein, darinnen der türckiſchen Kayſer Nahmen etc.* Serveſtae 1583. 8. Capite ſecundo exhibetur oratio dominica ſclavonice, cum expoſitione latina; capite quarto O. D. in lingua turcica et verſione latina, et ad finem capitis ſexti arabico ſermone. [a])

[XIX.] *Joh. Baptiſt. Grammaye* „in l. qui centum verſiones Orationis Dominicae complectitur.„ Ita recenſetur liber tum in catalogo collectioni Mullerianae praemiſſo, tum ad calcem editionis Lipſienſis, de qua infra. Exſtat ejusdem *Grammaye* Africa illuſtrata. Tornaci Nerviorum, 1622. 4. Utrum huic operi appendicis loco verſiones junctae, an vero ſeorſim ab eodem auctore emiſſae ſint, definire haud audeo.

[XX.] Orationis Dominicae verſiones fere centum, ſumma qua fieri potuit cura, genuinis cujuslibet linguae characteribus typis vel aere expreſſae. Lipſiae litteris Takkianis 1740. 8.

Cum Praefatione J. G. H. B. A. M. Accedit libellus appendicis loco libro in memoriam ſecularem artis typographicae conſcripto: *Die ſo nöthig als nützliche Buchdruckerkunſt.* Lipſiae 1740. 8. apud C. F. Geſnerum, cum Praefat. Koppii. Omnia ſua debet editor ita *Andreae Mullero*, ut et catalogum collectorum de verbo ad verbum deſcripſerit, ipſius vero *Mulleri* et *Chamberlaynii* ne verbulo quidem mentionem faciat.

[XXI.] *Guilielmi Poſtelli* collectio in libro, cui titulum dedit: Linguarum duodecim characteribus differentium Alphabetum, introductio, ac legendi modus longe facillimus. Pariſiis 1538. 4. [b])

[XXII.] *Olaus Rudbeckius* filius, lectione Chamberlaynianae Collectionis commotus, quinque rariores O D verſiones publicavit in ſpecimine uſus linguae Gothicae in eruendis atque illuſtrandis obſcuriſſimis quibusdam ſcripturae locis. Upſal. 1717. 4. [c])

[XXIII.] *Joannis Schildtbergeri* wunderbarliche und kurzweilige Hiſtory, wie Schildtberger einer aus der Stadt München in Bayern von den Türcken gefangen, in die Heidenſchaft geführet, und wider heimkommen iſt. ſehr luſtig zu leſen. Francof. 1554. 4. et Magdeburgi 1606. 8. Recenſet iter et hiſtoriam belli ſub Tamerlane, inſertis O. D. formulis. [d])

Orien-

a) *Freytagii* apparat. litter. Tom. 3. p. 257. *Baueri* biblioth. univerſ. Tom. 2. p. 20. Biblioth. Rinckiana p. 600. *Nachrich-ten v. e. Hall. Biblioth.* Vol. 5. p. 246.

b) *Nachr. v. e. Hall. Biblioth.* Vol. 6. p. 357.

c) *Gelehrte Zeitungen.* Lipſ. 1721. p. 350.

d) *Vogtii* Catal. p. 613. *Freytagii* analecta p. 826.

Digitized by Google

Orientaliſch und occidentaliſcher Sprachmeiſter, welcher nicht allein hundert Alphabete nebſt ihrer Ausſprache, ſo bey den meiſten Europäiſch-Aſiatiſch-Africaniſch- und Americaniſchen Völckern und Nationen gebräuchlich ſind, auch einigen tabulis polyglottis verſchiedener Sprachen und Zahlen vor Augen leget: ſondern auch das Gebet des Herrn in 200. Sprachen und Mundarten mit derſelben Characteren und Leſung nach einer geographiſchen Ordnung mittheilet. Aus glaubwürdigen auctoribus zuſammengetragen, und mit dazu nöthigen Kupfern verſehen. Leipzig, zu finden bey Chriſtian Friedrich Geſsnern. 1748. 8. [XXIV.]

Praemittitur Epiſtola *Benjamini Schultzii*, olim Miſſionarii apud Indos, et Praefatio *Johan. Frider. Fritzii*. Duabus abſolvitur partibus, quarum poſterior inſcribitur: Orationis Dominicae Verſiones plurium linguarum Europaearum, Aſiaticarum, Africanarum et Americanarum, pp. 128. cum tabulis aeneis 40. Collectio omnium locupletiſſima, ad cujus calcem plures recenſentur orationis Dominicae collectores. e).

Georgius Stiernhielmius IV. Evangeliis ab Ulfila gothice verſis et Holmiae 1671. 4. editis in limine adjecit nonnullas orationis Dominicae verſiones. [XXV.]

Oratio Dominica *πολυγλωττος και πολυμορφος*, nimirum plus centum linguis, Verſionibus aut Characteribus reddita et expreſſa; editio noviſſima, ſpeciminibus variis quam priores auctior. Das iſt, das Gebet des Herrn oder Vater Unſer in viel Sprachen und Schreibarten, nemlich in mehr als hundert Sprachen, Ueberſetzung und Schriften verfaſſet und vorgeſtellet; die letzte edition. Um unterſchiedliche Exempel vermehrter als die vorige. Verlegt von Johann Ulrich Krauſen Bürgern und Kupferſtechern in Augſpurg. Das übrige durch Johann Chriſtoph Wagnern Buchdruckern daſelbſt. Fol. ſ. a. pp. 22. [XXVI.]

Editio parum nota. Inter editiones polyglottas ultimam recenſet editor anni 1700. unde jam ante annum 1715. hanc evulgatam eſſe, conjiciendum erit. Recentiores editores Collectionum anno 1740. et 1748. emiſſarum, hanc ſilentio praetermiſerunt. f)

Bonaventura Vulcanius de literis et lingua Getarum ſ. Gothorum, item de notis Lombardicis. Lugdun. Bat. 1597. 8. g) [XXVII.]

Oratio Dominica germanice, latine, graece et hebraice. Studio Joh. Claji Herzbergenſis. Wittebergae excudebat Johannes Crato. Anno MDLXXII. 8. [XXVIII.]

Oratio Dominica — Claji. Wittebergae 1587. 8. [XXIX.]

Oratio Dominica — Claji. Wittebergae 1594. 8. [XXX.]

 Oratio

e) *Hagemanni* Nachrichten p. 195.

f) *Hagemanni* Nachrichten p. 195. Bibliotheca Rinckiana. p. 4.

g) *Vogtii* Catal. p. 717. *Baueri* biblioth. univerſ. Tom. 4. p. 288. *Beyträge zur critiſchen Hiſtorie der Deutſchen Sprache*, Part. 12. p. 671.

[XXXI.] Oratio Dominica — Claſs. Wittebergae. 1597. 8.

In Catechiſmo Lutheri minori tetraglotto. Conf. ſupra §. XV.

[XXXII.] Oratio dominica tetraglotta. Jenae 1692. 12. v. §. XL. n. X.

[Recenſentur quinquaginta ſex Verſionum Orationis Dominicae collectores ad calcem Collectionis, quam ſupra ſub rubro *Orientaliſch - Occidentaliſcher Sprachmeiſter* deſcripſimus; quorum in numero plurimi, attamen non omnes ſunt, quos jam nominavimus. Reliquos vero, quos ille editor recenſet, hic nominaſſe ſufficiat; *Balduevi* introd. in L. Malab. belg. Amſtelod.; *E. C. Barchewitz Oſt-Indianiſche Reiſebeſchreibung* 1730. p. 450.; *Th. S. Bayeri* Muſaeum Sinicum; Cardin. *Rob. Bellarmini* Elem. Arab. Syr.; *Alex. Chodcierit* in Caton. graec. lat. Jo. Mylii; *Jo. Clericus* verſ. gall.; *Erpenii* N. T. arab.; *St. de Flacourt* in hiſt. Madagaſc. I. p. 47.; *Freherus*, in Urſ. antiqu. Eccleſ. Germ.; *Th. Gaye Reiſebeſchreibung; Maximus Callipolis* Ed. Venet.; *Dan. Gaſtriſius* MS.; *Chriſtoph. Hartknochius; Hottomanus* in Codicem; *Hutterus* N. T. Norimb. 1599.; *Franc. Junius; Athan. Kircherus* in China illuſtrata; *Petr. Kirſtenius* Gram. Arab.; *Chriſtoph. Lehmann* Chron. Spir.; *G. W. Leibnitz* Collect. Etym. P. 11. p. 373.; *Jo. Ludolff* Gramm. aethiop. p. 11.: *Jo. Mercerus* in Ev. Matth. Ebr.; *Jo. Micraelius* in Pomerania germ. ed. Part. 1. p. 124; *Alb. Molnar* gramm. ungar. p. 197.; *Andr. Mulleri* epiſt. ad Job. Ludolphum; *Seb. Münſter* in Coſmographia IV. p. 31.; *Pfeiffer* Faſcic. Diſſ. 135; *Ruſhwortianus* in Codicem; *Seamann* N. T. Turc.; *Benj. Schultzius* in Grammat. Hindoſt.; *Jo. Barth. Schreckenfuchſius* in Ev. Matth. ebr.; *Henr. Stahlius* in *Handbuch* P. 1. p. 4; *Leonh. de Thurneyſſer; Prim. Truber* Catech. p. 24; *Cypr. de Valera* N. T. hiſp. Amſt. 1625.; *Urſinus* in antiqu. Eccleſ. Germ; *Wheloci* IV. Evang. perſice; *Nic. Witſon* Noord - en Oſt-Tartarye p. 633. Quibus adhuc *Franckii altes und neues Mecklenburg* lib. 1. p. 189. 215. 216. jungi poteſt. Qui tamen non omnes varias verſiones collectas, ſed diverſas tantummodo verſiones ediderunt.

§. XL.

Loca ſingula polygl. *Loca Singula Polygl.*

[I.] Andreae Baueri oracula V. T. ſelectiora hebraice, latine, graece et germanice, in quibus potiores Aphoriſmi Theologici in loco de Deo uno et trino nec non de attributis divinis laudantur. Lipſiae 1635. 8.

Editor munere Profeſſoris Theologiae apud Lipſienſes functus, in uſum praelectionum collectionem edidit, quae jam ab *Opitio* in praefatione ad Parva Biblia hebraeo-latina inter Schediaſmata refertur, quae ſunt ipſa raritate rariora. [b])

[II.] Dicta inſigniora Scripturae S. hebraice, graece, latine et germanice. Gedani 1655. 8.

Opus videtur inchoatum, ſed non conſummatum. E Pentateucho enim tribus plagulis exſtantiora oracula divina exhibentur. [i])

[III.] Eclogae ſacrae Novi Teſtamenti, Syriacae, Graecae, Latinae, cum obſervationibus philologicis, quibus praemittuntur Rudimenta grammaticae Syriacae opera Joh. Mich. Dilherri. Jenae 1638. 12.

Eclogae

b) *Wolffius* Vol. 4. p. 155. i) *Wolffius* ibid.

Digitized by Google

Eclogae ſacrae — Jenae 1658. 12. [IV.]

Eclogae ſacrae — Jenae 1662. 12. [V.]

Ad manus eſt editio Halae Saxonum, typis haeredum Oelſchlegelianis, impenſis Johannis Bentzbachii 1646. 12. k) e cujus praefatione ſequentia notanda veniunt: „Ecce vobis tandem — Eclogas ſacras Novi Salvatoris noſtri Teſtamenti, Syriacas, „Graecas, Latinas, obſervationibus quibusdam illuſtratas. Cumque partim exem„plaria grammaticorum Syriacorum pauciſſima ad nos perferantur — — Eclogis „junximus Rudimenta grammaticae Syriacae, ſecundum Amirae et Dieu praecepta etc. Verum de Eclogis ipſis in hac editione, quae omnino completa eſt, et pagina ultima monitum de erratis typographicis exhibet, nullum exſtat veſtigium.

M. Valentinus Friderici dicta ſacrae ſcripturae, Hebraea, Chaldaea, ac Syra ſecundum articulorum theologicorum ſeriem intra privatos parietes, Deo adjuvante reſolvet, eadem non minus philologice quam theologice illuſtraturus. Lipſiae typis Juſtini Brandii. 8. ſ. a. pp. 32. [VI.]

Ad morem librorum hebraicorum, qui a ſiniſtra evolvuntur manu, expreſſum eſt ſchediaſma, in quo loca biblica ſecundum ſeriem articulorum fidei ita ſunt ordinata, ut e. g. in pagina quarta locus e V. T. in duabus columnis hebraice et chaldaice, cum duplici verſione latina interlineari, et in pagina quinta locus parallelus e N. T. Syriace cum verſione latina exhibeatur. E. g. De Theologia. Joſ. I, 8. Johan. XVII, 3. De ſcriptura S. 2 Sam. XXIII, 2. 1 Petr. I, 10. Libellus, qui ſe fortaſſis oculis lectorum fere ſubduxit.

* Precationes aliquot celebriores e ſacris Bibliis deſumptae, hebraice, graece et latine, adjectis benedictionibus, canticis et ſi quae alia ejusdem ſunt generis. Pariſiis apud Martinum Juvencum. 1554. 12. [VII.]

In Commentariis MSS. Jo. Bapt. Otiii legi: Hebraica, graeca et latina Biblia, precationes et benedictiones. Sed in hoc volumine non textus Biblicus integer, ſed aliquot partes continentur. l)

* Epitome Bibliorum, continens inſigniora Veteris et Novi Teſtamenti dicta in ſex linguis: Hebraice Chaldaice, Syriace, Graece, Latine et Germanice. Studio Valent. Schindleri. Wittebergae 1578. 8. m) [VIII.]

[Idem ille *Schindlerus* Oederanus, cui Lexicon pentaglotton, Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Talmudico-Rabbinicum et Arabicum, Hanoviae 1612. fol. poſt mortem editoris excuſum, debemus, Biblia haec parva polyglotta publici juris fecit. n)

Tameion ſacroſanctum; ſeu dicta utriusque Teſtamenti, ad confirmandum potiores fidei Articulos, in aureo B. Leonhardi Hutteri compendio adducta, aut et eo pertinentia, ſeorſim ex S. Codice excerpta, cum LXX virali Graeca, nec non Graecis V. T. Apocryphis, addita ubique Latino- [IX.]

k) *Walchii* Biblioth. exeget. p. 788.

l) *Le Long* p. 46. col. 1. E. *Maittaire* Tom. 3. Part. 2. p. 631.

m) *Le Long* p. 41. col. 1. C.

n) *Wolfius* Vol. 2. p. 354. Catal. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 4.

Digitized by Google

Loca ſingula polygl.

no-germanica interpretatione, in uſum ſtudioſae juventutis publici Juris facta. Quae ſub finem acceſſerunt alia, et quis totius opellae ſcopus ſit, Praefatio exponet. Editio ſecunda. Jenae, ſumtibus Jo. Bielkii, Bibliop. Jen. Typis viduae Samuelis Krebſii. 1692. 12.

Editionem procuravit *Joh. Frid. Köher*, Rector Ruthenaei, quod Gerae eſt. Dicta hebraica ex editione Bibliorum hebraicorum Clodiana deſcripta ſunt. Accedunt ad calcem Symbola oecumenica, cum Anathematiſmis Epheſinis et potiori capite Decreti Chalcedonenſis, graece et latine. Idem edidit eodem anno:

[X.] Dicta Vet. Teſtam. cum verſionibus Graeca, Latina et vernacula, Feſtis, cum potioribus tum et minoribus, ſingulisque diebus dominicis per integrum annum ſacra. Acceſſere ſuperpondii loco Praecepta Decalogi et varii gemitus ex gazophylacio divino deprompti. Cum Indice Dictorum et Phraſium. Jenae, ſumtu Joh. Bielckii, Bibliop. Jenenſ. Typis Viduae Samuelis Krebſii. A. O. R. MDCXCII. 12.

Inter appendices legitur Oratio dominica tetraglotta.

PARTIS I.

PARTIS I.
CAPVT IV.
DE
LIBRIS APOCRYPHIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTIS I. CAPVT IV.

DE

LIBRIS APOCRYPHIS.

§. I.

Recenſionem ſcriptorum variorum, quae ex antiquioribus ad nos pervenerunt temporibus, et ſub nomine Apocryphorum venire ſolent, appendicis loco hic ſubjungimus. Medium illa inter Canonicos Veteris ac Novi Teſtamenti libros occupant locum. Separantur a Canone Veteris Teſtamenti, conſentiente Eccleſia Judaica, quae illa nunquam in Canonem retulit. Nec Libris Novi Foederis Canonicis annumerari poſſunt, quamvis Eccleſiae Romanae, hiſce libris canonicam auctoritatem adjudicare placuerit. Diſtinguimus vero Libros Apocryphos ab aliis, qui Veteri Teſtamento ut Pſevdepigrapha, et Novo Teſtamento ut Apocrypha jungi poſſent, quos collegit et edidit *Johannes Albertus Fabricius* [a]). Illa tantummodo hic recenſebimus ſcripta, quae Bibliis ſacris jungi ſolent, et graeco idiomate conſcripta creduntur. *Syracidis* Sententias primo lingua chaldaica eſſe conſignatas non negamus; at quia opuſculum illud in ſua nativa lingua non ad noſtra pervenit tempora, editionem graecam ut archetypam habendam eſſe cenſemus. Editiones vero, quae hic in cenſum veniunt, vario modo inter ſeſe diſtingui poſſunt. Prodiit integra opuſculorum collectio lingua graeca vel ſine vel cum verſione, aut ſeorſim exſcripta, aut Bibliis graecis vel inſerta, vel annexa. Emiſſi quoque ſunt vel plures vel ſinguli libri, prout editoribus ratum viſum eſt. Quae vero ad hiſtoriam vel librorum ipſorum, vel eorum auctorum, aut ad controverſias inprimis cum Pontificiis pertinent, ea omnia, ab aliis ſtudioſe tractata [b]), ſilentio praeteribimus, et primo editiones graecas, deinde vero editiones cum verſione emiſſas enumerabimus.

 §. II.

a) Codex Pſeudepigraphus Veteris Teſtamenti collectus, caſtigatus, teſtimoniisque, cenſuris et animadverſionibus illuſtratus. — Editioni huic ſecundae accedit volumen alterum ſeparatim excuſum. Hamburgi 1722. 8.. Codex Apocryphus Novi Teſtamenti, collectus, caſtigatus, teſtimoniisque, Cenſuris et animadverſionibus illuſtratus. — Editio ſecunda. Hamburg. 1719. III. Tomi. 8.

b) Conf. *Joh. Rainoldi* cenſura librorum Apocryphorum Veteris Teſtamenti, adverſum Pontificios, inprimis Robertum Bellarminum. Oppenheimii 1611. 4. *Joh. Godofr. Henckii* introductio ad libros Apocryphos V. T. Halae 1718. 4. *Joh. Henr. Heideggeri* Enchiridion Biblicum, lib. 2. c. 1-20. p. 301. etc. *Joh. Franc. Buddei* hiſt. eccleſ. V. T. Vol. 2. p. 832. et paſſim. Ejusdem Iſagoge hiſtor. theol. lib. 2. c. 8. p. 1455 etc. *Joh. Albert. Fabricii* Biblioth. gr. lib. 3. c. 29. Vol. 2. p. 727. *Joh. Chriſtoph. Wolfii* Biblioth. hebr. Vol. 2. p. 192. Vol. 4. p. 43. *Walchii* Biblioth. Exeget. p. 224.

Digitized by Google

Editiones graecae.

§. II.

Editiones graecae.

[I.] * Bibliorum pars graeca, ſc. Tobit, Judith, Baruch, et Jeremiae Epiſtola, quae hebraice non invenitur. Antwerpiae Chriſtoph. Plantini. 1575. 4. c)

[E Codice ſacro hebraeo et graeco-latino, quem ſupra Cap. I. Sect. III. §. III. deſcripſimus, Libros Apocryphos plane ſuſtulerat; hinc paulo poſt eosdem, ſed non omnes, ad normam editionis Complutenſis, ſeu Operis Biblici Regii, ſeorſim exſcribi curavit *Chriſtophorus Plantinus.*

[II.] * *Τὸ τῶν βιβλίων μέρος ὃ ἑβραϊστὶ γραφὲν οὐχ εὑρίσκεται.* Bibliorum pars graeca, quae hebraice non invenitur. Elenchum verſa pagina indicabit. Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini. M.D.LXXXIIII. 4. d)

{Addit *Le Long* editionem Leidenſem *Raphelengii*, quae tamen non ſeorſim proſtat, ſed ad Biblia Hebraeo-latina ejusdem editoris referenda eſt.

[III.] * *Οἱ Ἀπόκρυφοι βίβλοι.* Libri Veteris Teſtamenti Apocryphi omnes; graece, ad Exemplar Vaticanum emendatiſſime expreſſi. Accedit Oratio Manaſſis et Prologus incerti Auctoris in Eccleſiaſticum. Francofurti ad Moenum, typis et impenſis Balthaſaris Chriſtoph. Wuſtii, Sen. MDCXCIV. 8. e)

[Editionem procuravit *Rudolphus Leusdenius*, eum in finem, ut una cum V. T. hebraeo Cap. I. Sect. I. §. XXXVIII. et N. T. graeco Cap. II. Sect. I. §. LXXIV. recenſitis, una ligatura jungi poſſit. Reſtituit in hac editione Siracidis Cap. I. comma quintum et cap. XIII. comma decimum quartum, adjuncta oratione Manaſſae, et Prologo ex editione Complutenſi. Reliqua ex editione Septuaginta Interpretum Londinenſi anni 1653 deſumpta ſunt. f).

[IV.] Libri Apocryphi gr. Halae 1711. 8.

Editionem procuravit *Joh. Godofred. Henckius*, qui praefationem, ſeu introductionem in libros Apocryphos praemiſit. Eandem novis acceſſionibus locupletatam Halae 1718. 4. ſeorſim excudi curavit. g)

[V.] *Βίβλοι ἀπόκρυφοι.* Hoc eſt: Libri Apocryphi Veteris Teſtamenti graeci. Ad fidem optimarum editionum denuo recenſiti, et in uſum Juventutis *φιλελλήνος* emendate expreſſi. Halae Magdeburgicae. Sumtibus Orphanotrophei. MDCCXLIX. 12.

Curam editionis geſſit *Joh. Georg. Kirchnerus*, qui eam ad editionem *Breitingeri* ita exſcribi curavit, ut forma externa cum V. et N. T. graeco iisdem typis expreſſo, accurate conveniat. h)

§. III.

c) *Le Long* p. 199. col. 1. B.
d) *Le Long* ibid. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 292.
e) id. ibid. col. 1. D.
f) *Knochii* Nachrichten p. 139. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 41. n. 101. *Fabricius* l. c. p. 730.
g) *Walchius* p. 224.
h) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 80. n. 111.

§. III.

L. A. Bibliis gr. inſerti. L. A. Bibliis gr. inſerti.

Libri Apocryphi. Venetiis 1518. Fol. [I.]

Leguntur in editione rariſſima Veteris et Novi Teſtamenti graeci, quam Andreae Aſulano debemus, et plerumque *Editio Aldina* nominatur. Immiſti vero ſunt Apocryphi libri Canonicis, uti tum in MStis graecis, tum in editione Vulgata inveniuntur. [i])

'Απόκρυφα, οἱ παρ' ἑβραίους τοῦ τῶν ἀξιοπίστων ἀριθμοῦ συγκαθίστανται. Argentorati 1526. 8. [II.]

Ad calcem: *Argentorati apud Wolphium Cephalaeum excudebantur.* 1526. Occupant Libri Apocryphi ultimam partem editionis Septuaginta interpretum a *Lonicero* procuratae, pag. 264-455. Sunt in numero illorum Tobias, Judith, Baruch, Epiſtola Jeremiae, Canticum trium virorum, Eſdras, Sapientia Salomonis, Sapientia Jeſu Filii Sirachi, Hiſtoria Suſannae, De Dracone, Maccabaeorum libri tres, et denique Joſephus de Maccabaeis. Sequutus eſt editor ordinem illum, quem Lutherus in diſponendis libris ſacris obſervavit, et Libros Apocryphos a Canonicis ſeparavit, Joſephique librum de martyrio ſeptem fratrum Maccabaeorum attexuit, quod editori a quibusdam vitio vertitur.

Libri Apocryphi. Baſileae per Joan. Herwagium 1545. Fol. [III.]

In Bibliis graecis Herwagianis libri Apocryphi eodem ordine et numero pag. 636-774. expreſſi et a Libris Canonicis diſtincti ſunt, ut in Bibliis graecis *Wolphii Cephalaei.*

Libri Apocryphi. Venetiis, impenſis Jacobi Leoncini. 1567. 8. [IV.]

Vide quae ſupra Cap. II. Sect. I. §. XXI. annotavimus.

Libri Apocryphi. Romae ex typographia Franciſci Zanetti. 1587. Fol. [V.]

Secundum antiquum Eccleſiae Romanae morem libri Apocryphi Canonicis Romae e codice Vaticano graece editis inſerti ſunt. Librum *Nehemiae* excipit Liber Tobiae, Hiſtoria Judithae et fragmentum hiſtoriae Eſtherae: *Canticum Canticorum* ſequitur Sapientia Salomonis et Sapientia Jeſu Siracidis; *Threnis* juncta eſt Epiſtola Jeremiae, Prophetia *Danielis* inter Canonicos ultimum occupat locum, cui tres Maccabaeorum libri additi ſunt.

Libri Apocryphi. Francofurti apud Andreae Wechelii Haeredes. 1597. F. [VI.]

Biblia Graeca Francofurtana ad editionem Herwagianam anni 1545. ſeu Cephalaeanam anni 1526. formata ſunt; hinc idem Apocryphorum et textus et numerus et ordo.

Libri Apocryphi. Londini excudebat Rogerus Daniel. 1653. 4. [VII.]

Editio Bibliorum graecorum ad normam editionis Romanae anni 1587. ſeu codicis Vaticani exſcripta quidem dicitur. Sed Libri Apocryphi ad calcem voluminis rejecti ſunt.

i) Partes Bibliorum graecorum Apocryphas hic tantummodo nominaſſe ſufficiat. Quae ad hiſtoriam Bibliorum graecorum faciunt, ſuo tempore bono cum Deo ſuppeditabimus. Conferendus interim eſt *Jacobus Le Long* Tom. 1. p. 185.

[VIII.] Libri Apocryphi. Cantabrigiae per Johannem Field. 1665. 12.

Ad normam editionis Londinenſis excuſa ſunt Biblia graeca Cantabrigienſia. Eandem ſequitur editio Amſtelodamenſis anni 1683. a qua tamen Libri Apocryphi penitus ſublati ſunt.

[IX.] Libri Apocryphi. Venetiis apud Nicolaum Dulcem. 1687. fol.

Ad editionem Haeredum Wechelii anni 1597. expreſſa ſunt Biblia graeca Veneta, quibus Libri Apocryphi additi ſunt.

[X.] Libri Apocryphi. Lipſiae ſumptibus Joh. Chriſtoph. Königii. 1692. 8.

Adhaerent Veteri Teſtamento graeco cum prolegomenis *Joannis Frickii* ad normam editionis Londinenſis 1653. exſcripto.

[XI.] Libri Apocryphi. Franequerae excudit Franciſcus Halma. 1709. 4.

E Codice Vaticano in *Lamb. Boſii* editione ſeptuaginta interpretum, p. 1137-1326. ſubjectis Variantibus lectionibus ſingulis paginis.

[XII.] Libri Apocryphi. Oxonii 1709. et 1719. fol.

E Codice Alexandrino Biblia graeca evulgavit *Joh. Ern. Grabe*, tomumque ultimum ſeu quartum anno 1709. ipſe edidit, ſecundum vero poſt fata ejus *Franciſcus Lee* anno 1719. luci expoſuit. Canonicis libris inſerti ſunt libri Apocryphi eodem ordine, quo in Codice MSto leguntur.

[XIII.] Libri Apocryphi. Amſtelodami ſumptibus Societatis. 1725. 8.

E codice Vaticano in Joh. Millii editione Septuaginta Interpretum.

[XIV.] Libri Apocryphi. Lipſiae apud B. O. Breitkopfium. 1730. 8.

Ad calcem editionis Septuaginta Interpretum ad normam Codicis Vaticani cum potioribus Codicis Alexandrini lectionibus a *Chriſtiano Reineccio* procuratae. k)

[XV.] Libri Apocryphi. Tiguri ex officina Joannis Heideggeri. 1730. 1731. 4.

Editio Septuaginta Interpretum a *Johanne Jacobo Breitingero* procurata ſequitur editionem Oxonienſem modo laudatam.

L. A. cum Bibl. h. et N. T. gr.

§. IV.

L. A. cum Bibl. h. et N. T. gr.

[I.] Libri Apocryphi, graece. Zullichovii 1740. 4.

Adhaerent Bibliis hebraicis Muthmannianis, conf. ſupra Cap. I. Sect. I. §. XXXIII.

[II.] * Libri Apocryphi. Gothae ſumptibus Joh. Andreae Reiheri. 1716. 12.

Acceſſerunt Libri Apocryphi editioni N. T. graeci cum Praefatione *Erneſt. Salom. Cypriani* editi. Ad annum ſequentem refert *Le Long* utriusque voluminis editionem, eique formam octavam adſcribit. l)

§. V.

k) Jam antiquiorem editionem recenſet *Jacobus Le Long*, eamque ad annum 1712. refert, in Biblioth. ſacra p. 196. col. 2. E. Sed illam haud exſtare editionem, exinde ſatis liquet, quod ad normam editionis *Grabii* expreſſa dicatur, cujus tomus primus et quartus eo tempore tantum luci expoſitus erat.

l) p. 199. col. 1. E.

Digitized by Google

§. V.

Sapient. Salomon. Sapient. Salomon.

Sapientia Salomonis graece. Pariſiis apud Viduam Guil. Morelli. 1566. 4. m)

§. VI.

Liber Tobiae. Lib. Tobiae.

* Liber Tobiae, juxta editionem Romanam, cum Scholiis Joannis Druſii. Franeckerae. 1591. 4.

Omnium interpretationum Libri Tobiae, quae hodie circumferuntur, antiquiſſima ac proinde puriſſima et exemplari ſimillima Graeca eſt: nam ea, et veteri Latina ad illam accurata, uſos eſſe videmus auctorem Conſtitutionum, quae Clementi adſcribuntur, (lib. 1. c. 1. lib. 3. c. 15. lib. 7. c. 2.) Polycarpum (Epiſt. ad Philippenſes) Clementem Alexandrinum, (Stromatum 1.) aliosque Patres graecos et latinos Hieronymo vetuſtiores, quid quod a Septuaginta interpretibus concinnatam quidam arbitrati ſunt, ſed non ego credulus illis: cum enim in canone non haberetur ille liber, quis credat fuiſſe in luculento et accurato Exemplari, quod ad Ptolemaeum Philadelphum tranſmiſit Eleazarus Pontifex? Neque vero ejus auctorem Theodotionem dicam, quod multi faciunt, quippe quam vidiſſe certum ſit ſcriptores antiquiores Theodotione, quos et eam ex chaldaico exemplari excepiſſe veriſimile eſt, et ad reliquos ſcripturae ſacrae partes a ſeptuaginta Senibus graece converſas, et uſu quotidiano verſari ſibi ſolitas accudiſſe, atque hinc porro accepiſſe Chriſti eccleſiam, et in ſuum demum Canonem retuliſſe. n)

[Duplex quidem exſtat Exemplar Libri Tobiae hebraice ſcriptum, alterum a *Paulo Fagio*, alterum a *Sebaſtiano Münſtero* editum; ſed utrumque pro authentico minime habendum eſt. Graecum textum a *Druſio* emendatum, de novo cum verſione latina edidit *Joh. Alb. Fabricius.* o)

§. VII.

Sententiae Siracidis. Sententiae Siracidis.

* Sententiae Jeſu Siracidae, Graece ſumma diligentia et ſtudio ſingulari Joachimi Camerarii editae, cum neceſſariis ejusdem annotationibus. Baſileae per Oporinum. 1551. 8. p) [I.]

* Sententiae Jeſu Siracidae — Baſileae per Oporinum 1555. 8. q) [II.]

* Sententiae Jeſu Siracidae, graece Argentorati 1628. 8. r) [III.]

* Sententiae Jeſu Siracidae graece, cum 140. diſpoſitionibus Wolfg. Melchioris Stiſſeri, et variis lectionibus e diverſorum exemplarium collatione decerptis. Halae, 1676. 4. s) [IV.]

* Σοφια

m) *Maittaire* annal. Tom. 3. Part. 2. p. 735.

n) Haec *Le Long* p. 197. col. E. e *Petri Dan. Huetii* demonſtr. Evangel. prop. 4. de libro Tobiae. §. 4.

o) v. infra §. IX. Conf. *Fabricii* Biblioth. gr. Vol. 2. p. 744.

p) *Le Long* p. 199. col. 1. E. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 43. n. 135. *Joh. Petr. Niceronii* Nachrichten, Vol. 15. p. 86. *Fabricii* biblioth. gr. Vol. 2. p. 736.

q) *Le Long* et *Niceron* ll. cc.

r) *Le Long* p. 199. col. 2. B.

s) id. ibid.

Digitized by Google

[V.] * Σοφια Σειραχ ſive Eccleſiaſticus graece, ad Exemplar Joachimi Camerarii, in uſum Scholae Miſnenſis recuſus. Lipſiae apud J. F. Gleditſch. 1682. 8. t)

[VI.] * Sapientia Jeſu Filii Sirach ex recenſione et cum notis Dav. Hoeſchelii. Londini 1660. Fol.

[VII.] * Sapientia Jeſu Filii Sirach — Francofurti 1695. Fol.

[VIII.] * Sapientia Jeſu Filii Sirach. — Amſtelodami 1698. Fol. u)

[Textus graecus a *Davide Hoeſchelio* collatis variis MStis emendatus inſertus legitur Criticis Anglicanis una cum notis *Hoeſchelii*, *Badwelli*, *Clarii*, *Druſii* et *Grotii*, Londini, Francofurti, et Amſtelodami editis.]

§. VIII.

Orat. Manaſſae. *Orat. Manaſſae.*

Oratio Manaſſe, graece. Venetiis ex officina Jordani Zileti. 1563. 4.

Orationem iſtam graece non exſtare, quamvis a quibusdam verſionis latinae editoribus aſſeratur, graece tamen inſerta legitur Conſtitutionibus Apoſtolicis a *Franciſco Turriano* Venetiis editis. x)

§. IX.

Libri Apocr. c. verſ. lat. *Libri Apocr. c. verſ. lat.*

* Liber Tobiae, Judith, Oratio Manaſſae, Sapientia et Eccleſiaſticus, graece et latine, cum dictis Scripturae parallelis, tabulis ſynopticis Heideggeri et Prolegomenis. Orationi Manaſſae ſubjecta eſt duplex poetica Metaphraſis, et ad calcem Eccleſiaſtici poſitum duplex Alphabetum Ethicum Ben-Syrae. Francofurti et Lipſiae apud Chriſtoph. Balch. Lampium. 1691. 8.

Ex praefatione: Inter verſiones latinas librorum Eccleſiaſticorum, quarum plurimae exſtant, illae inprimis nobis ſe probarunt, quae Jo. Druſium auctorem habent; quia graeca ubique fere exactius exprimunt, neque tamen ineptae ſunt latinis auribus nec obſcurae. — Eccleſiaſticum itaque ex Druſii translatione damus. — Tobiam, quem graece tantum Druſius edidit, ipſi ſumus interpretati. Judithae librum vulgamus cum verſione Claudii Baduelli; Sapientiam cum translatione Victorini Strigelii. — Orationi Menaſſeae interpretem, quem praeponeremus Vulgato, neminem reperire potuimus. Adjecimus tamen duas ejus elegantiſſimas paraphraſes, alteram graecam Joh. Godofr. Herrichen, alteram latinam Balduini Berlicomii. y)

Editionem procuravit *Joh. Alb. Fabricius*, qui in prolegomenis erudite, uti ſolet, de libris Apocryphis diſſerit. Ben-Syrae ſententias, quas Libris Apocryphis jungere *Fabricio* placuit, primus edidit *Paulus Fagius*, Iſnae 1542. 4. Deinde remoto commentario hebraico easdem evulgavit *Druſius* Franeckerae 1597. 4. quae

poſtea

t) id. p. 199. col. 1. E.

u) id. ibid. col. 2. B.

x) Conf. *Fabricius* Biblioth. gr. Vol. 4. p. 719. Vol. 5. p. 33.

y) *Le Long* p. 199. col. 1. C.

poſtea cum variis *Druſii* ſcriptis Tomo ſexto Criticorum Anglicanorum inſertae ſunt. [z]) Libri Apocr. De libro Judithae, qui nunquam ſeorſim graece prodiit, ſequentia e Huetio annota- e. verſ. lat. vit *Le Long*, quae hic inſerenda judicamus:

Multum Hieronymianam inter Libri Judith interpretationem et graecam, quae hodie exſtat, intereſt. Verum utra exemplaris veſtigiis preſſius inſtitiſſe dicenda ſit, dubitare nequaquam patitur Hieronymus, cum in praefatione ait: *ſe magis ſenſum e ſenſu, quam e verbo verbum tranſtuliſſe; multorum codicum varietatem vitioſiſſimam amputaſſe, ſola ea quae intelligentia integra in verbis chaldaeis invenire potuit, latine expreſſiſſe.* Huc accedit, quod adhibitus eſt hic quoque ab Hieronymo interpres, ut et in Tobiae Libro e chaldaeo ſermone latine reddendo, nonnulla etiam de ſuo videtur eſſe largitus. Hinc tanta inter utramque interpretationem occurrit diſcrepantia. Graecam vero itidem, ut illam Libri Tobiae, ex Chaldaico exemplari excerpſiſſe Judaeos Helleniſtas credibile eſt. — Ex graeca porro illa interpretatione latinam quandam deinceps prodiiſſe exiſtimaverim Hieronymiana vetuſtiorem, et graecis magis conformem, qua latini patres uſi ſunt, et Syriacam praeterea. [a])

[Optime itaque lectoribus conſuluit editor, qui rejecta illa Hieronymiana verſione, *Claudii Baducli* novam verſionem textui graeco accurate reſpondentem e Bibliis Latinis Roberti Stephani anni 1557. fol. petitam, in ejus ſubſtituit locum.

§. X.

Libri Apocr. in Bibl. gr. lat.

Libri Apocr. in Bibl. gr. lat.

Bibliorum graecorum latinorumque pars quarta, continens Tobit, Judith, Baruch, Hieremiae Epiſtolam, Puerorum trium carmen, Eſdram, Salomonis Sapientiam, Jeſu Filii Sirach Sapientiam, Soſannae et Draconis exempla, Maccabaeorum libros tres et Joſephum de Maccabaeis. Baſileae per Nicolaum Brylingerum. 1550. 8. [I.]

Bibliorum graecorum latinorumque pars quarta. — Baſileae per Nicolaum Brylingerum. 1582. 8. [II.]

Una eademque eſt, quamvis anni nota tam diverſa ſit, ſeptuaginta Interpretum editio, cujus textum non ex Aldina, ſed ex editione Argentoratenſi *Cephalaei* anni 1526. exſcribi curavit *Brylingerus*, addita ex editione Complutenſi verſione latina. Hinc idem hic eſt Librorum Apocryphorum et ordo et augmentum.

Libri Apocryphi, graece et latine. Pariſiis, impenſis Antonii Stephani et ſociorum. 1628. Fol. [III.]

In *Johannis Morini* Bibliis graecis ad normam editionis Romanae anni 1587. exſcriptis cum adjuncta ad latus verſione latina, ex editione verſionis latinae ſeptuaginta Interpretum, Romae anno 1588. petita.

§. XI.

Libri Apocr. in Bibl. hebr. lat.

Libri Apocr. in Bibl. h. l.

Libri graece ſcripti, quos eccleſia orthodoxa, Hebraeorum Canonem ſecuta, inter Apocryphos recenſet, cum interlineari interpretatione latina [I.]

z) Conf. Index Biblior. Wernigerod. p. 24. *Fabricius* in Bibl. gr. Vol. 2. p. 730. *Niceron* Vol. 20. p. 376. editionis germanicae, ubi interpres Eccleſiaſticum, id eſt Siracidem, cum Eccleſiaſte, ſeu Libro Cohelet confudit.

a) p. 197. col. 2. C. e *Petr. Dan. Huetii* demonſtr. evang. prop. 4. de libro Judith. §. 4.

Digitized by Google

Libri Apocr. in Bibl. hebr. lat.

* na ex Bibliis Complutenſibus petita. Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini. 1584. Fol.

Quos a priori Bibliorum hebraeo-latinorum abeſſe voluit Libros Apocryphos *Chriſtophorus Plantinus*, poſteriori addidit, nimirum Libros Tobiae, Judithae, Adjectiones ad Librum Eſtherae, Sapientiam Salomonis, Eccleſiaſticum, Librum Baruchi, Adjectiones ad Danielem, et tres Machabaeorum libros. Conferantur quae ſupra de immutato in quibusdam exemplaribus libri titulo annotavimus Cap. I. Sect. III. §. III.

[II.] Bibliorum pars graeca, quae hebraice non invenitur, cum interlineari interpretatione ex Bibliis Complutenſibus deprompta. Ex officina Plantiniana Raphelengii. 1612. 8.

[III.] Libri graece ſcripti, qui vocantur Apocryphi, cum interlineari interpretatione latina e Bibliis Complutenſibus petita. Genevae per Petrum de la Roviere. 1609. Fol.

[IV.] Bibliorum pars quae hebraice non invenitur. Genevae per Petrum de la Roviere. 1619. Fol.

[V.] Libri Apocryphi. Lipſiae typis Chriſtiani Kirchneri. 1657. Fol.

Editiones ſibi invicem ſimillimae, quae omnes ad normam editionis Plantinianae 1584. exſcriptae ſunt. Conf. quae ſupra Cap. I. Sect. III. §. V. VI. et VII. de Bibliis Hebraeo-Latinis obſervavimus.

[VI.] Libri Apocryphi. Lutetiae Pariſiorum apud Briaſſon. 1753. Fol.

Adhaerent Bibliis hebraeo-latinis Houbiganti. v. Cap. I. Sect. III. §. XI.

Or. Manaſſ. gr. lat.

§. XII.

Orat. Manaſſ. gr. lat.

Oratio Manaſſe, graece et latine. Roberti Stephani 1540. Fol.

In Bibliis latinis a *Roberto Stephano* editis prima vice prodiit Oratio lingua graeca. Eadem in utraque lingua legitur ad calcem Canonum cum Scholiis *Zonarae* a *Frontone Ducaeo* Pariſiis 1618. Fol. editis, in Conciliis *Labbei* Tom. 1. Pariſiis 1671. fol. et in Patribus Apoſtolicis *Cotelerii* Pariſiis 1672. fol. et Amſtelodami 1698. Fol. b)

Lib. Sapient. gr. lat.

§. XIII.

Liber Sapient. gr. lat.

* Liber ſapientiae graece et latine ex Verſione Nicolai Selnecceri, cum argumentis notisque. Lipſiae 1568. 8. c)

Siracides gr. lat.

§. XIV.

Siracides gr. lat.

[I.] * Sententiae Jeſu Siracidae, graece et latine, cum novis ad eam notis, ſtudio Joach. Camerarii. Lipſiae ex officina Voegeliana. 1568. 8.

Refert editionem ſine jure ad editiones mere graecas *Le Long*, eamque iis, quas ſupra §. VII. deſcripſimus, adjungit: diſtinguitur vero ab iis tum verſione adjecta, tum novis, quae editioni acceſſerunt, notis. d)

* Sen-

b) Conf. *Fabricii* biblioth. gr. Vol. 2. p. 739.
c) *Le Long* p. 199. col. 2. C. *Fabricius* Vol. 2. p. 738.
d) p. 199. col. 1. E. *Fabricius* l. c. p. 730. Catalog. Biblioth. Bunav. Tom. 1. p. 9. *Niceron* Vol. 15. p. 56.

Digitized by Google

* Sententiae Jeſu Siracidae graece et latine — Lipſiae. 1570. 8. e) [II.]
* Sententiae Siracidis graece et latine cum verſione et notis Matthiae Bergii Brunſwicenſis. Helmſtadii 1580. 8. f) [III.]
* Sententiae Siracidis — Bergii Brunſwicenſis. Lubecae 1591. 8. g) [IV.]
* Σοφια Σειραχ ſive Eccleſiaſticus, graece ad Exemplar Romanum, et latine ex interpretatione J. Druſii. Franeckerae apud Aegidium Radaeum. 1596. 4. h) [V.]

Janus Druſius ad Hebraiſmi rationes plura revocavit, verſionem novam et notas addidit, Romanamque editionem cum aliis contulit, et varias lectiones a *Jacobo Kimedontio* e Codice MSto ad *Camerarii* editionem notatas adjecit. *Druſii* verſionem recudi curavit *Fabricius*. §. IX. i)

* Sententiae Siracidis graece cum variantibus lectionibus ex Membranis Auguſtanis aliisque codicibus, addita verſione latina vulgata, cum notis Davidis Hoeſchelii. Auguſtae Vindelicorum, Joannis Praetorii. 1604. 8. k) [VI.]

[Cum Codice Auguſtano contulit *Hoeſchelius* quatuordecim exemplaria, in quorum numero praeter editiones typis exſcriptas Codices MSti Palatini fuere. Verſionem ex editione Romana ſumſit. l)

§. XV.

Lib. Maccab. gr. lat.

Lib. Maccab. gr. lat.

* Liber Haſmonaeorum, qui vulgo prior Maccabaeorum, graece ex editione Romana, et latine ex interpretatione Joannis Druſii, cum notis ejusdem. Franeckerae, excudebat Aegidius Radaeus. 1600. 4. m)

[Subjuncta eſt *Alberici Gentilis* Diſſertatio, qua tuetur nonnulla, quae in hoc libro reprehendi ſolent. Inſerta legitur Criticis Anglicanis, cum *Druſii, Baduelli* et *Grotii* annotationibus. n)

§. XVI.

L. A. in Bibl. hebr. germ.

L. A. in Bibl. h. germ.

Libri Apocryphi. Zullichovii, apud Gottlob Chriſtian Frommann. 1741. 4.

Adhaerent Bibliis hebraeo-germanicis ibidem editis. Textus ex editione Romana ſeu Codice Vaticano eſt exſcriptus, adjunctamque habet verſionem germanicam *B. Lutheri*. Conf. Cap. I. Sect. III. §. XLII.

§. XVII.

Libri Apocr. Polygl.

Libri Apocr. Polygl.

Libri Apocryphi. Compluti 1517. fol. [I.]

In ſecunda Bibliorum Complutenſium parte adhaeret Oratio Manaſſae ſecundo Paralipomenon libro, et quidem latine expreſſa: in tertia parte Librum Nehemiae ſequitur Liber Tobiae, et Hiſtoria Judithae. Scripta Salomonis excipit Liber Sapientiae et Eccleſiaſticus. In quarta parte Prophetarum ſcriptis inſerta ſunt Apocrypha de

Iii 2

e) *Le Long* ibid. Cat. Biblioth. Baumgart. p. 43. n. 136. Catal. Biblioth. Süſmilchii p. 12. n. 78.
f) *Le Long* ibid. *Fabricius* p. 730.
g) *Le Long* et *Fabricius* ll. cc.
h) *Le Long* p. 199. col. 2. A.
i) *Fabric.* l. c. p. 730. *Niceron* Vol. 16. p. 186.
k) *Le Long* p. 199. col. 2. C.
l) *Fabricius* l. c. p. 730.
m) *Le Long* p. 199. col. 2. C.
n) *Fabricius* l. c. p. 748. Index Biblior. Wernigerod. p. 20.

Digitized by Google

Libri Apocr. Polygl. de Suſanna, de Belo et Dracone, et agmen claudunt tres Maccabaeorum libri. Libri iſti graecam tantum habent ſcripturam cum duplici interpretatione latina, altera Hieronymi, altera interlineari de verbo ad verbum. Conf. Cap. III. §. II.

[II.] Libri Apocryphi. Antwerpiae Chriſtoph. Plantini 1570. Fol.

Eodem fere ordine ac in Bibliis Complutenſibus Libri Apocryphi in Bibliis Antwerpienſibus ſeu Polyglottis Regiis ſunt diſpoſiti. Oratio Manaſſae eundem occupat locum. Eam neque in graeco neque in hebraeo haberi, adſerit Editor, ſed jam anno 1540. eadem graece in lucem producta erat. Reliqui libri Tomo III. et IV. tribus columnis ſunt inſcripti, quarum prima Verſionem Hieronymi, ſecunda textum graecum, et tertia graeci textus verſionem exhibet. Tertius Maccabaeorum liber in duabus tantum columnis eſt exſcriptus. Conf. cap. III. §. III.

[III.] Libri Apocryphi. Ex officina Sanct-Andreana 1586. Fol.

[IV.] Libri Apocryphi. Ex officina Commeliniana 1599. Fol.

[V.] Libri Apocryphi. Ex officina Commeliniana 1616. Fol.

Una eademque editio, quae tam diverſa annorum nota diſtinguitur. Libri Apocryphi *Claudii Badaelli* verſionem habent adjunctam, cujus et annotationes accedunt, quibus Hebraiſmi, quos Graecus interpres uſurpavit, explicantur. Verſio cum annotationibus e Bibliis latinis Rob. Stephani anni 1557. deprompta eſt. Conf. Cap. III. §. VIII.

[VI.] Libri Apocryphi. Pariſiis excudebat Antonius Vitré. 1645. Fol.

Accurate editio Pariſienſis Antwerpienſi, ſeu Operi Regio reſpondet. Refertur quidem ad annum 1645. ſed Vetus Teſtamentum jam anno 1629. abſolutum fuit. Conf. cap. III. §. IV.

[VII.] Libri Apocryphi. Londini imprimebat Thomas Roicraft. 1657. Fol.

Quartus tomus Polyglottorum Londinenſium ſiſtit Libros Apocryphos ſequenti ordine: Oratio Manaſſae graece cum verſione latina Vulgata; Lib. III. Eſdrae latine graece et ſyriace; Lib. IV. Eſdrae latine; Liber Tobiae hebraice ex editione *Pauli Fagii*, et itidem hebraice ex editione *Sebaſtiani Münſteri*, cum verſione graeca, Vulgata latina et Syriaca; Lib. Judithae graece, latine et ſyriace; Acceſſiones ad Lib. Eſtherae graece et latine; Sapientia Salomonis, Eccleſiaſticus, Liber Baruchi, Hiſtoria Suſannae et Fragmenta Danielis, Canticum trium puerorum, et hiſtoria de Belo et Dracone latine, ſyriace et arabice; tres denique Maccabaeorum libri graece cum verſione vulgata latina, ſyriaca et arabica, quae tamen a graeco textu longe recedit. Conf. Cap. III. §. VI.

[VIII.] Libri Apocryphi. Hamburgi 1596. Fol.

In quinta parte Bibliorum Polyglottorum *Wolderi* exhibentur libri Apocryphi graece, latine et germanice, excepto libro tertio et quarto Eſdrae, et Maccabaeorum tertio, qui tantummodo latine et germanice expreſſi ſunt. Conf. cap. III. §. IX.

[IX.] Libri Apocryphi. Lipſiae ſumptibus haeredum Lankiſianorum. 1750. Fol.

Graece editi ſunt Libri Apocryphi e codice Alexandrino ſeu ex editione *Grabii* cum variantibus Codicis Vaticani et verſione latina *Sebaſtiani Schmidii* et germanica Lutheri. Libris Tobiae et Judithae adjecta eſt latina vulgata. Eſdrae graeco textui juncta eſt verſio latina vulgata et germanica *Danielis Crameri*; quartus vero Eſdrae liber latine et germanice eſt expreſſus. Conf. Cap. III. §. VII.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CHRONOLOGICVS.

Littera c. *ante numerum deſignat Caput;* ſ. *ſectionem;* n. *editionem inter plures in paragrapho recenſitam. Editiones ab anno primo ad annum MDCCXXI. ſigno* † *diſtinctae, a* Jacobo Le Long *praetermiſſae ſunt. Quae ſigno* o *notantur, ſunt ſuppoſititiae; quae ſigno* d *indicantur, dubiae ſunt fidei.*

A. MCCCCLXVI.

o Biblia hebr. Venet 8. c. I. ſ. I. §. 4. *i*).

A. MCCCCLXXVII.

† Pſalterium hebraic. c. Comm. 4. c. I. ſ. II. §. 49. n. 1.

A. MCCCCLXXXII.

† Pentateuchus hebr. c. Comment. fol. c. I. ſ. II. §. 23. n. 7.

A MCCCCLXXXVI.

Prophetae omnes hebr. c. Comment. fol. c. I ſ. II. §. 36 n. 1.

† Pſalmi et Megilloth. Soncin. 4. c. I. ſ. I. § 71. n. 1

A. MCCCCLXXXVII.

† Hagiographa hebr. c. Comm. Neapol. f. c. I. ſ. II § 48. n. 1.

A. MCCCCLXXXVIII.

Biblia hebr. Soncini fol. c. I. ſ. I. §. 4.

A MCCCCXC.

Pentat. h. chald. c Comm. fol. c. I. ſ. II. §. 23. n. 18.

A. MCCCCXCI.

Pentat. h. chald. Ulyſſipon. 4. c. I. ſ. II. §. 23. n. 22.

A. MCCCCXCII.

† Pentat. h. cum Megill. et Haphth. Brixiae 8. c. I. ſ. I. §. 49. n. 1.

A. MCCCCXCIII.

Prophet. priores c. Comment. Neapoli fol. c. I. ſ. II. §. 37. n. 1.

A. MCCCCXCIV.

Biblia hebr. punctata. Brixiae 8. c. I. ſ. I. §. 5.

Biblia hebr. punctat. Piſauri 8. c. I. ſ. I. §. 6.

Biblia h. non punctat. Piſauri f. et 4. c. I. ſ. I. §. 35.

† Pentat. h. Brixiae 8. c. I. ſ. I. §. 49. n. 2.

Proph. pr. h. c. Comm. Leiriae f. c. I. ſ. II. § 37. n. 6.

† Pſalter. h. Brixiae 24. c. I. ſ. I. §. 89. n. 2.

A. MCCCCXCVII.

Jeſaias et Jerem. h. c. Comment. Ulyſſipon. f. c. I. ſ. II. §. 40. n. 1.

† Proverbia h. chald. c. Comment. f. c. I, ſ. II. § 63. n. 1.

Pentateuch. polyglott. Venet. f. c. III. §. 13.

A. MDVI.

† Pentat. hebr. et chald. Conſtant. 4. c. I. ſ. II. § 23. §. 8.

† Jobus h. c. Comment. c. I. ſ. II. §. 64. n. 4.

A MDXI.

o Biblia h. Venet. Bombergi 4. c. I. ſ. I. §. 9. n. 1.

Prophetae h. c. Comment. Piſauri f. c. I. ſ. II. §. 36 n. 2.

Prophetae poſterior. h. c. Comment. Piſauri f. c. I. ſ. II. §. 39.

A. MDXII.

Pſalmi VII. poen. h. lat. Reuchlini Tubing. 8. c. I. ſ. III §. 33. n. 4.

A. MDXIII.

Eſaias et Jerem. h c. Comment. Conſtantinop. fol. c. I. ſ. II. §. 40. n. 2.

A. MDXIV.

N. T. graec. lat. Complut f. c. II. ſ. II §. 2.

A. MDXV.

o Biblia h. Venetiis f. c. I. ſ. I. §. 6. *x*).

Pent. h. ch. c Comm. 4. c. I. ſ. II. §. 23. n. 14.

Pſ. Prov. Job. Dan. h. c. Comment. Theſſalon. fol. c. I. ſ. II. §. 48. n. 2.

A. MDXVI.

† Prophetae poſter h. c. Comm. Piſauri f. c. I. ſ. II. §. 39. n. 4.

Pſalt. h. Munſteri Baſil. 16. c. I. ſ. I. § 87. n. 1.

N T. gr. lat. Eraſmi Baſil. fol. c. II. ſ. II. §. 17. n. 1.

Pſalter. polyglott. Juſtiniani. Genuae fol. c. III. §. 25.

Pſalter. triglott. Baſil. fol. c. III. §. 27.

A. MDXVII.

Biblia hebr. Soncinorum fol. c. I. ſ. I. §. 7.
Biblia polyglotta. Compluti. fol. c. III. §. 2.
Libri Apocr. gr. lat. Compluti fol. c. IV. §. 17. n. 1.

A. MDXVIII.

Biblia h. Bombergi. Venet. 4. c. I. ſ. I. §. 9. n. 1.
Biblia h. Rabb. Bomb. Ven. f. c. I. ſ. II. §. 3.
† Pentateuch. h. c. Comment. Pragae fol. c. I. ſ. II. §. 24. n. 5.
Eſther h. c. Comment. Conſtantinop. 4. c. I. ſ. II. §. 34. n. 1.
N. T. gr. Aldi. Venet. fol. c. II. ſ. I. §. 10.
Pſalt. polygl. Potkenii. Colon. f. c. III. §. 26.
Pſalt. triglott. Baſil. f. c. III. §. 27. n. 1.
Libri Apocr. gr. Aldi. Venet. f. c. IV. §. 3. n. 1.

A. MDXIX.

Pſalter. h. Pellicani. 16. c. I. ſ. I. §. 87.
o Pſalmi VII. poen. h. lat. Reuchlini. Witteberg. 8. c. I. ſ. III. §. 33. n. 5.
N. T. graec. lat. Eraſmi. Baſil. f. c. II. ſ. II. §. 17. n. 2.

A. MDXX.

o Numeri h. Pariſiis 4. c. I. ſ. I. §. 67. n. 5. p)
Ruth. Threni h. Juſtiniani Pariſ. 4. c. I. ſ. I. §. 73. n. 4.
Proph. poſt. h. c. Comment. Soncini f. c. I. ſ. II. §. 39. n. 2.
† Proverb. h. lat. Munſteri. Baſil. 8. c. I. ſ. III. §. 34. n. 3.
† Epiſt. ad Roman. gr. 8. c. II. ſ. I. §. 100. n. 1.
Pſſ. VII. triglott. Auguſt. 4. c. III. §. 31. n. 2.

A. MDXXI.

Biblia h. Bombergi. Venet. 4. c. I. ſ. I. §. 9. n. 2.
† Pentat. h. ch. c. Comm. Theſſalon. fol. c. I. ſ. II. §. 22. n. ult.
† Obadias h. Wittebergae. 4. c. I. ſ. I. §. 82. n. 4.
N. T. gr. Gerbelii Hagenoae. 4. c. II. ſ. I. §. 11.
† Epiſt. I. ad Corinth. gr. 8. c. II. ſ. I. §. 100. n. 3.
† Epiſt. II. ad Corinth. gr. 8. c. II. ſ. I. §. 100. n. 4.
† Epiſt. ad Coloſſ. gr. 8. c. II. ſ. I. §. 100. n. 5.

A. MDXXII.

† Pentat. h. ch. Conſtant. f. c. I. ſ. II. §. 22. n. 8.
Pſalt. h. c. Comment. Theſſalon. f. c. I. ſ. II. §. 59. n. 2.
Pſalt. hebr. Bomb. Venet. 16. c. I. ſ. I. §. 106. n. 2.
Proverb. h. c. Comm. Theſſalon. f. c. I. ſ. II. §. 63. n. 3.
Proverb. Cantic. Eccleſ. h. Bombergi. Venet. 16. c. I. ſ. I. §. 112. n. 6.
N. T. gr. lat. Eraſmi. Baſil. f. c. II. ſ. II. §. 17. n. 3.
o N. T. gr. lat. Witteberg. 4. c. II. ſ. II. §. 31. n. 7.

A. MDXXIII.

Pentat. h. ch. c. Comment. Bombergi. Venet. f. c. I. ſ. II. §. 23. n. 19.
† Decalogus hebr. Baſil. 8. c. I. ſ. I. §. 67. n. 4.
Pſalt. h. Frobenii. Baſil. 16. c. I. ſ. I. §. 87. n. 2.
† Pſalt. h. lat. Mogunt. 12. c. I. ſ. III. §. 25. n. 1.

A. MDXXIV.

Pentat. h. ch. c. Comment. Bombergi. Venet. f. c. I. ſ. II. §. 22. n. 16.
Megilloth h. ch. c. Comment. Bombergi Venet. f. c. I. ſ. II. §. 29. n. 1.
† Threni h. c. praef. Melanchth. Witt. 8. c. I. ſ. I. §. 74. n. 12.
Pſalter. h. Bombergi. Venet. 18. c. I. ſ. I. §. 106. n. 3.
Proverb. Cant. Eccleſ. Bombergi. 16. c. I. ſ. I. §. 112. n. 7.
Proverb. h. lat. Munſteri Baſil. 8. c. I. ſ. III. §. 34. n. 4.
N. T. gr. Cephalaei Argentor. 8. c. II. ſ. I. §. 12. n. 1.
